INVENTA LEVETUR
FRANCISCUS PRÆPOSITUS CANN.
REGG. IN POLLING. Anno 1744
QUONIAM SUSCEPISTI ME
EXALTABO TE
P. S.

4° Austr. 5-4

Dobner

R

MONUMENTA HISTORICA BOEMIÆ

NUSQUAM ANTEHAC EDITA,

QUIBUS

NON MODO PATRIÆ, ALIARUMQUE VICINARUM REGIONUM, SED ET REMOTISSIMARUM GENTIUM HISTORIA MIRUM QUANTUM ILLUSTRATUR.

COLLEGIT,

ET PARTIM EX AUTOGRAPHIS, PARTIM EX LEGITIMIS APOGRAPHIS CODICIBUS RECENSUIT, CUM ALIIS MANUSCRIPTIS EXEMPLARIBUS CONTULIT, PLURIBUS ANIMADVERSIONIBUS, ÆRIQUE INCISIS SIGILLIS ADORNAVIT, DENIQUE LOCUPLETISSIMO INDICE INSTRUXIT

P. GELASIUS DOBNER A S. CATHARINA,

E CLERICIS REGULARIBUS SCHOLARUM PIARUM.

TOMUS IV.

CUM FACULTATE CENSURÆ REGIÆ ET SUPERIORUM ORDINIS,

NEC NON

SACRÆ CÆSAREÆ REGIÆQUE APOSTOLICÆ MAJESTATIS PRIVILEGIO.

PRAGÆ,

LITERIS JOHANNÆ SOPHIÆ CLAUSERIANÆ, REG. TYPOGR. FACTORE MATHIA GLATZ, 1779.





Excutiant, obſecro, ſitu & pulvere ſquallentes codices, qui manuſcriptis abundant, & ſcriptores, qui nusquam apparent, & ſcripſiſſe ſciuntur, patriæ poſtliminio reſtituant, ut majorum fortitudinem ac virtutes noſcere, imitari, & ſi iſtud non lubeat, ſaltem mirari poſſimus. *Bohuslaus Balbinus Bohemiæ doctæ P. II. p.* 47.

Non eſt futura ſincera & integra patriæ notitia, niſi habituri ſimus hiſtoriam diplomaticam, & diplomaticam Jurisprudentiam. *Ludevigius Reliquiarum T. I. præfat.*

REVERENDISSIMO,
PERILLUSTRI AC AMPLISSIMO
DOMINO DOMINO
JOANNI LEOPOLDO
AB HAY,
INSIGNIS COLLEGIATÆ ECCLES. NICOLSBURGENSIS
PRÆPOSITO INFULATO,
SUÆ REVERENDISSIMÆ CELSITUDINIS
DOMINI DOMINI
ARCHI-EPISCOPI
OLOMUCENSIS
CONSILIARIO,
ASSESSORI CONSISTORIALI,
NEC NON
PER MARCHIONATUM MORAVIÆ IN MATERIA
RELIGIONIS DEPUTATO CÆSAREO REGIO
AC
ARCHI-EPISCOPALI
COMMISSARIO ECCLESIASTICO
DOMINO IN IRITZ
MŒCENATI SUO
SUMMUM COLENDO CUM VITÆ FELICITATE
PERENNITATEM.



Ab annis triginta amplius cum TE REVERENDISSIME AC AMPLISSIME MOECENAS *adolescentulum in scholis Lipnicensibus deserui, nunquam memoria* TUI *intercidit: summum enim ingenium* TUUM *ad comprehendendum disciplinas docile, acutum, come, aptum atque celere, primæ ætati congenitus quidam ardor stimulusque animum cognitione rerum, linguis, scientiis & excitamentis virtutum excolendi, morum quidam admirabilis candor, animi corporisque lepor & festivitas modestiæ atque pietati (quæ prima adolescentiæ commendatio est) arctissime juncta jam tum merito summa atque maxima de* TE *præsagiebat animo meo, jam tum illum perpetuo memorem attentumque reddidit, ut longius etiam sejunctus absensque specularetur actiones* TUAS, *jucundum illi accideret ex aliis literarum, virtutis, fortunæque* TUÆ *progressus comperire, rebus, inquam, secundis* TUIS, *& ad voluntatem fluentibus congaudere atque applaudere.*

Quid vero ab hac prima semente tam fœcunda, tam ubere, tamque felici solo jacta exspectari sperarique potuit, quam seges pulcherrima, messis plena, fœnus amplum affluentissimumque? Nam ut Seneca ait: Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit, quæcunque lætis

lætis tenera luxuriat fatis. *Lætis plane ejuscemodi ſatis luxuriare viſa tenera ætas* TUA, *quæ Dei timore tanquam ſolis radiis calefacta excoctaque, aſſiduo tam liberalium, quam ſeveriorum diſciplinarum rore affatim irrigata, omnigena reconditioris literaturæ, præcipuarum Europæ linguarum, ſaniorisque politiæ cultura tanquam totidem favoniis fota & in altum evecta, hos uberes fructus, quibus hodie cum Nominis* TUI *gloria frueris, in horreum* TUUM *intulit.*

Maximam autem felicitatis TUÆ *partem cui potiſſimum, quam ſapientiſſimo illi conſilio delectuique ſacratioris vitæ in ordine Eccleſiaſtico ſuſceptæ tribuas, cum nempe per aſſiduam librorum optimorum lectionem, per frequens bonorum conſortium, lubrico hujus ſæculi greſſu agnito,* TE *Deo, eccleſiæ, ſalutisque in aliis procurandæ ſtudio & muneri quantumquantum devoviſti, quem gradum ut jam cum dignitate, cum proximorum utilitate, cum* TUI IPSIUS *oblectatione & fructu ſuſtineres prudens circumſpexiſti media, conſilia, præceptaque omnia, quibus ad Apoſtolicum hoc munus cogitationem, mores, animumque recte efformares, dignum* TE *præberes ordine atque ſtatu hoc ſacerrimo juxtaque ſpectatiſſimo.*

Jam-

Jamjam egregia in vinea Domini fervoris, laborumque TUORUM *primordia cum voluptate ſpeculatus, admiratusque Celſiſſimus Princeps ab Egkh Paſtor & Præſul tuus* TE *ſibi domeſticum & familiarem a ceremoniis adlegit, perſpecta prudentia rerumque cognitione tandem ad ſecretioris epiſtolographi partes ſuſtinendas adhibuit. Et vero iſthic in aula tanti Principis campus* TIBI *apertus ampliſſimus innoteſcendi Principibus, Nobilibus, eccleſiaſticaque dignitate præfulgentibus Viris, expromendi palam plura doctrinæ cum oculatiori quodam judicio ſociatæ exempla, affabilitate, morum compoſitione, urbanitatisque officiis omnium æſtimationem amoremque devinciendi tam felici quidem rerum eventu, ut ad ſuperos translato Præſule authoreque primarum fortunarum* TUARUM *omnium ſuffragio Ejusdem ſucceſſori Celſiſſimo Principi ab Hamilton commendareris, a quo ſubito tantam iniiſti gratiam, ut, cum Is intelligeret jam majore rerum uſu a* TE *ſibi utiliorem præſtari operam, in ſecretiorum quarumque rerum concilium admiſerit, dein graviſſimis quibusque negotiis & cauſis tum eccleſiaſticis, tum politicis admoverit, denique Conſiliarii Epiſcopalis, Aſſeſſorisque Conſiſtorialis muniis conſpicuum reddiderit.*

Ut vero tandem his Ipſus Reverendiſſimus ac Celſiſſimus Antiſtes

tistes TUUS, *sedulitati*, *laboribus*, *meritisque* TUIS *certius majusque statueret præmium*, *simulque ad latus haberet perpetuo*, TE *in ipsa residenciali urbe sua Cremsirii Collegiatæ ecclesiæ ad S. Mauritium Decanum, in eademque Pastorem ecclesiæ B. M. V. designavit.* *Hic jam* REVERENDISSIME AC AMPLISSIME MOECENAS *visus* TIBI *votorum metam attigisse*, *nam pastorale officium*, *quod susceptæ sacratioris vitæ fuit principium finisque, rite ex recte factorum conscientia*, *ex religionis præceptis*, *ex decore*, *justitia*, *communi omnium amore & utilitate exequendi posthac una fuit voluntas*, *contentio*, *opera*, *unumque studium.* *Quod de recte administranda republica monuit Cicero, idem* TIBI *in suscepta animarum cura perficiendum esse merito arbitratus es.* Qui reipublicæ præsunt, *inquit ille*, duo præcepta Platonis teneant: unum ut utilitatem civium sic tueantur, ut quidquid agunt, ad eam referant obliti commodorum suorum, alterum: ut totum corpus reipublicæ procurent, ne dum partem aliquam tuentur, reliquas deserant. *Ad hanc utilitatem in pastorali cura* TUA, *ad hunc communem ovium* TUARUM *amorem etiam cum commodorum* TUORUM *jactura*, *cum æris proprii profusione retulisti omnia*, *qui inter sublimes domos & tuguria*, *inter*

seri-

fericum villofosque pannos difcrimen nefciens utrisque una & æquabili paftorali folicitudine intentam impendifti operam, omnibus idem, omnibus utilis non modo voluntate, fed & confilio, ftudio, re, opera, ut etiam illud Apoftoli proprium TIBI *feciffe videreris:* Quis infirmatur, & ego non infirmor, quis fcandalizatur, & ego non uror? *ut factis exemplisque* TUIS *nemo non convinceretur: non folum falutem fuam, fed pene ipfum privatum bonum fuum fortunasque perinde* TIBI *atque proprias effe cordi curæque. Hoc fcilicet fonte profluxit illa paftoralium officiorum folicita indefeffaque procuratio, ille divini cultus zelus, ille irremiffus in Sacramentis adminiftrandis fervor, illa creberrima ad virtutem Chriftianam verbo atque exemplo incitamenta, illa profufa in egenos liberalitas, illa ægrotos miferosque fublevandi officiofitas, illa omnibus fingulisque placendi gratificandique cupido ftudiumque.*

Porro cum non nefcires primum idque præcipuum effe Paftoris nedum folum ornamentum, fed etiam officium præftandi facra eloquentia, excellendi quodam gravi ac fententiofo, minime ventofo, minime ampullato dicendi genere, quo ad virtutem tanquam impulfu aliquo incitarentur gregis TUI *corda, deterrerentur ab*

omni

omni eo, quod vitio, inhonestoque affine esset, huc omnem cogitationem, consilium, operamque cum assidua optimorum authorum lectione contulisti, ut omnes lepores, divitiasque sermonis venatus eas cum summa gravitate conjungeres, ut sermones TUI *ad populum ex plano facilique, incitato tamen simul essent dicendi genere, in quo cum primis certarent affectus, in elocutione resplendesceret vis, in motu dignitas, documentis illi inquam ubique ad instituendos reformandosque mores redundarent. Testes sunt hujus oratoriæ excellentiæ quæpiam, quas typis excudendas dedisti, orationes* TUÆ, *in quibus nemo non videt* TE *veri perfectique Oratoris virtutes expressisse, partes explevisse.*

Atque hæc, multaque alia, quæ hic longum esset persequi, fuere, quæ TIBI *longe lateque famam peperere, quæ* NOMINI TUO *venerationem conciliavere, quibus & verus virtutis doctrinæque æstimator Celsissimus Princeps a Dietrichstein excitus* TE *ampliore gradu spartaque dignum merito ratus Præpositura Collegiatæ suæ Nicolsburgensis ecclesiæ insignivit, quam etiam magis magisque spectabilem reddidit Celsissimus Proto-Archiepiscopus* TUUS, *cum eam Consiliarii & Assessoris Consistorialis titulis, & honoribus auxit, nobilitavitque. Quam jucundus autem exoptatusque*

tusque dies Nicolsburgo accidit TE REVERENDISSIME AC AMPLISSIME DOMINE PRÆPOSITE *ecclesiæ suæ caput principemque (in cujus doctrina virtutibusque spem magnam existimationis commodorumque suorum reponere visum) in muros suos recepisse, tam lugubris, ne dicam feralis fuit dies illa Cremsirio, qua pro concione postremum valedicturus multum dilecto populo Tuo discessum* TUUM *annunciasti. Fasti sane Cremsirienses perpetuam diei hujus conservaturi sunt memoriam, cum comploratione summorum infimorumque utriusque sexus facta illi Pastoris optimi, illi pauperum altoris succollatorisque, illi orphanorum atque viduarum defensoris, illi Viri summis ornamentis ingenii virtutisque præditi, consilii pleni, absolutissimique, omnes Patris amantissimi jacturam lamentarentur. Talis, tantaque, tam admirabilis erat* TUI *memoria, tantus omnium in* TE *amor, propensaque singulorum voluntas, ut ubique liberalis & acceptus habereris, ut ad celebritatem, venerationem, perennitatemque* NOMINIS TUI *spectare viderentur omnium* TUORUM *consilia, atque vota.*

Cum vero jam TE *multis modis magnum suspiciendumque præbuisti, latere haud amplius potuit hæc virtute parta fama sa-*

gaci-

gacitatem AUGUSTÆ MARIÆ THERESIÆ *veluti e ſuprema ſpecula ſingulorum civium ſuorum bene geſta meritaque obſervantis penſantisque. Iterum igitur atque iterum* TE *ad Auguſtum thronum ſuum admiſſo vocatoque agnovit plane famæ iſtius commendationibus, prædicationibusque apprime reſpondere prudentiam, doctrinam, virtutemque* TUAM. *Mox plura Auguſtæ Clementiæ fiduciæque de* TE *conceptæ expertus documenta, cum quarumque cauſarum eccleſiaſticarum inquiſitionem procurationemque credidit, cum dein præcipuum illud magnumque negotium (ad conciliandam* NOMINI TUO *immortalitatem plane comparatum) in cauſa religionis, quorundam receſſione & tumultu in Moraviæ limitibus labefactatæ, dexteritati ſolicitudinique Tuæ demandavit,* TE, *inquam, Commiſſarium Regium Eccleſiaſticumque ad compeſcendam tumultuantis plebis licentiam, ad revocandos in gremium fanaticos quosdam errones, qui ſeſe novorum Evangelicorum fucato titulo jactitaverant, cum plena poteſtate decrevit.*

Hoc graviſſimum igitur ſummeque arduum negotium (quid enim delicatius, ſcopuloſius, periculoſiusque religionis concuſſionibus) ut jam cum omni circumſpectione cautioneque ſuſciperes, cum prudentia proveheres, cum felicitate perficeres, Argo oculatior

 conſi-

consilia omnia humana divinaque prudens circumspexisti. Præter argumentorum vim & robur ex reconditissimis fidei, sacrarum paginarum, Theologiæque penetralibus depromptum, quibus hominum istorum vicinis heterodoxorum lenociniis fraudibusque incaute seductorum non tam pervicaciam, quam incogitantiam expugnares, ostenderes periculum, in quod præcipites sua voluntate ruerent, non alia TIBI *efficaciora visa arma moderatione, mansuetudine, atque longanimitate. Hac nova lyra Apollinea non secus atque alter Orpheus coegisti ferocium animorum greges, reddidisti mansuetiores, ut* TE *pronis exciperent auribus, delectarentur sermonibus* TUIS, *verum Divinæ Scripturæ sensum adversus mendacem illum fuccatumque intento ore, aure, animoque haurirent, verbo se se complures expugnatos, victosque sentirent, & profiterentur. Hoc porro in* TUO *vere Apostolico munere dispexisti probe, quo fonte ista de religione sentiendi libertas, damnosaque evagatio in tanta hominum per montana diffusorum multitudine manaverit, advertisti nempe tot, tamque dissitis locis numerum minime parem esse pastorum, neglectu quodam balantes errare oves, perire, devorari a lupis antra vicina impune tuentibus. Non magis salutare judicasti consilium, quam si gratia & munificentia* AUGUS-

TÆ

TÆ *permixti Paſtoribus ſeu Curatis hinc atque illinc Capellani, quos* locales *vocant, conſtituerentur, dotarenturque, qui juncta cum paſtoribus opera arcerent lupos, arcerent mercenarios, a vetitis illis peſtiferisque paſcuis ad ſalutaria oves ſuas perducerent, Dominicum gregem periculo liberum ſalvum præſtarent incolumemque, agrum eccleſiæ lolio & urtica fœdatum expurgarent. Quantum univerſim hoc in labore*, NOMINI TUO *cumprimis glorioſo, præſtiterit induſtria dexteritasque* TUA *teſtes ſunt Auguſtales literæ, quæ ad aliorum exemplum, ad* TUI *commendationem laudemque etiam ad alias vicinas provincias miſſæ ſunt.*

Niſi verecundus, ad omnem modeſtiam comparatus, laudumque omnium aſpernator animus TUUS *jamjam minaciter pene ſilentium imperaret, plura generoſæ cujusdam prorſus liberalitatis, hoſpitalitatis, miſericordiæque exempla, plura tam in ſacris, quam civilibus negotiis præclare geſta, quæ pene omnium linguis celebrantur, eſſent commemoranda. Sed ne longior ſim, importunusque* TUO *rubori modeſtiæque amplius incommodem, brevi voto concludo: ut* TE *Deus O. M. diu ſoſpitet, gradibusque atque fortunis amplioribus, quas* TIBI *ominantur, cupiuntque boni omnes, ſervet incolumem. Hunc vero quartum Tomum Monumen-*

mentorum meorum documentis quibusque historicis veteribus Inclytæ gentis TUÆ *vel* TUI *unius gratia locupletatum qualequale cultus erga* TE *mei venerationisque testimonium excipias, denique Scholas Pias, quod facere benigne solitus, porro ames, foveas protegasque.*

REVERENDISSIMÆ AC PRÆCELLENTIS

AMPLITUDINIS TUÆ

Servorum infimus
GELASIUS a S. Catharina,
e Scholis piis.

PRÆFATIO.

Quæque isthic præfari officii, partiumque nostrarum esset, locupletissime persecuti sumus in Observationibus præviis, quas more solito rursum hoc Tomo quarto singulis Monumentis nusquam antehac editis præjecimus. Neque est ultra aliquid, quod benevolum Lectorem moneamus, quam chalcographi, tabularumque æri incisarum commoditate factum fuisse, ut numeris latinis (quibus in typo libri singula sigilla indigitantur) in Tabulis ipsis, compendii præsertim causa, Arabici substituti fuerint. Omnium postrema seu sexta Tabula adjecimus typum contrasigilli Wenceslai II. Regis nostri, Inclytæ Moravicæ gentis gratia, in quo primo omnium, quantum quidem nobis hucusque detegere licuit, occurrit Moraviæ clypeus tessellatæ aquilæ. Nolumus hoc ipso typo originem, seu prin-

principia Moravicæ aquilæ innuere, minus convincere, nolumus etiam affirmare hanc tincturam variegatam seu tessellatam aquilæ primum sub Wenceslao II. atque sub finem sæculi XIII. cœpisse, id dictum volumus, id sentimus: fortassis non prius peritiorem sigillis Regum nostrorum accidisse artificem, qui tessellatæ hujus aquilæ tincturam distincte scalpro exprimere novisset, aut certe curasset.

Silentio vero hic prætereunda non est malevola acerbiorque Chronologi nostri necdum ad quietem compositi, & nonnisi allatrare docti censura, quæ proprie Monumentorum istorum editionem spectat. (*a*) Is igitur in Præfatione Partis suæ quartæ his diebus in lucem emissæ licentiosissime in me stringit calamum, aitque inter alia me quidem Vincentii & Pulkavæ Manuscriptorum prolatione multum publico commodasse, sed animadversiones meas iisdem authoribus subjectas maximam partem esse perraras, crebrius inutiles, imo plane abnormes seu erroneas. Ad hæc tria accusationum, ne dicam conviciorum capita ut jam ex ordine respondeam: Quæro ex Aristarcho nostro: quo authore, libro, aut præcepto edoctus sit illud officium necessitatemque, ut Monumenta vetusta nonnisi cum animadversionibus in publicum emittantur, cum tam severo in me damnet supercilio, quod perraras in authores istos animadversiones adornaverim? Quis, non ajo, eruditorum, sed vel mediocrium, infimorumque unquam accusavit, aut cavillatus est gravissimos Viros Mabillonium, Baluzium, Muratorium, Freherum, Leibnitium, utrumque Pezium, Eccardum, Menkenium, Sommersbergium, Schwandtnerum, Oefelium, plurimosque alios, qui authorum veterum nusquam antehac

(*a*) Vide des Hrn. Franz Pubitschka chronologische Geschichte Böhmens 4. Theil 1. Band in der Vorrede.

hac edita scripta, compluribus etiam Tomis, sine omnibus, aut certe cum perpaucis animadversiunculis prelo dederunt. Quin imo eruditus orbis ob hoc ipsum meritum operamque, quod vetusta monumenta ista a tineis & blattis interituque vindicaverint, magnam habuit Viris istis gratiam, eosque laudibus celebravit. Illud etiam magis miror, qua fronte Aristarchus iste oggamire ausus sit a me perraras in Vincentium atque Pulkavam animadversiones notasve præstitas. Provoco ad universorum falli nescios oculos, quorum in manibus Tomus meus primus Monumentorum, Vincentiusque est, quot paginæ isthic carent animadversionibus? vix una alterave. An non plane quibusdam locis additamenta mea notæque æquant, imo etiam superant Vincentii textum & verborum segetem? Pulkavam frequentioribus locupletioribusque animadversionibus illustrandi neque unquam fuit consilium, neque mens, neque propositum. Non est Pulkava contemporaneus narratis suis scriptor, turbidis rivulis ille complura hausit, scatet permultis chronologicis, historicisque erroribus, in quem si commentandi animus fuisset, næ animadversionum mearum moles longe Pulkavam superatura fuisset. Non aliud statutum erat animo meo, quam Pulkavæ Manuscriptum ex Bibliotheca S. Crucis Majoris cum variantibus lectionibus in publicum emittere, qnod quam fideliter a me præstitum fuerit, judicet æquus Lector; idem statuat, num amplius a me desiderari potuerit, posteaquam illi non secus atque aliis a me vulgatis authoribus locupletissimas observationes prævias, biographiam, inquam, qualem qualem comperire licuit, codicis autographi cognitionem, rerum rariorum, præcipuarumque prægustum seu epitomen præmisi, indicem locupletissimnm subjeci. Hæc

vero

vero omnia a me non mediocri labore congesta Aristarcho isti perinde sunt, atque si nihil præstitum fuisset, amplius ille desiderat, plures, luculentioresque notas, additamentaque dictatorio quodam supercilio exposcit, sed quæ & qualia? eorum hinc atque illinc per decursum Chronologicæ hujus suæ Partis indicium præbet, scilicet, difficultates quasque, dubiaque sibi & obscura enodata expedita, hallucinationes præsertim Pulkavæ in apricum positas expurgatasque voluit, ut jam sibi mea opera meisque partis commodius more solito præter magnam contentionem uti, verbo exscribere licuisset. (*a*)

Alterum accusationis caput est: quod animadversiones meæ crebrius prorsus sint inutiles. Sed quæ illæ? Satisne est generico quodam convicio hæc asseruisse, nisi specie & numero indicentur? An fortassis etiam elucidationes illæ & additamenta mea ex Joanne Cinnamo Græco, ex Ottone Morena Italo scriptore, ex Burchardo Notario Friderici Imperatoris, ex Necrologio Doxanensi, aliisque Manuscriptis, ex diversis Chronicis atque Dufresnio deprompta inutilium censura damnantur, quibus tamen plerisque commode in rem suam usum Aristarchum nostrum nemo non videt; an vel illi unquam in mentem venisset notitiam rerum gestarum Wladislai Ducis Regisque nostri in Græco, Italove Scriptore quærendam esse, nisi ego eidem hos fontes indicassem. Cur amabo res gestas Wladislai non quoque illustravit ex Radevico, Ligurino, Chronicis Elvangensi, Reichersbergensi Admontensi,

(*a*) Videatur novissime, ut brevitatis causa plura prætermittam, Parte IV. p. 451. Aristarchi nostri epocha Marchionatus Moraviæ ex sententia nostra inducti, conferaturque ejusdem Part. III. pagina 261., quo loco principia hujus Marchionatus in annum 1158. conjecerat. An fontem suum coronavit, an vel verbo priorem suam sententiam revocavit, retractavitque?

tenſi, ex quibusque diplomatis, quæ in V. Parte Annalium meorum comparitura ſunt, quæ ſi in Vincentii commentatione prævertiſſem, jam illa quoque omnia tanquam a ſe inventa in ſua Chronologica quarta Parte legeremus. Quodſi vero fortaſſis illi animadverſionem inutilium nomine veniunt variantes lectiones quæquæ, quas etiam ipſi Vincentio ex quibusdam fragmentis ſubjeci, næ ille tot Clariſſimorum Virorum ante me damnat induſtriam, qui magno ſtudio ejuſmodi variantes lectiones quæſivere vulgavereque magna etiam voluptate atque utilitate ab eruditis exceptas. Denique id mihi adhuc hic dicere fas eſto: Si Ariſtarchus noſter meliores & utiliores animadverſiones collegit noſtris, quare ad Nomini ſuo famam conciliandam non meliorem & animadverſionibus ſuis locupletiorem Vincentii editionem adornavit, aut adornat, magnam ab eruditis omnibus initurus gratiam. Quantum non illi eidem applauſuri ſunt, ſi inter ejus animadverſiones ex Partis ſuæ quartæ pagina 373. lecturi ſunt fabuloſum illud, inſulſumque leonis bifurcati Bohemici exordium cum memorabili myſticaque illa interpretatione: quod duplex cauda duos leones, geminamque Boemorum fortitudinem notet, cum ex eadem pagina adverſus facile decem ſynchronorum Authorum teſtimonium audituri ſunt Wladislaum non in Germania Ratisbonæque, ſed in Italia coronatum, cum ex pagina 369. non præter admirationem excepturi ſunt donationem Coronæ Anglicanæ a Friderico Imperatore Wladislao jam Regi factam pro nova inauditaque coronatione explicari, cum ex pagina 359. circulum illum Regalem Wladislao illiusque ſucceſſoribus anno 1157. ab eodem Imperatore conceſſum adverſus omnium ſynchronorum acceptionem pro circulo neſcio cujus no-

mi-

minis, generisque in omni antiquitate incogniti intelligent sumptum. (*a*) Quantas vel omnes non huic novo in Vincentium commentatori habituri gratias, cum procul dubio imaginibus & sigillis auctum illustratumque reperturi sunt, cum illud vetustissimum leonis Bohemici hodierno prorsus Cardinalitio pileo insigniti monumentum ex pag. 374. conspecturi, cum ex pagina 312. & 481. sigilla illa summe authentica, Wladislai scilicet Ducis cum radiato, sancti instar, capite, Henrici Pragensis episcopi cum libro accepturi sunt. (*b*) Ædepol! tum rerum historicarum veterum periti omnes exclamaturi sese pro quisquiliis meis utilissimas animadversiones accepisse.

Sed jam ad id, quod gravissimum accusationum suarum caput est, pertingimus: Animadversiones etiam meæ abnormes, seu erroneæ sunt. In his scilicet animadversionibus a me peccata quæque enormia, minimeque venia digna admissa sunt, quorum prolatione omnis mea æstimatio uno velut ictu oculi ruitura est. Ita quidem Aristarchus noster hæc minaciter trium pene annorum curriculo per totam urbem buccinavit, quod crebrius quidam illius familiares mihi joco atque cum risu narrare soliti, adeo ut multo ante omnia jam cognoverim, quorum me reum insimulaturus, & quæ in Præfatione sua criminaturus sit. Sed quæ peccata illa? infra in Præfationi subjecta nota integrum eorum syl-

(*a*) Inseremus Tomulo V. Dissertationum Bornianarum Commentationem de hoc circulo, & Wladislai coronatione, ostendemusque adversario nostro, quam minus recte verum sensum verborum Parte sua quarta p. 14. in diplomate Caroli IV. dispexerit & interpretatus sit, ignoraveritque circulum illum Friderico II. Imperatori impositum *patricialem* fuisse, quo eidem Romæ jus Patriciatus concessum. (*b*) Vide vernaculam meam Dissertationem ultimis paragraphis de origine, mutatione, & geminatione clypei Bohemici: Abhandlungen einer Privatgesellschaft in Böhmen. 4ter Band.

ſyllabum texit. Horum peccatorum enormitatem ut jam benevolus Lector intus atque in cute rectius diſpiciat, rem ipſam enarrare opus eſt. Manuſcriptum latinum Pulkavæ, quod Tomo III. Monumentorum noſtrorum ex Codice S. Crucis Majoris excuſum dedimus propter ætatem, quam fert, quibusdam locis aut fugitivas, aut duriuſculas, præterque regulam contractas, nonnunquam etiam perperam ſcriptas complectitur voces, quas quarumque ſenſum cum ſubinde non aſſequeremur, ariolatione & veriſimilibus vocibus, uti paſſim in lucubrationibus iſtiusmodi fieri ſolet, eas reſtituere & ſarcire conati ſumus in ſubjectis notulis. Incidit vero Ariſtarchus noſter in quoddam Manuſcriptum Bohemicum ſeu translatum ejusdem Pulkavæ exemplar, e quo ille harum fugitivarum, contractarum, perperamque ſcriptarum vocum veriorem lectionem venatus eſt: ita pro *Provincia Cayamenſi* oſtendit legendum fuiſſe *Cujavienſi*, pro *Teſſaw* ſinceriorem appellationem *Theirſow*, pro contracta voce *Bnpatus*, non ut ego *Bernardus* ariolabar, ſed *Rupertus* legendum fuiſſe Magiſteriali quodam ſupercilio docet. Vocem *cà:te*, cui ego veroſimiliter vocem *cute* ſubſtituendam eſſe cenſui, ille multo verborum ſarcaſmo pro *capite* accipiendam fuiſſe monet. Atque hæc ſunt præcipua illa manubia ab hoſte ſuo collecta, integro triennio jactata, atque haud aliter atque longa pertica defixa per urbem circumducta, hic ille, inquam, jubilus plauſusque haud ſecus atque ſi Trojam expugnaſſet. O apinas tricasque permagno pretio venum propoſitas, minimo aut nullo diſtractas! Satisne Ariſtarcho iſti videri non poterat ex tribus quatuorve diverſis exemplaribus variantes lectiones Pulkavæ Lectori ſtitiſſe? Itane mihi omnia latina, Boemicaque Pulkavæ exemplaria per Regnum

no-

nostrum exquirenda, atque fortassis a se ipso emendicanda erant, ut paucarum harum vocum genuinam scriptionem indipiscerer. Quid istiusmodi ridiculis exaggerationibus, ludificationibusque vel in ipsa Præfatione ad affingendam mihi nescio quam incogitantiam, imperitiam, negligentiamque opus fuit? Quid illis denique effectum? Quisque prudens rerum æstimator mecum tritum illud sentit, ruminaturque: *Tute lepus es & pulpamentum quæris.* Cætera, quæ intra decursum historiæ suæ nobis impingit errata, confutanda servamus Parti V. Annalium Hagecianorum, ostensuri isthic quam infirmis tibicinibus recenter detectæ Epitomæ Neplachonis (quam nos ipsi isthic excusam damus) aliorumque recentium testimoniorum nitatur historicum suum ædificium.



OBSERVATIONES PRÆVIÆ
IN
CHRONICON BENESSII.

I.

Multo jam tempore complures non solum patrios, sed & exteros eruditos Viros historiarum studiosos permagnum incessit desiderium, ut Benessii de Weitmüle, Canonici Metropolitani Pragensis, Chronicon preli beneficio in lucem publicam emitteretur. Inter alios Clarissimus Vir Joannes Burchardus Menkenius, nescio qua fama persuasus, Chronicon istud in Clementina Pragensi exstinctæ Societatis Jesu Bibliotheca delitescere, atque uno, eodemque codice cum Cosmæ Chronico comprehendi, desiderium suum in Præfatione Tom. I. Scriptorum rerum Germanicarum, præcipue Saxonicarum palam explicuit, adjectis etiam precibus istis: *Non possum non Reverendos Patres sub publico nomine hoc loco obtestari, ne eam* (videlicet Benessii de Weitmüle Vitam Caroli IV.) *ulterius ab eruditis frustra desiderari patiantur.* Haud absimile desiderium

explicuit doctissimus Mascovius in Hist. sua Imperii Romani (a) Balbinus ex nostris, qui Chronico isto, pene jam Epitome sua ad umbilicum perducta, primum potitus est, omnibus locis illud summis laudibus extollit, & singillatim in Epitome p. 384 de eo ait: *Dignus est scriptor publica luce, & si ederetur, magnam historiæ patriæ lucem afferret.* Eadem fere repetit Dec. 1 l. 7 p. m. 161 alibique, luculentius autem in sua Docta Bohemia nuper typis vulgata Tract. II. sect. I. p. 7. *Nihil Benessii historia . . . . illustrius, nihil etiam verius, quia ab se visa vel comperta scribit, esse potest. Utinam Bohemiæ veteris amantes collatis in unum auxiliis Weitmilensem historiam . . . . publici juris faciant, & proferant in lucem.* His, aliisque, scilicet Pessinæ tam in Phosphoro suo Septicorni, quam Marte Moraviæ, Hammerschmidii in Præfatione Prodromi sui Gloriæ Pragensis, Berghaueri in Protomartyre suo Pœnitentiæ laudibus Benessii provocatus, ab eo tempore, quo animum ad historiam appuli, nullam non operam, studium, industriamque eo converti, ut Manuscripti istius tantopere laudati, desideratique copiam unde unde demum consequerer, sed voto & diligentia omni in hanc diem frustratus fui. Primum omnium jam ante annos plus minus viginti usus sum Burchardi Menkenii indicio, illudque in Clementina Bibliotheca exquirere cœpi, sed ne quidem codicem illum, in quo Cosmam exaratum perhibet Menkenius, inspiciendi unquam mihi potestas facta, causantibus Bibliothecariis codicem istum servari in secretiori Clementini Rectoris tabulario, neque sibi petentibus ejus copiam hactenus factam fuisse. At vero tandem ex doctissimo Viro Leopoldo Scherschnik intelligo, neque Benessii Chronicon Cosmæ Codici innexum esse, neque usquam inter Bibliothecæ Clementinæ Manuscripta, quorum ille omnium accuratum Catalogum conscripsit, reperiri. Thomæ Pessinæ de Zechorod Decano Metropolitano Manuscriptum istud exeunte superiore sæculo in manibus fuisse nullum est dubium, is enim ex illo tam in Phospho-

(a) Verba sunt: Balbinus führt in seiner Epitome rerum Boh. vor seiner Zeit den Historicum Benessium von Weitmühl &c. der Canonicus in Prag gewesen, an, dessen Werk aber annoch in MS. liegt, und hat man ein grosses Verlangen solches zu sehen.

ſphoro Septicorni, quam Marte Moraviæ integras paginas, ut poſtea videbimus, ad poſteritatem tranſmiſit. Id quidem communem opinionem peperit Chronicon iſtud in Bibliotheca Metropolitana ſervari, & cum neque in veteriore, neque recentiore librorum catalogo notatum reperiretur, ubi ubi demum deliteſcere, aut cui cui demum alteri Manuſcripto annexum eſſe. Excellentiſſimus igitur piæ memoriæ Epiſcopus Suffraganeus Antonius Wokaun nulli pepercit operæ, ut, excuſſis Bibliothecæ forulis, codicibusque Manuſcriptis, exquireretur. Non minori contentione in id incubuit Excellentiſſimus Comes a Waldſtein Epiſcopus Litomericenſis, dum adhuc Collegio Metropolitano adſcriptus eſſet, ſed operam uterque perdidit. Inventa quidem hic vita Caroli vetere manu exarata, attamen haud alia ab illa, quæ a Marquardo Frehero anno 1602 Hanoviæ typis Wechelianis excuſa eſt. (b) Mirum igitur, qui contemporaneus Thomas Berghauer in Catalogo ſuo Manuſcriptorum Proto-Martyri pœnitentiæ præmiſſo idem Beneſſii ſeu Benedicti de Weitmühl Canonici Pragenſis Chronicon referens, apponere potuerit illud in *Bibliotheca Capituli*, ſcilicet Metropolitani aſſervari, quod profecto nonniſi ex communi opinione & fama illum ſcripſiſſe ex eo non levis conjectura capitur, quod nuſpiam verba & fragmenta Beneſſii adferat, qui tamen author Martyrio S. Joannis Nepomuceni ſynchronus non potuit non eſſe illi utiliſſimus ad concinnandum Proto-Martyrem ſuum. Provocat quidem nonnunquam, atque id rarius, ad Beneſſii Chronicon, at manifeſtum eſt, cognitionem illam rerum, ad quas provocat, illum ſeu ex Peſſina, ſeu ex Balbino hauſiſſe. Hæc, & præſertim, quod Peſſina Manuſcriptum illud, quo uſus eſt, nuſpiam prodat Bibliothecæ Metropolitanæ fuiſſe (quod tamen de aliis ejusdem Bibliothecæ Manuſcriptis indicare non intermiſit) imo ſimpliciter in Phoſphoro Septicorni de illo dicat: *qui mihi præ manibus eſt*, hæc, inquam, aliaque ſuſpicionem mihi ingeſſere, veroſimillime Manuſcriptum iſtud unde unde demum in manus Peſſinæ deveniſſe, atque ex ipſius domeſtica libraria penu fuiſſe.

(b) Imo repetita noviſſime opera doctiſſimum Pelzelium fefellit penitus, quam irrito conatu plures dies in excutiendis Bibliothecæ iſtius MSS. Codicibus profuderat.

Quare cum ex ejusdem Pessinæ testamento, cujus copia mihi ad manus est, cognoverim heredem universalem scriptum monasterium RR. PP. Ordinis S. Pauli primi eremitæ Obrzistii, quod ille vivens fundaverat, in istorum Bibliotheca inquirere cœpi, sed præterquam ipse sat diligenter eam excusserim, responsum tuli, ex Manuscriptis libris nihil prorsum eidem monasterio extraditum fuisse. Quorundam hic Pragæ privatus rumor est: Codicem istum ex Bibliotheca Metropolitana depromptum Advocato Romanæ Curiæ in causa & processu Canonizationis S. Joannis Nepomuceni Romam missum fuisse, indeque nec revocatum, nec relatum. At difficulter incerto isti rumori, de quo Reverendissimis Capitularibus nihil cognitum, assentior. Nam quale pro Martyrio S. Joannis Nepomuceni ex illo elici potuit testimonium, cum idem author Chronicon suum cum anno 1374 abruperit, constet autem S. Joannem Nepomucenum annis novem posterius Martyrio affectum. Sane in Processu S. Joannis, cum plerique patrii nostri scriptores in testimonium adferuntur, nuspiam inter eos comparet Benessius, nec eum Berghauerus in Bibliotheca sua Joannæa allegavit; quod autem caput est, adduci haud possum, ut credam, tam immemores illos futuros fuisse, ut tam rarum codicem Romam missum processu absoluto non repet ssent. Quo igitur codex ille devenerit, aut num adhuc alicubi delitescat, nihil prorsum cognitum est. Quo exemplari Bohuslaus Balbinus usus sit, æque incertum, quod nuspiam adhuc in Bibliothecis aut Archivis nostris comparuit. An unum, idemque fuerit, ex quo sua excerpsit Pessina, an ille pro sua cum Balbino necessitudine, cum eodem id communicaverit, nihil compertum. Id certum est Balbino Benessii quatuor libros Chronicorum ad manus fuisse, nam integra loca ex illis exscripta, tum in Epitome, tum in libro suo septimo Decadis I. legimus. Huc accedit: Exstant hodie ejusdem Balbini excerpta ex eodem Chronico Benessii, eaque quoddam chronologicum breve compendium librorum quatuor sunt, quæ in Bibliotheca Clementina asservari pridem mihi a Bibliothecariis narratum est, hodie eadem, seu certe copia illorum est inter manus doctissimi Viri Francisci Pubitschka, quemadmodum Clar. Pel-

zelius nuper in historiæ suæ Bohemæ vernaculo compendio p. 659. adnotavit. Gundlingius in historia Imperiali pag. 832. existimat hoc ipsum Weitmülianum Balbini exemplar morte Gamantzii Assafenburgi intercidisse: Nam narrat id a Balbino Patri Gamantzio Collegii Assafenburgensis alumno, vitamque Caroli IV. tum molienti, concessum fuisse, quod morte illius interveniente, & conatus ejus historicos abrumpente nunquam in Bohemiam rediisse suspicatur. At vero difficulter inducor, ut credam, Balbinum codicem istum veterem, cujus summum pretium agnovit, locisque omnibus prædicat, extra patriam, & non potius aliquod ejusdem apographum exemplar Gamantzio missurum fuisse, maxime cum Balbinus ipse loco aliquo meminerit, codicem hunc non ex sua libraria penu, sed aliunde sibi ab amico commodatum fuisse. Qui si præterea erga Bollandianos (uti ex eorundem narrationibus palam est) ea prudente cautela usus, ut iisdem nonnisi apographa exemplaria transmiserit, quis sibi persuadeat Balbinum rerum patriarum veterum æstimatorem maximum codicem istum rarissimum, quem nonnisi postremis vitæ suæ annis consecutus est, periculo jacturæ extra patriam expositurum fuisse, ut proinde necdum nos spe omni deturbatos autumem, fore ut aliquando codex iste, si incendio non periit, e tenebris suis emergat. Et ne ullam codicis istius, seu re ipsa quocunque demum fato amissi, seu adhuc delitescentis, memoriam prætermittam: Cum ille summa industria per urbem alibique exquireretur, garriebant nonnulli, qui quæ Juno Jovi in aurem dixerit, nosse cupiunt, apographum chartaceum non plane recenti manu scriptum, atque a se visum asservari in Bibliotheca Duxoviensi Excellentissimi Comitis Emanuelis a Waldstein, cujus rei certitudinem ut indipiscerer, Bibliothecarium loci tum Pragæ moratum accessi, at negavit is quidpiam Operum Benessii in Bibliotheca Duxoviensi reperiri, a se non pridem omnium codicum tam impressorum, quam manuscriptorum catalogum confectum esse, quem coram exhibuit, nec oculos, nec manus suas hoc Chronicon effugiturum fuisse. Et vero confirmavit eventus Benessium ab hac Bibliotheca abesse. Nam cum paulo post eandem Bibliothecam accessisset

ſiſſet Excellentiſſimus Epiſcopus Litomericenſis, & benevolentia Excellentiſſimi Duxovienſis facultatem impetraſſet rei hiſtoricæ Bohemæ Manuſcripta omnia ſecum Litomericium, ut tranſumerentur, aſportandi, inter ea (quæ oculis vidi, manibus tractavi, imo in uſum quoque meum exſcribi feci) nuſpiam comparuit Beneſſii opuſculum aliquod. Ut denique de Chronico tantoopere deſiderato reliqua ſubnectam, quæ prodita ſunt apud illos, qui eo locupleter uſi ſunt, ſcilicet Peſſinam & Balbinum: Titulum præſeferebat *Chronicæ Pragenſis*, hiſtoriamque complectebatur Bohemiæ ab anno 1283 uſque ad annum 1374, quæ in quatuor libros partita erat, quartusque vitam Caroli IV. chronologice exactam comprehendebat. Plerorumque iſthic narratorum author ſe vadem, & oculatum, auritumque teſtem præbuit. Nimium confidenter autem Hammerſchmidius Beneſſium omnibus narratis ſuis contemporaneum & ſynchronum effingit: *qui ea ſolum pertractaverit, quæ vidit, aut quæ ab iis, qui viderant, accepit*, quod ſi ita eſſet, Beneſſius ætatem centenario majorem aſſequi debuiſſet, cum ex Chronico illius, quod hic proferimus, certum ſit illum adhuc anno 1386 ſuperfuiſſe. Priora igitur ſub imperio Wenceslai II., Wenceslai III., Rudolphi I., Henrici, & veroſimillime etiam Joannis Regis excerpſit ex aliis Chronicis. Nec obſcurum pluribus locis reliquit Peſſina eum plurimum Franciſci Canonici Pragenſis Chronico uſum fuiſſe, nam crebro verba Franciſci referens ſubjungit: *eadem refert*, aut *narrat Beneſſius*. Balbinus in Bohemia ſua docta præterea meminit Beneſſium in hoc ſuo opere crebrius provocare ad quandam *Chronicam S. Procopii* hodie incognitam. Verba Balbini iſthic apponere juvat: *Beneſſius hiſtoriæ ſuæ titulum præfixit Chronicæ Pragenſis; idem ſcriptor ſæpiſſime citat Chronicam S. Procopii, ejusque libri Chronicon auctoritate ſua confirmat anno* 1321. *at illud nunqam in manus meas pervenit.* Procul dubio hæc Chronica S. Procopii fuit continuatio Monachi Sazavienſis a Menkenio Tom. III. excuſi, qui hiſtoriam ſuam ad annum uſque 1162 nonniſi pertexuerat. Sed hæc jam ſufficiant de Chronico hoc, cujus plura fragmenta poſtea proferemus, prænotaſſe, ad Chronicon alterum authoris tranſeamus.

II.

II. Cum hiante ore tot, tantisque conatibus, tanto temporum intervallo Chronicon Benessii quatuor libris comprehensum a me, aliisque quæsitum fuit, forte fortuna accidit, ut superiore anno ex auctione publica, & quidem amici beneficio ac dono Chronicon ejusdem consequerer, a superiore prorsus diversum, annorum continua serie procedens, in nullos libros aut capita distinctum, atque, uti quidem ex fragmentis prioris liquet, multum altero contractius, rerum tamen narratione longius atque ultra ætatem authoris procurrens, ac proinde a quoquo demum posteriore continuatum. Chronicon istud, quod alterius jacturam aliqua ratione sarciat, magno habendum in pretio, maxime quod collata quæquæ cum priore loca satis testatum faciant, illud potissimum ex altero, nempe quatuor libris Benessii exscriptum esse; ea ratione procul dubio etiam alteri præferendum, quod ultra annum 1374 excurrat, contineat plura alia, quæ demum Benessius in priore a se omissa reperit, quo in numero præsertim sunt frequentes memoriæ Ordinis Divi Francisci, cui postremis vitæ suæ annis nomen dedit. Id vero deplorandum maxime codicem hunc nostrum, cui Chronicon istud insertum est, incidisse in possessores, qui eum turpiter neglexerunt, nec justum pretium statuere noverant, nam principio quaqua demum incuria magna parte truncatus est, in medio etiam plurium paginarum jacturam fecit, adeo ut nonnisi mancum, mutilumque hoc ipsum Benessii Chronicon Lectori ob oculos ponere fas nobis sit, nec definire certo audeamus, quo anno illius historicæ memoriæ cœperint. Si Crugerio habenda fides, qui jam ad annum 1257 ad Benessii de Weitmühl Chronicon provocat, Chronici istius multo altiores, antiquioresque erant memoriæ, atque librorum quatuor, qui ab anno 1283 initium sumebant. Et quidem id Crugerio fuisse in manibus dubitare vix licet, cum scribat hæc in quadam epistola necdum edita ad Thomam Pessina de Czechorod Litomericio 25 Jan. anno 1669: *Quod attinet Chronicon Benessii Weitmülii, ubi quærendum sit? est in quarto duobus digitis crassum: Mihi fuit concessum a D. Winczowsky Canonico Wissehradensi a. 1646. Quis fuit post eum heres? E Canonico Pragensi Benessius factus fuit Franciscanus, hinc regni memo-*

Cruger. ad 4 Octobris p. 19.

memoriis immiſcet breviter res Franciſcanas. Quæ ipſa tanta Chronici iſtius mutilatio cauſa eſt, quod Chronicon iſtud verbis autographi non incipiamus, cum plures quasque anteriores memorias & fragmenta in Peſſina & Balbino deprehenderimus, quæ eidem juſta annorum ſerie præjecimus, ubi vero verba ipſa Beneſſii ab his duobus authoribus exſcripta non reperimus, ſaltem infra in notis compendia, quibus ſe ſe ad Beneſſium revocant, adduximus, quam rationem dein per integrum hoc Chronicon ſervavimus; ut proinde Chronicon hoc noſtrum interpolatum fragmentis ejusdem Beneſſii, ex libris ejus quatuor depromptis, compareat; ne tamen Lector hæſitet, imo ut ſubito agnoſcat, quæ verba Chronici noſtri, quæ librorum quatuor ſint, alio illa, alio iſta charactere excuſa dedimus, addito etiam libro, quo referantur, & infra appoſito authorum nomine & loco, quo fragmenta iſta ab iisdem allata ſint. Id quidem ea potiſſimum ratione fecimus, ut tot illuſtres librorum quatuor Beneſſii reliquiæ non pereant, atque quæ ſparſim tam in Balbini, quam Peſſinæ diverſis libris adducta ſunt fragmenta, una veluti fronte cognoſcantur, & chronologica ſerie exacta in unum veluti opuſculum congeſta poſthac habeantur. Ut vero jam certa & indubitata indicia manifeſtemus, quod præſens Chronicon unius, ejusdemque authoris ſit, ſcilicet Beneſſii Krabice de Weitmühl Canonici Pragenſis, qui ſub Carolo IV. floruit, ad annum 1374 hæc appoſita leguntur: *Eodem anno ego Beneſs &c. de mandato ejusdem Domini Archiepiſcopi* (Joannis) *& Capituli Pragenſis tranſtuli corpora infra ſcriptorum Dominorum epiſcoporum Pragenſis eccleſiæ de locis ſuis, in quibus ſinguli ſingulariter jacuerant ſatis negligenter & humiliter. Et recondidi illa corpora in novo choro eccleſiæ Pragenſis in loco, qui eſt inter ſepulchrum S. Viti, & capellam Imperialem Sanctæ Trinitatis, includendo ſingula corpora in ſingulis alveis lapideis, impoſitis ibidem intus laminis plumbeis cum ſculptis nominibus ipſorum ad perpetuam rei memoriam, quæ ſepulchra epiſcoporum cooperivi cum marmoreis lapidibus.* Quæ verba nos minime dubitare ſinunt, Chronicon iſtud unius ejusdemque Beneſſii de Weitmühl eſſe, qui libros quatuor Chronicæ Pragenſis conſcripſerat, nam infra ex vitæ ſuæ geſtis cogno-

gnoſcemus eum novæ fabricæ eccleſiæ Metropolitanæ Pragenſis Præfectum ac Directorem fuiſſe; hinc Paprocius noſter ignarus adhuc ab eodem Beneſſio de Weitmühl monumentum aliquod hiſtoricum ad poſteritatem tranſcriptum fuiſſe, de eo in Ordine Dominorum Boh. p. 342 ſcribit: *quod ſumptibus Caroli IV. novam eccleſiam in caſtro Pragenſi conſtruxerit.* In eodem codice noſtro ad ſupra relatam vocem *Beneſs* adjecit poſterior ſæculi XVI. manus aſteriſcum, & inter utramque manuſcripti columnam ſeu marginem hæc verba vernacula appoſuit: *Krabice z Weytmille Kanownik Hradu Prazskeho Koſtela Swateho Wita tuto Kroniku ſepſal, z toho ſe tu na tom miſtie porozumiwa, a muſyl byti welki Patron Swateho Frantiſska Rzeholj, neb mnoho o gegich Capitolach piſſe.* Id eſt: *Beneſſius Krabice de Weitmille Canonicus caſtri Pragenſis eccleſiæ ſancti Viti hoc Chronicon ſcripſit. Id ex hoc ipſo loco cognoſcitur, uti etiam quod magnus fautor fuerit Ordinis S. Franciſci, nam multa de Ordinis hujus Capitulis ſcribit.* Ita quidem Anonymus iſte ſæculi XVI. interpolator, ſeu ut alii barbare appellare malunt, marginator: At Beneſſium poſtremis vitæ ſuæ annis, poſtque Caroli Imperatoris mortem re ipſa tranſiiſſe ad Ordinem Minorum Conventualium S. Franciſci poſtea in geſtis vitæ ſuæ memorabimus, cujus quidem non obſcura hoc ipſo Chronico reliquit indicia, cum plurimis annis Capitula Generalia & Provincialia cum nominibus Miniſtrorum hujus Ordinis adſcribit, cum monaſteriorum quorumque principia, fata, nonnullorumque Fratrum Conventualium geſta & caſus commemorat, de ſe denique jamjam ſacram Franciſci regulam profeſſo ad annum 1386. ſcribit: *Eodem die Frater Beneſſius in Boleslavia cantavi novam Miſſam.* Aliam quidem præterea nuſpiam in hoc Chronico de ſe mentionem facit, niſi quod ad annum 1371 apponat: *Ego hæc ſcribens vidi.* Quæ cum ita ſe habeant, ſcripſit Beneſſius hoc Chronicon poſterius libris ſuis quatuor, atque hoc ipſo tempore cum Ordinem S. Franciſci jam profeſſus erat, quo veroſimillime plura ex libris ſuis quatuor compendio excerpſit, alia, ut poſtea videbimus ad verbum reddidit, alia mutavit, alia omiſit, alia præſertim ex memoriis novi a ſe ſuſcepti Ordinis, atque ex poſterius a ſe viſis &

& auditis adjecit. Diximus supra Chronicon istud ultra ætatem Benessii, aut quousque vivere potuisset, excurrere, quod & ipsum hodie in fine saltem uno folio mutilum ad annum usque 1487. excurrit, idque manifesto indicio est illud a pluribus demum continuatum fuisse, quemadmodum alter Benessius de Horzovitz historiam Hussitarum vernacule persecutus, etiam continuator Benessii de Weitmühl fuit, eodemque nomine passim a nostris refertur. Quo anno autem desinat Benessius noster, quo anno prior illius continuator incipiat, admodum arduum definire est, nos ex indiciis quibusque suspicamur continuatorem illius cum anno 1399 ordiri, isthic enim jam penitus cessant omnes Ordinis Divi Francisci, omnes Ecclesiæ Metropolitanæ memoriæ, & posthac anni multo majori compendio coarctantur.

III. Jam ut de ipso authore Chronici istius sermonem instituamus: ortus is fuit vetustissima toga sagoque inclyta stirpe Krabiciorum de Weytmile. Non adeo multas de eo antiquitas ad posteritatem transcripsit memorias, quarum potissimas ex ejus utroque Chronico, ex libris Erectionum, denique ex Diplomatibus hic adfero. Pater illi fuit ejusdem nominis Benessius, fratres duo germani, alter Joannes, alter Petrus dictus, ille Plebanus, seu Curatus Lippensis, iste a prædio suo *de Sliwna* appellatus, uti libri Erectionum apud Balbinum L. 5. p. 50. perhibent. De patre suo Benessio reperio luculentum documentum in Cancellaria Caroli IV. necdum typis vulgata: quod præcipue in amoribus fuerit Joanni Duci Carinthiæ & Comiti Tyrolis fratri Caroli IV. tum vices Regis in Bohemia agentis, qui ipsi anno 1349. *Judicium provinciale, quod* Landgericht *dicitur & forestariam silvarum districtus Truthnoviensis cum omnibus juribus, utilitatibus & pertinentiis contulit.* Quam ipsam Forestariam Trutnoviensem ut idem Benessius seu Pesco Krabice de Weytmül (prout promiscue in his duobus diplomatibus vocatur) *vendere, obligare, commutare, alienare, & prout ei expedire videbitur, sicut rem propriam in usus suos utiles & beneplacitos convertere*, possit indulsit & confirmavit Carolus IV. eodem anno literis Majestalibus Bopardiæ datis. Quod ad Benessium nostrum attinet, *is in aula Caroli IV. a pu-*

a puero educatus fuit, ut loquitur Balbinus Dec. I. Lib. 7. p. m. 161 alibique, *demum omnium prope itinerum Caroli comes*, quam notitiam procul dubio ex libris ejusdem quatuor hausit. Sacratiorem dein vitam in clericali ſtatu ſecutum plurimis monumentis teſtatum eſt. Peſſina ubivis eum nomine & titulo Archidiaconi Zatecenſis impertit, de quo dubitare vix fas eſt, cum primus omnium is veram illius hiſtoriarumque ad poſteritatem tranſcriptarum cognitionem ex Chronico ejus acceperit; & vero memorat etiam Balbinus in ſuis Collectaneis MSS. (quæ mecum benevole Clar. Vir Thomas Ant. Putzlacher Regni Advocatus, Syndicusque Univerſitatis communicavit) quod Cancellaria Caroli IV. eundem *Canonicum Pragenſem & Archidiaconum Zatecenſem* appellet; quod cum ita ſe habet, Beneſſius vi & munere Archidiaconatus Zatecenſis ſtallum, & præbendam, ut vocant in Eccleſia Metropolitana inter Canonicos Pragenſes conſecutus eſt, quo ſimul etiam tum Archidiaconus Curimenſis & Bilinenſis perpetuo gaviſi. Anno 1341. jam *Beneſſium* inter Canonicos Metropolitanos ſubſcriptum lego in diplomate Joannis Regis Eccleſiæ Pragenſi dato, quo eidem atque Capitulo in perpetuum donat decimas in montibus Cuthnis, Brzeznicz, aliisque omnibus Regni argenti fodinis, quem Beneſſium noſtrum eſſe dubitare vix velim, & quamvis ille iſthic nudo nomine inter Canonicos ſine Archidiaconi Zatecenſis titulo ſubſcriptus ſit (ut ne Peſſinæ fidem derogem) ſentiendum Beneſſium iſthic in hac ſubſcriptione titulum Archidiaconi omiſiſſe, quod quidem etiam ab aliis factitatum eſſe pluribus exemplis probari poteſt. At an. 1353. jam non fuit amplius Archidiaconus Zatecenſis, uti ex bino diplomate Tomo noſtro III. MSSrum Bohemiæ p. 354. & 356 excuſo liquet, in quo utroque *Theobaldus Archidiaconus Zatcenſis* refertur, idem Theobaldus legitur in literis Capituli Pragenſis anno 1356. archivi Litomericenſis, quibus Præpoſiti Litomericenſis, Boleslavienſis & Melnicenſis in gremium Canonicorum Pragenſium decreto & dotatione Caroli IV. aſſumuntur, ſtallo, juribus, privilegiis, portionibusque communibus donantur. Ita dein an. 1384. reperio quemdam *Leonardum* Archidiaconum Zatecenſem in Decimis eccleſiaſticis, quas libris Erectionum

Peſſina in Phoſph. ſept. p. 67 p. 535 alibique.

Peſſina ibid. p. 58.

 præjecit

præjecit Balbinus, e quibus conjicere fas est Benessium nostrum jam ante annum 1353. in Capitulo Ecclesiaque Pragensi ad majorem dignitatem elevatum fuisse, verosimillime autem ad Archidiaconatum Pragensem: nam hoc ipso tempore ab anno 1344. quo Thomas adhuc Archidiaconus Ecclesiæ Pragensis in copia confirmationis Mansionariorum Pragensium legitur in supra memoratis diplomatibus, quibus omnes Canonici Pragenses enumerantur, ubivis *Archidiaconum Pragensem* abesse, & post Decanum nominari, & subscribi *scholasticum* reperio; ut verosimillime tum munus Archidiaconi sustinuerit Benessius, cum in numero ceterorum Canonicorum Pragensium (quos inter tamen eum locum tenuisse certum est) nuspiam referatur aut subscriptus legatur. Videbimus infra eum passim in Caroli aula versatum & potissimum itinerum ejus comitem fuisse, denique hoc ipso tempore Directoris fabricæ Ecclesiæ Pragensis munere functum, quæ verosimillime causa est, quod actibus capitularibus raro interfuerit, ac proinde absens aut impeditus in literis his non referatur, nec subscriptus legatur. Rem confirmare videtur Pessina in Phosphoro suo septicorni pag. 193. ubi eum postremo dicit *in Ecclesiæ Pragensi Vice-Decanum* fuisse. Vice-Decani nullum fuit unquam, quantum ex historiis comperi, in Ecclesia & Capitulo Pragensi munus aut dignitas peculiaris, sed absente aut quavis ratione impedito Decano vices agebat primus Prælatus Canonicus, qui erat Archidiaconus, suspicor itaque, quod Pessina documentum aliquod repererit, quo Vice-Decani negotium aliquod confecit aut subscripsit Benessius, quod eum in eam opinionem adduxit, at Vice Decanum nominaverit, cum re ipsa nil aliud, quam primus Prælatus Canonicus seu Archidiaconus fuerit. Sed his jam missis ad ceteras Benessii memorias transeamus. Anno 1346. assumptus est a Carolo tum adhuc Bohemiæ Rege Rentium ad Rhenum in Diœcesi Trevirensi ad Comitia Imperialia, in quibus Carolus Romanorum Rex electus est, ex his eum Romanæ Legationis socium adjunxit Arnesto Archiepiscopo Pragensi, & Nicolao Duci Oppaviensi, qui ex his Comitiis cum nuncio electionis rite factæ ad Romanum Pontificem missi sunt, quorum omnium ille oculatus auritusque testis fuit,

Tomo III. MSS. Boh. p. 330.

fuit, quæ accurate in libris suis quatuor ad hunc annum descripsit. Anno 1363. ejus fit mentio in libris Erectionum, quo cum fratribus suis erigit & dotat altare S. Annæ in Ecclesia Lippensi, verba ipsa apponere juvat: *Benessius Canonicus Pragensis, Joannes Plebanus in Lippa, & Petrus de Sliwna fratres germani, filii quondam Benessii de Weitmil erigunt & dotant altare S. Annæ in ecclesia Parochiali Lippensi. A. 1363. feria 3. post Dominicam Oculi.* Anno 1365. comitatus est Carolum IV. Avenionem ad Urbanum Papam V., interfuit demum ejusdem Caroli coronationi Arelatensi. Anno 1368. rursum secutus est Carolum Romam, adfuit, cum Carolus IV. Papam solemni pompa in urbe excepisset, ejusque equum pedester per frenum usque ad gradus Ecclesiæ S. Petri duxisset. Hæc copiose enarrans Benessius de se libro IV. ad h. a. dicit: *Hic tu, qui vidisti, & nosti, materiam dilata.* Anno 1371. adfuit Pragæ festo Paschatis in aula Caroli, cum Imperatrix Elisabeth miræ fortitudinis specimen dedit, novumque babatum ferreum manibus suis confregit. Jam Joannes Rex pater Caroli IV. anno 1344. fundamenta jecit novæ fabricæ Ecclesiæ Metropolitanæ, quod opus cum dein demortuo anno 1346. patre omni contentione persequeretur Carolus, perspectam is sibi habens prudentiam, dexteritatem, rerumque cognitionem Benessii, eum supremum directorem fabricæ instituit, cujus itaque sagacitate moles ad eam elegantiam, ne dicam rei architecticæ miraculum, uti hodie cernitur assurrexit; atque id est, quod ad an. 1374. de se referat, uti jam §. II. verba illius dedimus, quod Episcoporum Pragensium corpora de veteri Ecclesia in novam transtulerit, singula certis locis reposita marmoreis lapidibus cooperuerit. Talis tamque præclaræ a Benessio in rem architecticam Ecclesiæ Metropolitanæ navatæ operæ voluit Carolus IV. sempiternum hac ipsa in Basilica statuere monumentum: Quare inter Imperialis familiæ suæ simulacra lapidea, quæ infra tholum ecclesiæ in superioribus ambulacris reponi fecit, medium pene supra aram majorem simulacrum Benessii de Weitmühl habitu Magisteriali constituit, apposito ex latere stirpis suæ gentilitiis armis, scilicet lapide molari, infra vero adjecta inscriptione, quæ tamen diuturnitate sæculorum tantum fumo, pulveribus & mucore obducta est, ut repetito etiam ascensu ex fugiti-

Apud Balb. Dec. 1 lib. 5 pag. 50

gitivis characteribus nihil penitus assequi potuerim. Simulacrum hoc lapideum æri incisum præjecit Biographiæ doctissimus Pelzelius. *a)* Id profecto dolendum maxime, nuper in tam sumptuosa picturarum pene omnium Basilicæ hujus renovatione, hæc ipsa ambulacra pictorum festinatione & incuria, quod ab oculis remotiora essent, neglecta fuisse, nec tot tamque vetustas inscriptiones singulis pene simulacris substratas recenti penicillo restitutas fuisse. Atque hucusque pertingunt Benessii qua Canonici Pragensis memoriæ, nisi quod Pessina, ut supra meminimus, eum, nescio quo fonte, adhuc anno 1380. Vicedecani munere functum perhibeat. Paprocius memorat plures in Archivo Metropolitano exstare membranas ejusdem Benessii munitas sigillo, earumque unam sibi fuisse extraditam, in qua adverterit arma sigilli hujus nonnihil diversa esse ab illis, quæ in tholo Ecclesiæ Pragensis spectantur, nam isthic præsentari aquilam rubram, cujus pectori affixus sit lapis molaris communis gentilitius clypeus. Jam cum supra diximus Benessium postremis vitæ suæ annis ad Ordinem Divi Francisci Minorum Conventualium transiisse, quæ restant de hac novæ vitæ susceptæ ratione, persequamur. De eo Crugerius ad 4. Octobris p. 16. (postquam plures illustres Viros Bohemiæ enumerasset, qui Ordinem Divi Francisci amplexi sunt) hæc habet: *Ultra hos Neo-Boleslaviæ Benefs Weitmillius Chronici veteris conscripti author, imo & basilicæ S. Viti, cum ædificaretur, operarum præfectus, cujus in tholo hodierni chori exsculpta in lapide superest statua* (pectoralis tantum) *paulo ante metropolitanæ Canonicus inter Conventuales desiit vivere senex Franciscanus.* Et Balbinus T. VII. Erectionum p. 128. *De Benessio Weitmilio Canonico plurimis locis diximus, laudatissimum est, quod valedixerit mundo, & institutum S. Francisci amplexus humilem vitam ad mortem deduxerit.* His utriusque relatis respondent indicia præsentis Chronici, ut jam supra meminimus, & porro ostensuri sumus. Quo vero anno Benessius Canonici munere defunctus huic sacro Ordini nomen dederit, nihil certo proditum. Id post annum 1380. accidisse persuadent verba Pessinæ, qui eum eo anno adhuc Vicedecani munus

In ordine Dominorum Boh. p. 342.

a) Abbildungen böhmischer Gelehrten 1 Theil S. 1.

mus obiisse contendit. Et sane annis aliquot etiam posterius Benessium vitae prioris rationem mutasse non vane autumo, postquam scilicet dolens vidit ignavia Wenceslai IV. pessumdari florentissimum regnum, Metropolitanae Ecclesiae illiusque Ministris non eum impendi favorem, quemadmodum ante a patre, imo in quosdam infanda supplicia decreta fuisse, itaque taedio rerum solitudinem, vitamque privatam in monasterio quaesivit. Anno 1386. jam regulam S. Francisci Neo-Boleslaviae, ubi verosimillime tyrocinium vitae religiosae exegit, professum fuisse innuunt verba, quae praesenti Chronico ad eum annum apposuit. *Eodem die* (nempe XIII. Kalendas Junii die Dominico Jubilate post Pascha) *frater Benessius in Boleslavia cantavi novam Missam.* Quae quidem verba, & cumprimis vox *frater* quamvis satis certo innuant hoc anno Benessium jam ordini monastico adscriptum fuisse, nonnullis tamen historiarum veterum minus gnaris dubia & perplexa videri possunt, qua ratione de se scribere potuerit, quod *novam*, seu (quod idem est juxta omnia medii aevi glossaria) *primam Missam* cantaverit, cum Archidiaconi Satecensis imo & Pragensis munere functus sit, ac proinde credibile sit eum multo prius sacerdotio initiatum fuisse. At vero saeculo exeunte XIV. non modo Ecclesia Metropolitana Pragensis, sed pleraeque aliae adhuc veteris Ecclesiae disciplinam conservaverunt, ut nemo ad Archidiaconatus gradum promoveretur, nisi Diaconus, uti habetur in Concilio Lateranensi I. Can. 2. eoipso autem defungeretur hoc munere, si in Presbyterum ordinatus fuisset, quemadmodum ex Sidonis saeculi V. scriptoris L. 4. epist. 24. ex synodis Claromontana, Rhemensi, Londinensi, aliisque saeculi etiam XIV. manifestum fit. Sane ad eam plane rationem paulo ante instituit, fundavitque Mansionarios in eadem Ecclesia Pragensi Carolus IV. ut duodecim Presbyteri, sex Diaconi, sex Subdiaconi essent, nec liceret Diaconis aut Subdiaconis ad Presbyteratus ordinem transire, nisi hoc ipso beneficio suo excidere maluissent. Diaconatus igitur gradu (quod ipsum etiam hodie quibusdam Metropolitanis Germaniae & Italiae Ecclesiis usitatum est) solum insignitus fuit Benessius, ordinem vero sacerdotalem primum anno 1386. in Ordine Divi Francisci consecutus,

cutus, ad quem cum Virum tanta prius auctoritate ac nobilitate clarum absoluto mox tyrocinio vitæ religiosæ promotum fuisse dubitare nolim, hinc verosimillimus annus redditur 1385., quo Capitulo Metropolitano valedixit, Monachumque indutus est. A sacerdotio vero percepto altissimum de eo silentium tam in Chronico præsente, quam apud alios historicos nostros. Crugerius eum Neo-Boleslaviæ demortuum innuit, quem tamen Paprocius tam in Diadocho suo, quam Speculo Moraviæ sepultum dicit in Metropolitana Pragensi Ecclesia ante capellam S. Wenceslai, quod si ita est, verosimillime decreto Wenceslai Imperatoris, aut certe Illustrissimæ familiæ suæ petitione isthic tumulatus est, ut scilicet ea in Ecclesia sepulchrum inveniret, cujus ille promotor fabricæque Director fuit. Ceterum illi munere & titulo *Directoris* fabricæ successisse Wenceslaum de Radecz itidem Canonicum Pragensem ex hoc ipso Chronico ad annum 1392. discimus. Reperimus in cursu Mansionariorum Pragensium, quem T. III. MSSorum Boh. vulgavimus p. 300. sequentem Benessii memoriam ad XVI. Kal. Februarii: *In anniversario Domini Benessii Prædicatoris egregii Pragensis Præcentor dabit Mansionariis XXX. grossos de bonis in villa Chleby*, similia leguntur p. 311. ad XIV. Calendas Octobris. Benessius hic an idem cum nostro sit, quod affirmem aut negem, non reperio, vox *Domini* Canonicum innuit, tempus congruit, ab anno enim 1343. usque 1417. pertingunt donationes, fundationesque Mansionariis factæ, Canonicos Metropolitanos, Monachis e cathedra Metropolitana remotis prædicationem verbi divini in se recepisse jam ante Arnestum I. Archiepiscopum ex Francisci Chronico constat, ut proinde nihil pene repugnare videatur hac *egregii Prædicatoris* nota indigitari Benessium nostrum, quam quidem fundationem ille seu ante ingressum religionis Mansionariis fecit, seu cognati illius, hæredesque pro anima illius in Ecclesia Metropolitana, in qua sepultus, præstiterunt. Unum præterea prætermittendum non est; perperam a quibusque nostris recentioribus Benessium, de quo hic sermo, nonnunquam promiscue seu *de Weitmühl*, seu *de Horzowicz*, aut etiam conjunctim appellari. At certum est, Benessium de Horzowicz

zowicz a nostro diversum esse stirpe, tempore, ipsoque Chronico. Benessius enim de Horzowicz sermone Bohemico complexus est historiam Hussitarum, idemque est, ad quem Balbinus in Epitome ad annum 1417. p. 429. & rursum ad annos 1420. 1421. paginis 433. & 434. alibique provocat. Hujus authoris MS. apographum servatur in Bibliotheca RR. PP. Augustinianorum Discalceatorum Neo-Pragæ, in cujus margine Excellentissimus D. Episcopus Suffraganeus Wokaun pugno suo adnotavit, id jam sæculo XV. exeunte Pragæ impressum fuisse, hodieque servari in Bibliotheca Archiepiscopali, quod tamen videre mihi adhuc non contigit. Ceterum cum hic idem vernaculus rerum Hussiticarum scriptor serie temporum Benessium de Weitmühl exceperit, passim is Benessii continuator audit.

IV. Ob gratam Benessii multum de historia Bohema promeriti Viri memoriam libet chronologico ordine familiæ Weitmühlianæ a Balbino in Stemmatographia sua prætermissæ reliquias quasdam, uti in adversariis nostris adnotatas reperimus, subjicere: Hagecius atque Paprocius familiarum origines longissime atque ex summa antiquitate evocare pro more suo soliti genus Weitmühlianum fabulosis plane initiis ab anno 1081. repetunt, ajuntque cujusdam Dobrohostii Weitminerii uxorem absente marito novem uno partu edidisse filios, eam hac filiorum multitudine perterritam credidisse quod præstigiis quibusdam id sibi evenerit, quare jussisse, ut simul omnes in arculam, quam hodie passim scatulam appellamus, conclusi humi clam defoderentur. Fortuito vero maritum hac scatula filios efferentibus obstetricibus obviam factum re comperta filios morti eripuisse, nutricibusque alendos tradidisse. Ex his sex numero ad virilem ætatem pertigisse Wratislao Regi demum apprime charos, qui ab hac scatula, qua ad mortem elati erant, Bohemis Krabice dicta, demum Krabice de Weitmühl dicti sint. At vero quanta fide hæc nitantur, vel eo indicio satis cognoscere fas est, quod Paprocius ingenti saltu ab eodem anno 1081. usque ad sæculum XIV. transiliat, nec priorem aliquem Weitmilium quam Benessium ejusque fratres in medium proferat. Optandum foret, ut tandem e tenebris prodeant in lu-

cem tot MSSa. Clementinæ Bibliothecæ exſtinctæ S. J. inter quæ cujusdam Hinkonis de Weitmühl origines Krabicianas & Weitmühlianas cenſeri, in pugillaribus meis notatum reperio, e quibus procul dubio ſaniora & veriora ſtirpis hujus principia edoceremur. Bene autem advertendum Krabiceos Weitmühlianos diſtinguendos eſſe a Grabiceis, qui per gamma ſcribuntur: hæc penitus diverſa ſtirps fuit, cujus vetuſtiores hodie ſuperſunt memoriæ atque Weitmühliorum, illa enim decuſſatum raſtrum pro armis gentilitiis habebat, quod Bohemica dialecto olim Grabice, hodie Hrabice dicitur, quemadmodum Cojatæ filii Grabice teſtamentum autographum ſigillo munitum ex ſæculi XII. principio hodie in archivo Zderaſienſi ſuperſtes perhibet. Krabiceorum autem Weitmühlianorum hucusque non antiquiorem deprehendi memoriam exeunte ſæculo decimo tertio, ſcilicet anno 1278., quo Conradus de Weitmühl communi illi Nobilitatis noſtræ cladi ad Marchfelden cum Ottocaro II. involutus fuit. Anno 1319. Bohuſſius de Weitmühl propter heroica ſua facinora in pugna ad Milnsdorf exerta cum ipſo Joanne Rege aliisque Nobilitatis primæ bohemis Proceribus a Ludovico Bavaro militari cingulo decoratus eſt. Anno 1349., uti ſupra meminimus, Beneſſius pater Beneſſii noſtri judicium provinciale & foreſtarium diſtrictus Trutnovienſis a Carolo IV. & fratre illius Joanne in beneficium accepit, uti & anno 1363. fratrum Beneſſii fieri memoriam ex libris Erectionum oſtendimus. Joannis fratris Plebani in Lippa adhuc in iisdem libris Erectionum T. IV. p. 87. ad annum 1391. fit mentio, quo ſuperſtes fuit. Annis 1396. & 1398. in iisdem libris Erectionum T. IV. & VII. p. 129. & quidem in diplomatibus Wenceslai IV. ſubſcriptus legitur: *Ad mandatum Domini Regis Wlachnik de Weitmüble*, quod manifeſto indicio eſt eundem Wlachnik, ſeu Cancellarii, ſeu Notarii munere apud Wenceslaum functum fuiſſe. Anno 1403. T. XIII. Erectionum p. 286. fit mentio Joannis dicti Prudota de Weitmyle, qui cenſum in villa Libiechow redemit, & anno 1406. Kunkonis & Sigiſmundi fratrum de Weitmühle altare S. Annæ Lippæ nova donatione impertientium. Anno 1409. refertur T. VIII. ibid. p. 286. honeſta matrona Krabi-

czovina

czovina relicta Joannis dicti Krabice de Radczek. Sub Georgio autem Rege multum a prudentia, rerumque agendarum dexteritate commendatur Beneſſius Burggravius Carlſteinenſis, qui anno 1467. ab eodem Rege Legatus miſſus Norimbergam ad Comitia, rurſum ad Regem Hung. Mathiam, a quo liberationem Domini de Schwamberg e cuſtodia impetravit. Anno 1474. ab eodem Georgio literis Majeſtalibus poſt mortem Henrici de Sedczicz obtinuit in feudum caſtrum ſeu munitionem dictam Kniezicze cum curia & villis Radonicze, Czeikowicze, Zawokliby, Liebieticze, Oploty, Kaſſticze. *Diplom. MSS.* Anno 1479. idem Beneſſius, item & Ludovicus, atque Georgius de Weitmühle, eorumque patrueles & hæredes in Dominorum ordinem elevati ſunt, teſtante id extractu MS. Tabularum Regiarum Bibliothecæ Excell. D. D. Comitis Eugenii de Wrbna. Ex filiis Beneſſii Ladislaus veroſimillime idem eſt, qui anno 1482. in ſumptuoſis illis Pragenſibus haſtiludiis ſeu Torneamentis a Wladislao Rege ante Curiam Vetero-Urbenſem celebratis cum cetera prima nobilitate Bohema concurrit, quemadmodum in hoc ipſo libro ad eundem annum legitur. Anno 1487. idem Ladislaus a Wladislao Rege beneficium in feudum accepit in Curia Eraſimi poſt mortem Mateſonis de Swietle. Uti hæc & ſuperiora *Quaternus literarum regalium* ab anno 1454., qui primus eſt Tabularum hodie regiarum, exhibet. Beneſſii filia Dorothea nupſit cum dote ditionis Koſatky anno 1486. Wenceslao Bezdruziczky de Kolowrath, e quo matrimonio nova linea familiæ Kolowrateæ exorta, quæ ſe Koſateziam ſcripſit. Idem Beneſſius de Weitmühl jam anno 1481. renunciatus erat ſimul ſupremus rei monetariæ, montiumque in Bohemia Præfectus; uti in diplomatibus adhucdum ineditis ejus ſubſcriptio indicat: *Ad relationem Domini Beneſſii de Waitmyle Burgravii in Karlſtein & Magiſtri monetæ montium Cuthn.* Sed cum potiſſimam adoleſcentiæ partem in Germania exegiſſet, uſumque linguæ Bohemæ pene amiſiſſet, cognomento germanico præſertim falſi, ac eum germanum rati foſſores reique monetariæ adminiſtri, recipere tergiverſati ſunt, donec ab ipſo in publicum adductus fratruelis Stephanus Weitmühlius conteſtatus eſſet, Beneſſium

ſium non modo gente Bohemum, ſed & eadem ſtirpe prognatum eſſe. Id incitamento fuit eidem Beneſſio, ut vetuſta privilegia genti ſuæ a Carolo IV. & Friderico III. Imp. data exquireret, eaque Majeſtalibus Wladislai II. (quæ a Paprocio recitantur) confirmari accuraret. His quidem Majeſtalibus dicitur: ſtirpem Weitmühlianam non modo jam a Carolo IV. inter primam Nobilitatem ſeu Dominorum, Baronumve Bohemiæ ordinem cenſam fuiſſe, ſed & alio Friderici III. Imp. diplomate eundem Beneſſium, fratrem illius Ludovicum, ejusdem filios Ladislaum, Sigiſmundum, Joannem & Michaelem, item fratrueles Wenceslaum & Georgium cum omni eorum poſteritate vere nobiles Baronesque per omnes Imperii Germanici plagas recognitos fuiſſe. Præfuit vero huic utrique officio Beneſſius adhuc anno 1487., quo a Wladislao poſt mortem Joannis Perſtynsky de Miekovicz accepit in feudum caſtrum ſeu *munitionem Perſtynecz cum cenſu terrarum, vinearum, agrorum, pratis, ſilvis, piſcinis, rivis, atque aliis univerſis & ſingulis pertinentiis ſuis.* Imo illum adhuc anno 1488 *Dominica Quaſimodogeniti* ſuperfuiſſe liquet ex autographo inſtrumento Archivi regii, quo Reinhardus de Neuperg, Magiſter Ord. Teutonici ei tabularem ceſſionem fecit civitatis *Comethaw*, & appertinentium. Anno 1507. Chriſtophorus Baro de Weitmühl electus eſt Præpoſitus Wiſſehradenſis, quem multo tempore renuit confirmare Wladislaus Rex, quod militari cingulo magis idoneum judicaret, an re ipſa poſſeſſionem Præpoſituræ ſuæ acceperit, proditum non invenio, nam & Hammerſchmidius & Berghauerus eum in ſerie Præpoſitorum prætermiſerunt. Non prætermittendus hac ipſa annorum periodo Henricus de Weitmühl eruditionis fama conſpicuus, qui anno 1537. vaſtum opus *de valetudine tuenda* e latino in Bohemicum ſermonem translatum typis vulgavit, atque veroſimillime idem eſt, cujus origines Weitmühlianæ hucuſque ineditæ in Bibliotheca Clementina deliteſcunt. Anno 1514. iterum in Majeſtalibus Wladislai Regis *Budæ Dominica Lætare* datis occurrunt Joannes & Sebaſtianus fratres de Weitmühle, quibus eis, hæredibusque monaſterium Poſtelbergenſe cum omnibus appertinentiis confirmat ea conditione, ut a ſolis loci

iſtius

iſtius Religioſis redimi poſſit. Præcipue vero militari gloria hoc ſæculo effloruit Sebaſtianus de Weitmühl, qui anno 1539. e Comitiis Pragenſibus præſentatus eſt a Proceribus Bohemiæ Ferdinando I. adverſus Turcas exercitus Bohemi ſupremus Dux. Qua auctoritate in bello Smalcaldico anno 1546. ab eodem Imperatore miſſus eſt cum exercitu adverſus Joannem Georgium Electorem Saxoniæ, quem irruptione in Vogtlandiam facta ad Elſnicium clade affecit. Eodem anno Plenipotentiarii Imperialis munere miſſus eſt Wratislaviam controverſiarum quarundam Bohemiam inter & Sileſiam, ac cumprimis Lignicium componendarum cauſa. Meminit ejusdem Sebaſtiani Balbinus in indice Erectionum, aitque Commotovii dynaſtam fuiſſe, ac ſubjicit: *Scio non omnes Weitmilios vel Krabicios in numero Dominorum habitos eſſe, ii tamen, qui Commotovium perdiu tenuerunt, inter Dynaſtas & Dominos Bohemiæ numerati leguntur.* Quo autem tempore ad Weitmühlios pervenerit Commotovium ſupra innui; quosdam ſentire, dote cujusdam nomine *Benedictæ*, Weitmilio, neſcio, cui nuptæ, id in poteſtatem Weitmühliorum pertigiſſe in adverſariis meis reperio. De eodem Sebaſtiano inter collectionem diplomatum meorum ſervo alias Majeſtales Wladislai II., quibus fatetur eidem & fratri Joanni oppignoratas eſſe ditiones monaſterii Portæ Apoſtolorum Ord. S. Benedicti, quæ a nemine niſi monaſterii iſtius Abbate aut fratribus relui queant. Quod vero ad Equites Weitmühlios attinet, vix dubium eſt illorum aliquos adhuc eodem ſæculo XVI. nonniſi equeſtri ordine cenſos fuiſſe. Nam ex literis Wartenbergicis anni 1509. a Paprocio citatis cognoſcitur, primum eo anno die Mercurii quatuor temporum æſtivorum Chriſtophorum & Sebaſtianum Beneſſii filios in Dominorum, ſeu Baronum Bohemiæ ordinem receptos eſſe. Idem Paprocius ſua ætate Carolum de Weitmühl Dynaſtam Drahlicenſem ſuperfuiſſe, atque ex primo matrimonio Hinkonem & Ladislaum, ex altero Burchardum, tresque filias ſuſcepiſſe memorat. Author idem eſt in Speculo ſuo Moravico hanc inclytam gentem etiam per Moraviam & Poloniam diffuſam fuiſſe, in cujus rei firmamentum nonnulla adducit p. 160. teſtimonia, ac cumprimis ait ab eadem Znoymæ ordinem Prædicato-

catorum fundatum fuiſſe, cujus tres ſepulchrales lapides ab annis 1400. 1501. & 1505. ipſe in capellæ veteris ruderibus detexerit. Evanuit autem hæc pervetuſta, nobiliſſimaque Familia in Bohemia fatali illa emigratione ſub Ferdinando II.

V. Poſtremo jam reliqua, quæ de hoc Chronico cognoſcere Lectoris intereſt, breviter perſtringamus: Deſumtum illud eſt ex codice chartaceo, forma, uti vocant, in quarto ſcripto, compactoque. Manu quidem eadem ſæculi XV. totum exaratum eſt per columnas, ſed uti jam præmonuimus, principio & fine mutilum, tum medio etiam uno alterove folio truncatum. Chronicon hoc eodem calamo excipit hiſtoria Huſſitarum Laurentii Brzezinæ, in qua itidem paginæ quæpiam tum principio tum fine deſiderantur. Proderit tamen hoc ipſum manuſcriptum aliquando ad indicandas variandas lectiones, dum Laurentium Brzezinam integrum ex alio codice in Tomis noſtris MSSorum Bohemiæ proferemus. Jam quod ad materiem illius attinet, rariſſima quæquæ, & ab aliis minime tractata complectitur, eo etiam pretium auget, quod ab authore nobilitatis primæ dignitate eccleſiaſtica præfulgente, qui pleraque ipſe vidit, aut ab oculatis, auritisque teſtibus accepit, conſcriptum ſit, cujus inſuper hiatus & defectus magna & operoſa induſtria ex libris ejus quatuor Chronicæ Pragenſis reſtituere, fragmentisque undequaque conquiſitis ſarcire conati ſumus, hoc uno fine nobis propoſito, ut quidquid ab hoc illuſtri auctore reliquum eſt, quali quali opera noſtra ab interitu vindicetur, vices, inquam, illud eousque ſuppleat, dum alterum inſigne opus quatuor librorum Beneſſii (ſi tamen caſu aliquo non periit) e latibulis ſuis eruatur. Et ne denique continuatorum hujus Chronici memoriam prætermittamus, duo, tresve, omnes tamen ſynchroni, eidem acciderunt, uti pluribus indiciis teſtatum eſt; poſtremus eorum ſeſe a Catholicis ſacris alienum fuiſſe manifeſto prodidit, ejusdem vero continuatio poſtremum una ſaltem plagula, ſi non pluribus truncata eſt, nec enim completum ſenſum de exuſtione caſtri Carlſtein exhibet; non tamen ultra annum 1497., quem ibidem ultimo præfigit, excurriſſe videtur, nam eſt in manibus meis aliud Chronicon vernaculum nunquam typis vulgatum ex Bibliotheca Du-

xovi-

xoviensi, quod titulum *Continuatio Benessii* præsefert, cum hoc ipso anno initium sumens, eaque supplens, quæ a priore hoc ipso anno prætermissa videbantur, de quo copiosius aliquando agemus, cum illud in monumenta nostra Bohemiæ porro edenda, referemus.

CHRONICON
BENESSII KRABICE DE WAITMILE,
Archidiaconi Zatecensis, & Canonici Metropolitani Pragensis.

An. MCCLVII. *a*)

An. MCCXCII. *Eodem anno, 1292. Electores Romani Imperii Comitem de Nassau Adolphum in Regem Romanorum elegerunt de consilio & auxilio Wenceslai Principis Bohemiæ. Et hoc factum est propter Albertum Ducem Austriæ sororium Principis præfati, quia terram datam in Austria pro dotalitio Guttæ Reginæ Albertus ipse violenter & indebite occupabat.* Benessius L. 1. *b*)

An. MCCXCVI. *Eodem anno 1296. Tobias Episcopus Pragensis XXVI. Pontificatus sui anno XVIII. viam universæ carnis ingressus plenus dierum suorum optimam post se famam reliquit, & bona multa ecclesiæ fecit. Post cujus obitum & sepulturam solemnem Canonici Prag. convenientes in unum invocata Spiritus Sancti gratia Dominum Gregorium tunc Decanum, Magistrum in artibus, virum simplicem, rectum, ac timentem Dominum, habentem in ætate circa LX. annos, concorditer elegerunt.* Benessius Lib. 1. *c*)

MCCXCVII. *cc*)

MCCC

a) Tobias Benessovia familia . . . . secundum Hagecium Wissehradensis, juxta Chronicon Waitmilii Pragensis Præpositus hac die absolutum a se Benessoviensis cœnobii templum curavit per Nicolaum Pragensem Episcopum consecrari. *Crugerius 4 Octob. p.* 19.

b) His subjicit ex eodem anno & loco Benessii. Pessina in Marte Moraviæ pag. 388. verba ex Francisci Chronicæ c. 9. de eodem Alberto Duce Austriæ, quod subditi odio adversus illum concepto Wenceslao Regi Ducatum Austriæ obtulerint, ille vero humiliter ad se venientem Albertum benigne exceperit, subditosque tam Austriacos, quam Styrios eidem reconciliaverit. *c*) Pessina in Phosphoro septicorni p. 537. *cc*) Pessina in

MCCCIII. *d*)

MCCCV. *Rex* (Wenceslaus) *in brevi post mortem apparuit Domino Johanni Brixiensi Episcopo in visione facie serena & veste præfulgida dicens: Joannes quid quereris? cur ploras? cui Episcopus inquit: tuum mi Domine Rex, obitum & gentis tuæ post te deploro excidium. Cui Rex: o miser, nunquam legisti verba hæc: cum te consumptum putaveris, orieris ut Lucifer, & habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies & requiesces, & non erit, qui te exterreat, & deprecabuntur faciem tuam plurimi. Et evigilans Episcopus invenit hoc scriptum in XI. Cap. libri Job.* Benessius ad annum 1305. *e*)

MCCCVI. *f*)
MCCCX. *g*)
MCCCXII. *h*)

MCCCXV. Mathias de Trencz Hungarus cæsus ab exercitu Regis Joannis in extremo discrimine opem Caroli Regis sui imploravit, sed responsum tulit: *sibi quidem militares copias subsidio contra Bohemiæ Regem, cum quo amicitiæ fœdus pactum haberet, mittere minime licere, ne fœdifragii reus ageretur: nihilominus hoc unum quod in potestate foret, se facturum, ut Legatos ad demulcendum ac deprecandum Regem quamprimum amandaret, quem hac in parte exorabilem non dubitaret.* *i*)

MCCCXVI. *Die* 14 *Maji hora diei prima nascitur Joanni Regi primogenitus filius Pragæ: cui die* 31 *ejusdem in festo Pentecostes, dum sacro fonte ablueretur per Petrum Archi-ep. Mogunt. in ecclesia Prag. præsentibus*

in Marte Morav. p. 389 coronationis solennitatem Wenceslai Regis ex Francisci c. 11 referens provocat ad Beness. L. 1 similia referentis. *d*) Ad annum hunc Benessii de Weitmühl provocat Pessina in Marte Moraviæ p. 390 de irruptione Rudolphi Austriæ Ducis in Moraviam. *e*) Pessina in Marte Moraviæ p. 391. Præmittit ibidem etiam Pessina piam Wenceslai præparationem ad mortem ex Francisci Chronico, aitque eadem recensere Benessium. Ceterum supra relata verba Benessii de apparitione Wenceslai conformia sunt verbis Francisci c. 17. p. 32. quam conformitatem crebrius occurrere innuit Pessina. *f*) De cæde Wenceslai III. Olomucii facta provocat Pessina in Phosphoro septicorni p. 56 ad Benessii Weitmile Chronicon eccles. Prag. lib. 1. *g*) Pessina in Phosphoro septicorni p. 183 verbis Francisci ex capite illius 24 lib. 1 referens Joannis Regis ingressum in Bohemiam, Pragæque urbis occupationem, eadem Benessium ad annum 1310 lib. 2 referre ait. *h*) Pessina in Marte Moraviæ p. 397 ex Francisco referens Mathiæ de Trencz Hungari populationem Moraviæ intentatam provocat etiam ad Benessii an. 1312. *i*) Hæc Pessina in Marte Moraviæ p. 398 refert ad Franciscum & Benessium provocans, cum autem verba hæc subducta & a Pessina alio typo excusa non habeantur in Francisco, ex Benessio desumpta esse conjicere fas est.

bus Balduino Archi-ep. Trevirensi, Joanne ep. Prag. & Petro I. ep. Olom. datum Wenceslai nomen. k)

MCCCXIX. *Rex male informatus a quibusdam seditiosis, quasi Regina in animo haberet filium tradere Baronibus educandum, ut postea commodo tempore illum in Regem susciperent, irarum plenus cubitum ubi tum Regina fuit, subito advenit, castrum in suam potestatem redegit, Reginam abire jussit, Wenceslao parvulo sub custodiam dato, & una cum nutricibus in quoddam cellarium conjecto, ita ut non viderit lumen per duos menses, nisi per foramen.* l)

MCCCXXI. ll)

MCCCXXIII. *Prævaluit exercitus Ludovici Imp. & capti sunt Fridericus Rex Roman. & Henricus frater suus Dux Austriæ, & multi Principes, atque Comites cum eisdem, & facta est strages magna in populo, ita, quod occisorum non fuerit numerus. In ipso bello, quod Rex Joannes cum gente sua incboaverat, præcinctus est ipse Rex baltbeo militari. Altera autem die, cum bellum bujusmodi consummatum esset, Ludovicus inito consilio sibi Regem Fridericum retinuit captivum, Henricum autem fratrem ejus Ducem Austriæ tradidit in manus Joannis Regis Boh. quem Rex suscipiens secum in Bobemiam captivum abduxit, & in Krziwoklad, alias Burglynum, custodiendum destinavit. Cumque Henricus captivus palatium castri ejusdem ingrederetur, clenodium, quod erat ibi depictum multum sumptuose, & in summitatibus testudinum clypei terrarum, quibus olim Rex Ottocarus præfuit, positi erant de opere sculpto & sumptuoso; ecce in ipso ingressus sui momento, clypeus terræ Austriæ cunctis videntibus, ante pedes Principis captivi cecidit in terram, & in casu conteritur in partes minutas; verumtamen in summitate testudinis ejusdem clypei, pars parva in signum tanti miraculi remansit, quæ bæret ibi usque in bodiernum diem. Hæc videns Princeps captivus, cum arma illa sua essent bæreditaria, valde turbatus est.* Benessius L. 2 ad annum 1323. m)

k) Pessina in Marte Moraviæ p. 429 hæc referens provocat ad Benessii lib. 2 an. 1316. Similiter pag. 399 revocat se ad eundem annum Benessii de Procerum Bohemiæ seditione excitata adversus Joannem Regem, quod Germanos non tantum secretioribus consultationibus adhiberet, sed iis quoque munera publica conferret Bohemis præteritis. l) Hæc narrare Benessium ad an. 1319 inquit Pessina in Marte Moraviæ p. 429, quorum quidem aliqua verbis ipsius Pessinæ reddita esse non obscurum est ex variatione characterum typi. ll) Balbin. Dec. I. L. 7 p. m. 142 ex Benessio ad h. a. refert mortem Cunegundis filiæ Ottocari, uti & anno sequente mortem Margarethæ, quæ fuit uxor Boleslai Lignicensis. m) Pessina in Marte Moraviæ p. 404 & seq. Subjungit idem Pessina ex eodem Benessio: *Idem quoque narrat victoriam hanc in festo S. Wenceslai acci-*

MCCCXXIV. *Eodem anno Joannes Rex Bohem. cum Rege Hungariæ convenientes, inter alios amicabiles tractatus ordinarunt Duces Austriæ, ut debeant dare pro redemptione captivi fratris sui Henrici IX. millia marcarum arg. item civitatem Znoymam illis obligatam: restituere etiam quædam privilegia, in quibus, & per quæ Barones regni Boh. sese incaute obligaverunt Alberto Regi Rom. quod nullum debeant sibi in Regem assumere, nisi unum ex Principibus, & de domo Ducum Austriæ. His tractatibus consummatis Henricus Dux Austriæ a captivitate liberatur.* Benessius L. 2 ad an. 1324. n)

MCCCXXIX. o)

MCCCXXXI. p)

MCCCXXXIV. q)

M.

accidisse, nullumque dubium esse, quin idem sanctus suis in prælio adfuerit, & auxilium præstiterit gloriosum. Addit insuper: *in loco prælii ecclesiam in honorem S. Wenceslai ædificatam esse.* Porro cum certum sit hoc ipso anno Joannis filium Wenceslaum, postea Carolum dictum, ad Gallias missum fuisse, adjicere hic libet, quæ compendio Balbinus ex eodem Benessio in Epitome sua p. 384 de pueritia Caroli narrat: *Benessius principio pueritiam Caroli describit, tum adolescentiam, & educationem Gallicam: ait eum Horas B. Virginis quotidie recitare solitum, eumque morem tota reliqua vita tenuisse. Præceptor fuit Carolo Petrus Abbas monasterii Fiscanensis (postea Clemens VI.) qui adolescenti sacras literas plurimum commendabat. Unde ortum habuit illa Caroli sacrarum literarum scientia, ut etiam Evangelium interpretari auderet. Recitat etiam in specimen Caroli homilias aliquot in Evangelia idem Benessius, quæ a Frebero typis sunt editæ. Unam in Taussim scripsit anno 1334. cum Vetero-Boleslavia peregrinus rediret. Hactenus Balbinus.* n) Pessina in Marte Moraviæ p. 405. o) Pessina in Phosphoro septicorni p. 185 ad hunc annum ex Benessii L. 2 hæc his verbis refert: *Joannes Pragensis episcopus Sedi Apostolicæ reconciliatus, & in aliis etiam, quorum accusabatur, absolutus, atque ab ipso Pontifice Joanne XXI. vivæ vocis oraculo innocens declaratus sedi suæ Pragensi magno totius Cleri & populi applausu fuit restitutus.* p) Ad hunc annum Benessii provocat Pessina in Marte Morav. p. 407 enarrans, qua dexteritate Joannes in Italia expugnatis urbibus assentiente Ludovico Imp. Gibellinorum & Guelsorum factionem qua consilio, qua ferro pacaverit. pag. 409 ad eundem provocat de ejusdem Joannis expeditione in Austriam suscepta, subjungitque de celeritate Regis hujus p. 411 ejusdem Benessii verbis testimonium: *Tanta celeritate iter conficere solitus, ut non equitare, sed volare videretur. Habebat enim in more idem Rex cum suis paucissimis velocissime equitare, & de duabus dietis communibus unam facere satis magnam.* q) Balbinus in Epitome p. 385 ex Benessio compendio hæc refert: Carolus jam Marchio Moraviæ *bellum cum Bolkone Swidnicensi Duce feliciter gessit; bellis inde paternis in Italia, Bavaria, Austria interfuit.* pag. 384 ex eodem Benessio ait: *Sternbergii quoque Moravici Proceres ingentis potentiæ cum plurimis aliis vehementer attriti sunt, & capti proditione ductorum suorum; nomina sunt apud Benessium: Arnoldus de Bachnow & Michalico de Borow.* Denique in Collectaneis suis MSS. ad eundem annum ex libro II. Benessii narrat: *Vita excessit Hinko Episcopus Olomucensis, qui ex Bohe-*

MCCCXXXV. *r)*

MCCCXXXVI. *Eodem anno ipse Rex* (Joannes) *fecit fodi in synagoga Judæorum Prag. & invenit plurima millia in auro & argento. Sed malo ductus consilio, & præcipue per suos Rhenenses, qui sibi adhærebant, illectus, Dei timore postposito fecit fodi in ecclesia Pragensi penes sepulchrum S. Adalberti, & in capella Divisorii, sperans aliquid invenire; sed spe sua frustratus, imagines XII. Apostolorum, quæ pro sepulchro S. Wenceslai fuerant per filium suum Carolum, & de fidelium eleemosyna fabricatæ, abstulit, & asportavit. Nec divina ultio defuit: Permittente enim Deo, qui suam & Sanctorum suorum injuriam ulciscitur, ipso die, quo hæc facta sunt, quidam potens miles de Rheno, qui in hujusmodi actu nefario primus & præcipuus consiliarius fuit, a quodam inopinate occiditur in civitate Pragensi. Rex vero Joannes, qui usque ad hæc tempora dolorem oculorum passus erat, deinceps omnino excæcatus est, & non vidit lumen diei usque ad diem mortis suæ. Neque contra divinam voluntatem, quæ permiserat hoc factum, potuerunt illum juvare, nec curare ulli medici, quamvis de diversis partibus, etiam de paganismo advocaverat, quorum aliquos postea fecit in aqua demergi. Simulabat se tamen idem Rex videre, cum non videret, & multi, qui ipsum intuebantur, cæcitatem ipsius non animadvertebant, quia omnia facta sua taliter disponebat, ut videre crederetur. Et quia pro stipendiariis pecunia indigebat, cœpit excogitare diversos modos conquirendi pecunias monasteria & civitates talliando; Ungeltum, quod prius nunquam auditum fuerat, recipiendo de vino & sale per totum regnum, Bernas etiam seu regalem collectam sæpius recipiendo a suis Bohemis. Propterea multi adversus ipsum clamabant, sed quid clamarent, ignorabant: Nonne melius fuit dare partem pecuniæ cuilibet, quam regnum destrui per hostes & vastari? Providerat enim Rex Johannes, ut licet ex omni parte terræ suæ haberet Principes inimicos: utpote Ludovicum Bavarum, qui potentissime regnabat Imperium, Duces Austriæ, Marchionem Brandeburgicum Ludovici filium, Marchionem Misnensem, Regem Poloniæ, Duces Silesiæ plures: nunquam tamen aliquis eorum præsumpsit in-*

Bohemis suis bonis erexit, & dotavit altare S. Martini in ecclesia Pragensi, & ante illud est tumulatus. Provocat etiam ad eundem annum & quidem librum secundum Benessii Pessina in Phosphoro septic. p. 57 de morte Uldrici de Pabienicz Canonici Pragensis Viri tum nobilitate generis tum doctrina insignis. *r)* Pessina in Marte Morav. p. 413 hæc ex Francisci Chronico ad hunc annum narrat: *Casimirus Poloniæ Rex ex Hungaria Pragam cum Joanne Rege venit in die S. Nicolai, magnoque honore susceptus per dies IX. Pragæ mansit. Hic ad sua rediens jus & titulum Regni Poloniæ hilariter reportavit: deinceps vero Rex Bohemiæ Regem Poloniæ cessavit se nominare. Idem refert Benessius.*

invadere fines Regni Bohemiæ vel intrare, ſed omnes circumſedentes Principes ipſum Regem, & ſuam gentem maxime timebant: quia, ut dicitur, audaces fortuna juvat. Beneſſius L. 3 ad an. 1336. *s)*

MCCCXXXVII. *t)*

MCCCXXXVIII. *Quidam ut malum* (locuſtarum eo anno maxima multitudine Hungariam, Auſtriam, Moraviam, Bohemiam & Poloniam populantium) *averterent, foſſas moliri, & terram effodere inſtiterunt, eoque impulſas terra obruere conabantur; cum res non ſuccederet, curribus ſtramine oneratis eas paulatim impellebant in foſſas & urebant; neque hoc conſilium magnopere profuit. Tandem ſupplicationes omnium Sacerdotum Pragæ decretæ ſunt, & Deo nos reſpiciente maxima ciconiarum copia advolavit, quæ ſeſe largiter iis ingurgitando omnes abſumpſerunt.* Beneſſius ad h. a. *u)*

MCCCXL. *x)*

MCCCXLI. *y)*

MCCCXLII. *Pons Pragenſis firmiſſimus in Vigilia S. Blaſii multis locis inundatione laceratur.* Beneſſius L. 3 ad hunc an. ex Balbini MSS. Collectaneis. *z)*

MCCCXLIII.

s) Peſſina in Phoſphoro ſept. p. 626 & ſeq. provocat etiam ad eundem locum laudato libro pag. 57. In Marte vero ſuo Morav. pag. 414 hoc anno provocat inſuper ad alium locum Beneſſii de irruptione Bohemorum & Moravorum in Auſtriam. *t)* Balbinus in Epitome p. 385 compendio ex Beneſſio refert: Carolus *adverſus Prutenos idololatras bellavit una cum Joanne patre.* *u)* Peſſina in Marte Morav. p. 415 & ſeq. *x)* Peſſina in Marte Morav. p. 418 ex Beneſſio refert: Carolum a patre Joanne miſſum in Bavariam, ut Margaritæ ſorori ſuæ viduæ Henrici Bavari eſſet auxilio & conſilio adverſus Ludovicum Ex-Imperatorem vim illi intentantem. *y)* Peſſina in Marte Morav. p. 418 narrans iter Caroli in Tyrolim, reditum ejus cum fratre Joanne, novum fœdus cum Cazimiro Rege Poloniæ per ſponſalia Margaritæ viduæ, denique expeditionem in Tyrolim, provocat ad Beneſſii annum præſentem. In Phoſphoro vero ſuo ſepticorni p. 57 uti & Berghauerus in Proto-Mart. Pœnit. p. 370 ex ejusdem Beneſſii libro tertio ad hunc annum referunt Joannem tactum religione nuper ablati theſauri eccleſiæ Pragenſis, Capitulo & eidem Eccleſiæ ex montibus Kutnis, Brzeznicz & omnibus aliis argentifodinis decimas in perpetuum contuliſſe, & per traditionem Bireti Arneſtum tum Decanum in his inveſtiviſſe. *z)* Idem Balbinus in Epitome p. 384 ad Beneſſii librum 3 provocans ſuis verbis ait: *Eccleſiam Collegiatam omnium Sanctorum in caſtro Pragenſi fundavit Carolus Marchio Moraviæ, inſtituit Præpoſitum, Decanum & XL. præbendas ac X. Miniſtros, quibus large providit.* In ſuis vero MSS. Collectaneis etiam addit: *Largiſſime & opulentiſſime Collegiatam hanc eccleſiam fundatam & plurimis divorum reliquiis & divite ſacrorum apparatu. aurea argenteaque ſupellectile ſtabilivit, præſentationem Præpoſiti & Præbendarum ad Reges Bohemiæ, Decani electionem ad Capitulum pertinere voluit.* De eccleſia denique Pragenſi narrat: *Duodecim ſtatuas Apoſtolorum argenteas viri magnitudine ad ornatum tumuli S. Wenceslai fieri curavit.*

MCCCXLIII. *Arnestus de Pardubicz* (Archiepiscopus Pragensis) *filius quondam Domini Arnesti de Pardubicz strenui militis, vir elegantis staturæ & corpore decorus, omnium morum honestate præditus, in Jure Canonico Licentiatus, affabilis omnibus & benignus, Vir dilectus Deo & hominibus, longæ staturæ, venusta facie, omnium morum honestate decorus, miræ patientiæ, nam ipsius familiaris quotidiana consueta familia nunquam audivit de ore ipsius sinistrum aut injuriosum famen procedere &c.* a)

MCCCXLIV. *Arnestus 23 Novembris, quæ erat Dominica ultima post Pentecosten, pallio Archiepiscopali cum debitis cerimoniis indutus est per Brzedslaum Episcopum Wratislaviensem Pragæ in templo S. Viti præsente Rege Joanne ac filiis Carolo & Joanne: factaque est lætitia magna, & maxima in ecclesia Pragensi, Clerus Te Deum laudamus, populus autem Kyrieleyson plenis vocibus decantabant. . . . Novus postea Archiepiscopus, nec non Joannes Rex atque filii ejus duo Karolus & Joannes & magna multitudo Prælatorum atque Nobilium exeuntes de Pragensi ecclesia venerunt ad locum effossum, & pro fundamento novo præparatum. Fossam isti quatuor: Archiepiscopus, Rex, & duo filii ejus intrant, & ad ima descendunt, positoque cum omni reverentia primario lapide pro nova ecclesia ædificanda, de fovea tandem lætantes exeunt, choro Te Deum laudamus cum jubilo cantante. Idem D. Rex de consensu filiorum suorum dedit atque donavit decimam omnium proventuum de urbara montis Kutnæ perpetuis temporibus pro fabrica Prag. ecclesiæ &c.* Benessius L. 3 ad h. a. *b)*

MCCCXLV.

a) Hoc elogium Arnesti refert Pessina in Phosphoro septic. p. 540 verbis Benessii ex ejus libro IV. ad h. a. & ad annum 1364. De Mansionariis vero in Pragensi ecclesia a Carolo Marchione Moraviæ fundatis, cui fundationi causam occasionemque dedit Delphini Galliæ visio, agit ex ejusdem Benessii libro III. ad h. a. Balbinus in Epitome p. 369 & 383 & in Collectaneis suis MSS. item Pessina in Phosphoro septic. p. 65 Denique ejusdem Caroli Silesiticæ expeditionis ex eodem Benessio meminit Pessina in Marte Moraviæ p. 419. *b)* Pessina in Phosphoro septic. p. 187. Balbinus præterea ex hoc ipso anno Benessii compendio refert in Epitome p. 385 *Carolus rursus cum patre ad bellum in Prussiam profectus est; redeunti per Poloniam domum Carolo structæ sunt a Polonis insidiæ, quas mirabili stratagemate elusit.* Et rursum p. 383 ait: Cum Rex Joannes bellum gereret cum Polonis, Czenko Lippæus cum pluribus adversus vetitum Regis alia parte ad Bitomium Poloniam invasit, sed cum in vino potius quam armis pervigilarent, vino, somnoque sepulti ab hostibus deprehensi, captique sunt. *Ob hanc turpem captivitatem,* ait Benessius, *Lippæi & eorum domus, quæ super alios Barones Boemiæ & Moraviæ nimium excreverat, periit & facti sunt aliis æquales, vel etiam minores.* Hactenus Balbinus cit. loco. Pessina quoque in Marte Moraviæ p. 419 eadem de insidiis Carolo in Polonia factis referens, addit Casimirum Polonum desuper immemorem fœderis Silesiam invasisse, oppidumque Stinaviam cœpisse ac diruisse, *Boleslaus* quoque sub id

MCCCXLV. *Propterea Rex* (Joannes) *cum duobus filiis suis Carolo & Joanne atque etiam Domino Arnesto primo Archiepiscopo Pragensi, hoc ipso anno creato, congregato magno exercitu terram ejusdem Ducis* (scilicet Boleslai, qui virum illustrem vasallum Joannis fame enecuit) *ingressi, obvia quæque vastarunt, & ante civitatem Swydnicz castra posuerunt, cujus suburbia usque ad portas cremarunt. Abinde applicuerunt exercitum ad civitatem Landshut ejusdem Ducis, quam undique circumdederunt, & sine Marte occuparunt. Acta sunt hæc circa festum S. Georgii. Demum factis treugis pacis cum eodem Duce, licet multa ei damna intulissent, ad propria nostri Principes læti redierunt.* Beneffius ad h. a. *c*)

MCCCXLVI. *Mox* (electione Caroli IV. Imperiali Rentii ad Rhenum festo S. Margarethæ V. & M. peracta) *Principes Electores mittunt suos solemnes Ambassiatores, videlicet Venerabilem in Christo Patrem Dominum Arnestum sanctæ Prag. ecclesiæ Archiepiscopum primum, & Magnificum Principem Dominum Nicolaum Ducem Oppaviæ & Ratiboriæ cum decreto electionis ad summum Pontificem in civitatem Avinienfem, ubi tunc cum curia residebat: qui venientes illuc, a Papa & Cardinalibus honorifice sunt recepti. Dominus itaque Arnestus jam dictus, cum esset magnæ facundiæ & literaturæ, coram Domino Papa & Collegio sacro in publico Consistorio fecit pulchrum & Magistralem sermonem, cujus thema fuit illud, quod in libro Regum scribitur:* In te respiciunt oculi Israel, ut indices, quis sedeat super solium. *& eundem sermonem ad propositum & ad materiam novi Electi optime adduxit. Sed quod idem Archiepiscopus in eodem themate hoc pronomen* tuum *non adjecerat, ideoque Dominus Clemens Papa VI., qui & ipse Magister erat in sacra pagina, die sequenti congregato sacro Collegio in præsentia omnium Prælatorum, in publico Consistorio, resumpto eodem themate addidit, quod in textu Bibliæ continetur:* Si quis sedere debeat super solium tuum. *ostendens, qualiter Imperium de Græcia per Sedem Apostolicam translatum fuit in Germanos; unde merito dicere debuerat:* super solium tuum. *quod Reges & Imperatores Romanorum tam de jure, quam consuetudine jurare debent Sedi Apostolicæ reverentiam, obedientiam & fidelitatem. Completo igitur sermone eodem Dominus Papa multum commendavit personam Domini Caroli in Regem Romanorum electi, & examinato, sicut decuit, processu & decreto electionis hujusmodi, ipsam electionem canonice & de persona idonea celebratam, de consensu fratrum suorum approbavit auctoritate Apostolica, & con-*

id tempus, persequitur Pessina, *vasallum quendam Regis Bohemiæ virum illustrem*, ut narrat Benessius, *captivavit & conjectum in turrim fame mori coegit.* *c*) Pessina in Marte Morav. p. 419. & seq.

confirmavit; dans suis literis præfatis Archiepiscopis Electoribus in mandatis, ut ipsum Electum debeant inungere & coronare in Regem Romanorum; quibus literis receptis Ambassiator Dominus Arnestus per Dominum Papam & Cardinales multum honoratus ad Dominum Carolum Electum lætus revertitur. Benessius L. 3 ad h. a. *d*)

- - - - - -

- - - - - -

e) ffortanerius tunc Minister Generalis in die sancti Spiritus, & eodem anno Capitulum in Zacz in presencia fratris Francisci Ministri in festo Beati Francisci. *f*)

Item in vigilia sancti Galli Dominus Dypoldus de Ryzenberk obsedit Castrum Waldek.

Anno MCCCXLVII. Karolus electus Imperator rediit in Bohemiam infra octavas Epiphanie, & a populo in Praga solempniter recipitur, & a Clero. Post hæc in die sancti Vincentii exiens Praga ivit in Karinthiam, ubi plura castra & civitates acquisivit, & a magnis periculis eripitur Deo protegente. Reversus abinde in vigilia sancti - - Pragam intravit, & in crastino sancti Egidii in Regem Bohemie coronatur, una cum Domina Blanka.

Coronam autem, qua ipse Rex coronatus est, donavit S. Wenceslaò, ejus capiti in ecclesia Prag. certis diebus imponendam, decernens ut omnes Reges Bohemiæ sui successores eadem debeant corona coronari, & illa die coronationis suæ duntaxat uti, dieque eadem ad noctem in manus Decani & Sacristæ Pragensis, qui de natione Bohema esse debent, restituere cum effectu sub pœna excommunicationis per Dominum Papam propter hanc causam latæ. Item statuit, & literis suis idem Rex firmavit, ut quilibet suorum successorum, qui eadem corona erit sequuturis temporibus coronandus, teneatur solvere Capitulo Pragensi, ratione mutuationis dictæ coronæ CCC. sexagenas Pragenses in utilitatem ecclesiæ & Capituli convertendas. Benessius L. 4 ad h. a. *g*)

De-

d) Pessina in Phosphoro septic. p. 188 & seq., Qui præmittit Benessium nostrum ejusdem Romanæ Legationis comitem & oculatum testem fuisse. *e*) Truncato primis paginis codice nostro, uti in observationibus præviis diximus, tandem ille ab hoc anno abrupto sensu verbis sequentibus incipit. *f*) Ordinem Minorum Satecii habuisse monasterium nec Hagecius in catalogo suo monasteriorum nec alius fere quisquam meminit; id maxime miror in libris Erectionum nuspiam quoque hujus monasterii fieri mentionem. *g*) Pessina in Phosphoro septicorni p. 67 & seq. E quibus aliisque posterioribus locis manifestum fit libros quatuor Benessii multo locupletiores fuisse præsente Chronico. Sane

Deinde XIII. die mensis Octobris versus Bavariam progreditur cum exercitu multo tam Nobilium, quam civium pauperum & potentum & in via nunciatur ei misera mors Ludovici de Bavaria, que accidit ei XI. die mensis Octobris, ut merito tempore vitam mors horribilis sequeretur. Imperator vero Karolus multa incendia & alia mala intulit Bavaris. Sed in Ratispona & in Strubin *b*) solempniter est receptus.

Eodem anno tanta siccitas in vere & estate, quod perierunt multa in segetibus & in feno.

Eodem anno primus Magister in Bohemia sacre Theologie, frater Nicolaus Ordinis Augustinensis, & studium Generale cum gracia providendo Magistros licendiandi cum Bulla, ad Regnum per procuratorem Domini Karoli Imperatoris apportatur, & solempniter pronuncciatur. *i*)

Eodem anno Dominus Heynricus de Nova Domo in Domazlicz manens, multa dampna intulit Bavaris.

Item eodem anno Capitulum in Mutha, quod tenuit Domina Elzka de Potensteyn dicta, sincerissima ordinis. *k*)

Eodem anno Dominus Petrus de Rosenberk, & Dominus Bertoldus Lipensis moriebantur.

Eodem anno frater Fortenarius Minister Generalis factus est Archiepiscopus Ecclesiæ Ravennates. *kk*)

Anno MCCCXLVIII. VI. fe: in conversione sancti Pauli fuit terre motus hora vespertina, tunc subversa est civitas Willacum, & multe ville, oppi-

Sane etiam Balbinus in Epitome p. 359 plurium ex hoc ipso Benessii anno de coronatione Caroli meminit, cujus verba exscribere juvat: *A coronatione in antiquam urbem Pragensem descendit* (Carolus) *& exstructa Regia mensa hospites accepit. Bohemi Proceres in equis Regi novo ministrarunt, & sua munia probaverunt. Narrat Benessius Weitmilius in foro S. Galli theatrum excitatum esse, in quo Imperator cum conjuge & Principibus Imperii convivium celebravit, cumque die altero pro Carmelitanis Patribus ad Nives primum lapidem in cœnobii fundamenta locasset, theatri ejus ligna omnia donasse Carmelitis, unde illi sibi extemporalem ecclesiam & domicilium exstruxerint.* *b*) Hodie Strauding. *i*) Hic Nicolaus Ordinis Augustinensis non legitur apud Balbinum in Epitome p. 359 inter illos a se commemoratos primos octo Professores Universitatis Pragensis, cui tamen Benessii testimonio præ ceteris locus erat concedendus, sed procul dubio a libris quatuor Benessii hæc de Nicolao narratio abfuit, secus Balbinus eundem non prætermisisset. *k*) Ea fuit Alto-Muta, quæ olim cœnobium Ordinis Minorum habuit, verba vero: *Capitulum tenuit Elzka de Potenstein* eo accipienda sunt, quod illa sumtus ad celebrandum Capitulum suppeditaverit, strictissimam enim paupertatem profitebatur tum Ordo, ut Patronis ad Capitula celebranda opus haberet. Sic dein ad annum 1355 de Paulo Burgensi Episcopo dicitur: *Capitulum Provinciale tenuit propriis oneribus in expensis.* *kk*) Balbinus Dec. I. L. 7. p. 154. ad hunc annum 1347 ex Benessii L. 4 refert Carmelitarum cœnobium Neo-Pragæ fundatum fuisse.

oppida, atque caſtra & montes de locis ſuis moti ſunt, & duravit ille terre motus ibi in confinio plus quam dimidio anno.

Eodem anno fundatur Nova civitas Pragenſis XXV. die menſis Martii, *l)* & tunc eciam eodem anno fundantur Carmelite, & Sclavi.

Die B. Marci Carolus Romanorum & Bohemiæ Rex poſuit primum lapidem, & fundavit novam civitatem Prag. protendens murum fortiſſimum cum vallis & turribus altiſſimis a caſtro Wiſſebrad uſque in Porzicz: ſed & ipſum montem Wiſſebrad cinxit muro, & totum opus conſummavit infra biennium. Et fecit plantare hortos, atque vineas circacircum, auctusque eſt populus vehementer in brevi tempore. Fecit etiam advehi de Auſtria vites nobiliſſimas, m) quas ibi, & ſub caſtro Carlſtein, quod eodem tempore ædificare inceperat, plantavit. Extruxit etiam ipſe Rex in diverſis locis piſcinas plurimas Regno multum proficuas. Hoc advertentes nobiles, Religioſi, & plebeji plantarunt quoque vineas & hortos, & extruxerunt piſcinas, gratias agentes altiſſimo, quod talem eis conceſſerit Principem, ſub cujus ditione omnia ipſis proſperabantur.

Eodem anno fundavit monaſterium Ord. S. Benedicti in eadem civitate Nova, & inſtituit in eo fratres Slavos, qui slavonice Miſſas celebrarent, & Horas pſallerent. Beneſſius L. 4 ad h. a. *n)*

Eodem anno mortalitas hominum inaudita in Tartharia, in Grecia, in Avinione, in Marſilia, Jenua, Pariſiis, Senis, Padua, Veneciis, & multis aliis locis; itaque plura clauſtra fratrum Minorum, Predicatorum, & aliorum ſteterunt deſerta, & ſuper omnes mirabile, quod quicunque contingebant infirmos, vel mortuos, aut res eorum, moriebantur, & maxime Veneciis, ita quod neque filii Parentes, neque Parentes filios viſitabant, nec eciam de prope inſpicere voluerunt.

Eodem anno in die S. Petri ad vincula, obiit in Praga Blanka Regina Bohemie & ſepulta in Caſtro.

Item Civitas Pragenſis augmentatur, & dilatatur, per Regem Dominum Karolum Imperatorem.

Eodem anno Capitulum generale Verone in die Spiritus ſancti, & ibidem frater Wilhelmus eligitur in Generalem Ordinis, & eodem anno Capitulum Provinciale in Grecz. *o)*

l) Hallucinatio librarii eſt, legendum: *XXV. die menſis Aprilis feſto S. Marci*, uti Beneſſius in libro ſuo IV. memorat. *m)* Ad hoc ipſum de allatis vitibus Beneſſii teſtimonium provocat. Balbinus in Epitome p. 361 & Dec. 1 L. 1 p. 106. *n)* Peſſina in Marte Morav. p. 430. *o)* Id eſt Regino-Hradecii, ubi haud pridem monaſterium hujus inclyti Ordinis ſpectabatur, ſuperiore anno ob munimenta protenſa in vicinam translatum.

Eodem anno Dux Auſtriæ, & alii plures Duces & Principes & Epiſcopi diverſi de diverſis partibus fecerunt omagium Domino Karolo Imperatori Regi Boheme in Brunna.

Item filia Domini Karoli Imperatoris traditur ſeu deſponſatur filio Domini Ducis Auſtrie.

Item eodem anno Folmarus *p*) Marchio Brandenburgenſis per XXX. annos occulte exilium perpeſſus revenit, & de auxilio Imperatoris Karoli reformatus eſt repulſo filio Ludovici de Bavaria.

Oritur ſecta.

Anno MCCCXLIX. in quadrageſima, quidam penitentes *q*) dicti flagellatores Regnum Bohemie magna in multitudine intraverunt ſub vexillis cantantes cantilenas in theuthunico, quibus aſſociati fuerunt noſtri terrigene multi de civitatibus diverſis, donec per Archiepiſcopum Bohemie ſunt prohibiti, qui ſine licentia Epiſcoporum ſuorum, & doctrina Sacerdotum aſſumpſerunt illam penitenciam, ymo in cantu, & in factis eorum principales fidei Katholice contrarii inventi ſunt vicioſi.

Ipſo anno peſtilencia ſive mortalitas in diverſis partibus Regni Bohemie & Moravie maxima fuit, & hoc, ut dicebatur per procuracionem Judeorum, qui eciam plures cremati, & necati.

Reliquiæ Imperiales Pragam ex Bavaria adferuntur celebritate maxima, dies ſingularis pro illarum cultu aſſignatus imperante Carolo, videlicet feria VI. poſt Dominicam Quaſimodogeniti. *qq*)

Item frater Albertus, tunc Lector Pragenſis factus fuit Magiſter ſacre Theologie. *r*)

Eodem anno Capitulum in Brunna Provinciale in die ſancti Franciſci.

Item Regina Hungarie filia Karoli Imperatoris moritur, & ſoror ipſius Regina Francie.

Eodem anno Imperator & Rex Bohemie duxit uxorem nomine Meczkam, filiam Landgravii de ſuperiori Bavaria, *s*) & cum ipſa poſt feſtum ſancti Galli Bohemiam intravit, & eam in die Omnium Sanctorum coronavit.

Item menſale Criſti per Dominum Thobiam de Kamenicz de Ungaria ap-

p) Is eſt Waldemarus Sycophanta proprie Jacobus Rehbock dictus, qui Carolo IV. turpiter impoſuit. *q*) In margine minio ſcriptum eſt *Pikharti.* *qq*) Balbinus in ſuis MSS. Collectaneis ex libro IV. Beneſſii. *r*) Scilicet in ſtudio generali, ſeu Academia Pragenſi. *s*) Ea fuit Anna filia Rudolphi Palatini Rheni & Ducis Bavariæ. Contractus matrimonialis inter Rudolphum hunc & Carolum IV. proximo die Mercurii poſt Dominicam Invocavit hoc anno factus, vi cujus Carolo in dotem ſex millia gravium marcarum argenti, & in caſum quo nullus alius heres maſculus a ſe relinqueretur, omnes terræ & Provinciæ ſuæ aſſignantur, inter diplomata mea MSS. ſervatur.

apportatur, & in die ſancti Andree Apoſtoli preſente Imperatore per Archiepiſcopum & alios Epiſcopos cum Religioſis & Clericis ad ſummum Pragenſe *t*) ſolempniter deportatur.

Item Infula Monaſterio Cladrubienſi apportatur. *u*)

Anno Domini MCCCL. Annus gracie ſive Jubileus, & infra Octavas Epiphanie Karolo Imperatori primogenitus naſcitur, cui nomen Wenczeslaus imponitur. Karolus Imperator ante Carnisprivium in Budyſſin perrexit, ubi ad eum Ludovicus Dux Bavarie venit, ſibique omagium fecit, cum multis aliis, & inſignia & reliquias Imperii reſignavit, quem Imperator ad graciam recipiens cum Rege Dacie multisque aliis Principibus in Pragam duxit. Reliquie vero predicte per Dominum Johannem Epiſcopum Olomucenſem, & Dominum Vilhelmum de Lauſteyn in die Palmarum in Pragam ſolempniter ſunt apportate, & populo monſtrate.

Eodem anno Capitulum Provinciale Crakovie in translacione ſancti Stanislai. *x*)

Eodem anno in XLma Tribunus Romanorum Regnum Bohemie intravit, & per Regem captivatur, & in Rudnicz fuit vinculatus. *y*)

Item Dominus Johannes filius Regis Bohemie, Marchio Moravie efficitur, qui duxit ſibi in uxorem filiam Domini Nicolay Ducis Oppavie.

Joannes Marchio prævia diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ duxit ſibi in uxorem filiam Nicolai II. Ducis Oppav. & Ratibor. ex qua ſucceſſu temporis genuit tres filios: Jodocum, Joannem Sobieslawek, & Procopium, filias duas: Catharinam & Eliſabetham. Et tunc deletum eſt opprobrium ejus, mentitique ſunt, qui dicebant ipſum eſſe impotentem ad generandum: Cum illo tempore Princeps eſſet puer, & totus juvenir. Beneſſius L. 4 ad h. a. *z*)

E 2 Eo-

t) Id eſt: *caſtrum.* Ita vocem hanc pro caſtro accipi oſtendit exemplis Dufreſnius in Gloſſario. *u*) Hem! poſt duo ſæcula primum tam celebre monaſterium hoc anno infulam impetravit. Quid dicturi noſtri, qui a primis ſtatim fundationum annis monaſteriorum noſtrorum Abbatibus infulas paſſim concedunt. Ceterum tam Peſſina in Phoſphoro ſeptic. p. 191, quam Balbinus in Epitome p. 362 ex libro IV. Beneſſii adhuc præſente anno meminerunt Laurentii ſeu Nicolai Tribuni Romani hominis ſeditioſi, qui Roma pulſus Pragam veniens Arneſto monente & Carolo jubente in vincula conjectus eſt, *quem poſtea*, inquit Peſſina ex eodem Beneſſio, *Arneſtus a Cæſare ſibi in poteſtatem datum Raudnicium ad ditionis ſuæ Archiepiſcopalis arcem duci, ibique in quadam concamerati operis teſtudine, porta & clatris ferreis bene munita tantiſper ſervari juſſit, donec Avenionem ad Pontificem mitteretur.* Quod quidem præſens Chronicon ad annum ſequentem rejicit. *x*) Ex his conjicitur Provinciam Poloniæ Ordinis Minorum tum unitam fuiſſe Bohemiæ. *y*) Veroſimillime jam anno ſuperiore Pragam venit Roma profugus hic Tribunus, ac demum præſente in vincula conjectus, ut concilietur diverſa Chronologia duorum Chronicorum Beneſſii. *z*) Peſſina in Marte Moraviæ p. 425.

Eodem anno Wyſſegradum cingitur muro, & turribus.

Anno MCCCLI. Dominus Nicolaus filius Domini Johannis Regis Bohemie Patriarcha Aquilegenſis efficitur per procuracionem Domini Karoli Regis Romanorum & Bohemie. *a*)

Item Capitulum generale in Lugduno in die Penthecoſtes.

Item Dominus Johannes Epiſcopus Moravie in Praga moritur ante feſtum ſancti Wenczeslay & in Puſtemie tumulatur, *b*) & Dominus Johannes Prepoſitus tunc omnium Sanctorum in ſedem ipſius ſublimatur.

Item Capitulum provinciale in Nova Domo in feſto ſancti Franciſci, quod tenuit frater Albertus ſacre Theologie Doctor de mandato fratris Franciſci Miniſtri ſui avunculi.

Item Dominus Heynricus de Nova Domo cum LXX. galleatis intravit Auſtriam, ubi multa dampna expugnando, vaſtando, cremando fecit, & cum ad propria cum honore & victoria rediret, per Dominum Wilhelmum de Landſteyn, & Auſtralibus circa Zamoſty cum Domino Petro filio Domini Stephani de Sternbergk, qui ſibi in adjutorium cum XXX. galleatis venerat, tradicioſe debellatus fuit, ut ſcitur, multis tamen Auſtralibus interfectis, hoc factum eſt quarta feria poſt feſtum ſancti Martini

Item infra octavas Nativitatis Criſti primogenitus Regis nomine Wenczeslaus in Mendico moritur, & in Kathedrali Eccleſia Pragenſi ſepelitur. *c*)

Anno MCCCLII. Dominus Rex & Imperator fuit commotus contra Dominos, videlicet Michalezium & de Roſenberk, & alios quam plures, *d*) quibus Chlukow & Straſſicz ſubvertit & cremavit.

Item Capitulum in Myſa in Nativitate Beate Marie Virginis.

Anno MCCCLIII. Domina Meczka Regina in die Purificationis viam univerſe carnis eſt ingreſſa, & Prage in ſummo ſepulta.

Item

a) Hujus Nicolai Aquilejenſis Patriarchæ ſuperſunt nummi, quorum typum in Annalibus noſtris proferemus. *b*) An Joannes hic fuerit filius Wenceslai II. an III. Regis in Annalibus noſtris elucidabimus. Fundator ille fuit Sanctimonialium in Puſtemicz, apud quas ſepultus. Beneſſius juxta Balbinum L. 7 p. 143 de illo refert, quod multa a Joanne Rege perpeti coactus fuerit. *c*) Iſtud incognitum erat: Carolo IV. ante Wenceslaum, qui poſtea Romanorum Imperator erat, alium ejusdem nominis filium fuiſſe, hoc anno præmortuum. Habetur in Cancellaria Caroli IV. nondum typis vulgata ejusdem Imperatoris lugubris epiſtola, qua præcipit, pro eodem filio exequias fieri per eccleſias. Ceterum Balbinus ex Beneſſii L. 4 ad hunc annum refert L. 7 p. 154 quod in eccleſia Vetero-Boleslavienſi ad ſepulchrum S. Wenceslai miſſam quotidie decantandam, ſimulque cœnobium Carmelitarum Tachovii amplis reditibus fundaverit. *d*) Hæc procul dubio locupletius enarraverat Beneſſius in quarto libro ſuo, ad quem provocat Balbinus in Epitome p. 362.

Item Dominus Rex duxit aliam Dominam post Pascha in Ungaria filiam fratris Domini Ducis Swidnicensis. *e)*

Item in Vigilia Vigilie Nativitatis Virginis gloriose Lithuani fratres *f)* in Sawichwost trucidaverunt, & magnam predam hominum abduxerunt.

Item Capitulum in Olomucz in festo Nativitatis Virginis.

Item Dominus Imperator transivit Bavariam super Palatinum Ruffum, *g)* qui se subdidit, & sue gracie se commendavit. *gg)*

Anno MCCCLIV. Capitulum generale in Assisio in die Penthecostes.

Item Capitulum Provinciale in Czaslavia in festo Nativitatis Beate Virginis.

Ipso anno Dominus Imperator cum magna potencia intravit Bavariam super Marchionem Bramburgensem, qui ad voluntatem suam secum concordavit, & per terras suas eciam versus partes Lombardie Dominus Imperator *h)* cum suis transire permisit coactus, ubi in Lombardia civitates, tyranni & Domini ipsum honorifice, & cum magna solempnitate tanquam verum Dominum receperunt.

Eodem anno Dominus Karolus Romanorum & Bohemiæ Rex, miræ devotionis affectibus succensus, in diversis ecclesiis cathedralibus & regularibus monasteriis, & aliis piis locis in partibus Galliæ & Alemaniæ obtinuit multorum Sanctorum diversas reliquias, & septem corpora Sanctorum, & capita atque brachia Sanctorum multa valde, & illas ornavit auro, argento, & gemmis pretiosis, ultra quam exprimi possit, & donavit ecclesiæ Pragensi. Facta est autem allatio earundem ad ecclesiam Prag. in Octava S. Stephani Proto-Martyris. Quapropter Venerabilis Pater Dominus Arnestus Archiepiscopus Pragensis de consensu Cleri & populi sui constituit diem illum per totam Diœcesim Pragensem quotannis celebrem, & sub duplici venerari. Post hoc Dominus Karolus obtinuit speciales & magnas indulgentias a Sede Apostoli-

e) Balbinus ex Benessii L. 4 alterius etiam matrimonii hoc anno meminit in Epitome p. 362 *Aliud conjugium*, inquit, *hoc eodem anno celebratum est, cum Carolus filiam suam ex Blanca genitam Catharinam Rudolpho Austriæ Duci dedit in conjugem, sed ille gener (verba recito Benessii gravissimi & coævi scriptoris) nunquam genero* (fortassis socero) *suo adhæsit usque ad mortem.* *f)* Scilicet ex Ordine Minorum. *g)* Is fuit Rupertus, cujus duplex diploma de hoc ipso anno præ manibus inter MSS. habeo. Priore feria III. proxima ante festum omnium Sanctorum renunciat omnibus juribus super terris Bavariæ, in altero recognoscit se nullum jus habere in terris, nisi quæ in feudum ab Imperatore acceperat. *gg)* Balbinus in MSS. suis Collectaneis ex L. 4 Benessii hæc porro narrat : *Cœnobium S. Caroli Pragæ in monte Carolus Regia prorsus munificentia fundavit & struxit, eidemque cœnobio ecclesias duas sub castro Bezdiezy & in Lissa cum fructibus percipiendis conjunxit, & Abbatem a prima origine infula & pedo insignem impertivit.* *h)* Ita quidem in MSSto, at legendum esse *Dominum Imperatorem* sensus innuit.

ſtolica eadem die eccleſiam Prag. viſitantibus & feſtum hoc bullis Papalibus confirmavit. Beneſſius L. 4 ad h. a. *i)*

Anno MCCCLV. Poſt octavas Epiphanie Dominus Imperator in Medyolano eſt de ferrea corona ſolempniter coronatus, & poſt hoc in XLma cum Domina Imperatrice, ſuisque Bohemis & aliis multis Ducibus, Principibus, Comitibus, & Nobilibus verſus Romam eſt profectus, & in die Paſche cum Domina Imperatrice per Dominum Hoſtienſem ſolempniter eſt coronatus, tandem Piſis rediens Franciſcum, quem ibidem cum aliis ſex notabilibus, qui ipſum tradiderant, & occidere ipſum volebant cum Domina Imperatrice, ipſis ſuperatis, & devictis, tanquam in bello martirizatis, crudeliter ipſos in civitate Piſis decollavit, & communitatem ad graciam recepit. In quo conflictu Dominus Heynricus de Nova Domo cum aliis Bohemis viriliter & ſtrenue conflixerunt, & victoriam cum paucis obtinuerunt. *k)*

Dum Cæſari nova omnia ad vota ſua ſuccedunt, inimicus humani generis ejus felicibus actibus invidens per pravos homines procuravit non modicum diſturbium. Veniunt itaque tyranni quidam fraude diabolica pleni, & in omni malitia experti Franciſcus de Gambacurta, fratresque & amici ſui cives Piſani, imo cohæredes inferni, & ſuggeſſerunt Domino Imperatori, ut exercitum dimitteret, & veniret Piſas cum modica gente, quod omnia eſſent ad nutum ipſius. Imperator eorum & aliorum malo ductus conſilio volens parcere expenſis, mandavit, ut omnes & ſinguli, præter quam illi, qui curiæ ſuæ & ſtipendiis adſcripti fuerunt, redirent ad propria. Et factum eſt ita, & abiit quisque ad viam ſuam. Et venit Imperator ad civitatem Piſanam cum paucis, plus credens, quam expediebat. Ubi quadam die cum Imperator crederet ſe plena ſecuritate gaudere, manens cum Imperatrice in prætorio civitatis, iniqui homines loci illius captata opportunitate, ſuccenderunt prætorium, ita ut Imperator & Imperatrix cum familia ſua in domum cujusdam boni viri fere nudi vix evaſerint incolumes. Hoc facto præfati tyranni ſuggeſſerunt populo, quod Imperator ideo ſuccenderit prætorium, ut arma civium igne conſumerentur, & non haberent poſſe reſiſtendi ſuis inimicis Florentinis, quibus, ut falſe dicebant, promiſerat dare civitatem Lucam, & alia quæ-

i) Peſſina in Phoſphoro ſepticorni p. 449. Præterea Balbinus ad hunc ipſum annum in Epitome p. 363 ex Beneſſii libro 4 hæc refert: *Rurſus Carolus novum religioſorum virorum cœnobium in Nova civitate Pragenſi ſub titulo S. Ambroſii excitare aggreditur. in hoc cœnobio Ordinis S. Benedicti Miſſæ, ſacerdotales preces nocturnis diuturnisque horis, verbo, omnia Mediolanenſis eccleſiæ ritu peragebantur.* *k)* Hæc ſummo compendio iſthic ex libro ſuo 4 enarravit Beneſſius, quæ, præſertim autem de inſidiis Carolo ſtructis, ultioneque in ſeditioſos accepta jam ex Peſſinæ Marte Morav. p. 426, qui hæc conſervavit, referre juvat: *Dum Cæſari nova omnia &c*, ut ſupra.

quædam castella. Et commoverunt talibus corda populi, ut capitali odio persequerentur Imperatorem, & in ipsius necem conspirarunt omnes pariter magni & parvi. Captata igitur hora opportuna dum Imperator, suique in meridie sine armis hinc inde incederent, nullam curam de futuris contingentibus habentes: ecce Franciscus cum suis amicis concitarunt clamorem in medio civitatis clamantes: Vivat populus, moriatur Imperator. Eadem hora erat Imperator in domo & hospitio Domini Joannis Episcopi Olomucensis, & audito clamore subito congregata gente, quam habere potuit, & indutus armis præparavit se ad resistendum, cui in auxilium veniunt illi, qui ex alia parte pontis fuerant, scilicet episcopus Augustanus Marquardus & Henricus de Nova domo cum suis, & post multos conflictus, quos habuerunt in pontibus, venerunt ad Imperatorem, & simul cum ipso processerunt armata manu ad forum. Tum videntes tyranni, & populus, fortitudinem Cæsaream, & gentis suæ audaciam, diffugerunt recludentes se in domibus. Sed multi & infiniti ex eis ibidem in prælio occisi sunt, & proditores illi Franciscus, & alii sex authores seditionis capti sunt, positique ad tormenta, ubi omnia confessi sunt; quos D. Imperator in medio civitatis curavit capitibus plecti. Benessius L. 4 ad h. a. *l*)

Capitulum Provinciale, quod Dominus Paulus Burgensis Episcopus tenuit propriis oneribus in expensis.

Anno MCCCLVI. Circa festum exaltacionis sancte Crucis Dominus Johannes Marchio Moravie misit magnum populum in Austriam, ubi magna dampna in cremando, & predam abducendo fecerunt.

Carolus transiens per regnum multoties, fortalitia talium (scilicet nobilium grassatorum, qui e castris suis prædas per vicina loca agere soliti) *expugnabat, igne cremabat, & funditus diruebat, & propria in persona persequebatur maleficos diversis eos interimens suppliciis & non parcens malis. Sed & militem quendam Joannem dictum Pancyrz, quem aliquando ipse Imperator baltheo militari præcinxerat, captum in castro Ziampach in latrociniis, propriis manibus suspendit. Ex quo talis pax est facta in regno & in omnibus terris adjacentibus, qualem nulla ætas meminit, nec in Chronicis fuisse reperitur.* Benessius L. 4 ad h. a. *m*)

Item

l) Provocat ad eundem locum etiam Balbinus in Epitome p. 365. Istud autem difficulter mihi persuadebit ea Procerum vexilla, armis gentilitiis, ut ipse ibidem refert insignita ex Benessio desumpta esse, quæ ingenii sui partus sunt. Ceterum in Cancellaria Caroli IV. necdum typis vulgata exstat Caroli IV. quædam epistola ad Principem nonnullum Imperii scripta, qua ei hanc seditionem nunciat, simulque rebelles jam veniam petere innuit.

m) Pessina in Marte Moraviæ p. 427. Provocat ad eundem locum Benessii Balbinus in

Item Dominus Lankravius Haſſie filiam ſuam Reginam Regis Kaſymiri de regno ſuo abduxit.

Item Capitulum Provinciale in Kalendis in translacione ſancti Stanyslay.

Anno MCCCLVII. Dominus Imperator propria in perſona poſt Paſcha ſuper Duces Bavarie, videlicet Ludovicum & Albertum ultra Danubium tranſivit, ubi magnis dampnis in cremando, ſpoliando, vaſtando terram ipſorum invaſit, dictos vero Duces glorioſe de campo fugavit.

Fere per totum annum D. Carolus Imp. moratus eſt in partibus Almaniæ, procurans pacem, & diſponens negotia Imperialia. Demum eodem anno de menſe Novembri ingreſſus eſt civitatem Metenſem magnam & famoſam nimis, in qua, ut referebant, a CCC. annis nunquam fuerat coronatus Imperator: & cum maxima ſolennitate a Principibus, Nobilibus & civibus ſuſcipitur. Cives enim ejusdem civitatis ipſi occurrentes ad tria milliaria claves civitatis, & omnium portarum ſibi præſentant, ſe & ſua ejus Imperio cum omni benevolentia ſubjicientes. Et factum eſt gaudium maximum in introitu Domini Imperatoris: omnis Clerus & populus totus illi cum lætitia & jucunditate occurrunt, ipſum gaudenter ſuſcipiunt, & uſque ad domum epiſcopalem ſibi pro hoſpitio præparatam cum reliquiis, hymnis & canticis conducunt. Demum D. Imperator ibidem moram faciens, Curiam Imperialem, & concilium. Principibus Imperii in eadem civitate pro feſto Nativitatis Chriſti tunc venturo celebrandam indixit. Inſtante igitur feſto venerunt ad curiam Imperialem Ambaſſiatores Domini Papæ, videlicet Cardinalis Taraconenſis, & Abbas Cluniacenſis, item duo filii Regis Franciæ, primogenitus & ſecundus ſororum Domini Imperatoris, item Archiepiſcopi Trevirenſis, Colonienſis & Moguntinus, item Dux Luxenburgenſis repræſentans perſonam Regis Bohemiæ, qui eſt Archipincerna, Dux Saxoniæ Archimarſchallus, Marchio Brandeburg Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni Archidapifer, Marchio Miſnenſis Archivenator, ſacri Imperii Officiales. In feſto igitur Nativitatis Domini in matutinis D. Imperator indutis Imperialibus inſigniis coram Principibus ſupradictis legit Evangelium: Exiit edictum a Cæſare Auguſto. *& Dominus Cardinalis coram Imperatore cantavit primam Miſſam, de cujus manibus D. Imperator ſumpſit ſacram Eucharistiam humiliter & devote. Deinde ſummam Miſſam illius diei cantavit Archiepiſcopus Colon. Qua ſolemnitate peracta omnes Archiepiſcopi, Epiſcopi & Prælati, nec*

in Epitome p. 366, qui de Pancyrzii hujus ſupplicio ait: *Ipſe Cæſar Pancerium ſuis manibus, dum arbori infelici laqueus alligatur, ſublimem ſuſtulit, mortemque adjuvit. Quæ juſtitiæ probatio fortaſſe majorem contines laudem in Principe, quam exiſtiment imperiti.*

nec non Principes sæculares D. Imperatorem, & D. Imperatricem indutos vestibus & insignibus Imperialibus conducunt solenniter ad domum convivii in medio civitatis in foro præparatam & pulcbre adornatam, ubi positæ sunt tabulæ atque mensæ plurimæ pro invitatis. Sedente itaque D. Imperatore ad tabulam in loco eminentiori veniunt Officiales Imperii sua prout moris est exbibentes obsequia. Et primo Arcbiepiscopi supradicti cum sigillis Imperialibus, quia Cancellarii sunt singuli in suis locis. Item venit Dux Saxoniæ Arcbimarescballus in magno dextrario ante mensam portans avenam in vase argenteo pro equis Imperialibus, & fecit sedere Principes singulos ad mensam, quemlibet in loco sibi præparato. Post bunc venit Marcbio Brandenburg, Arcbicamerarius in dextrario portans pelvim auream, & manutergia pulcbra, & dedit aquam Imperatori sedenti in tbrono. Post bunc venit Comes Palatinus portans escas in scutellis aureis, & facta credentia posuit ante Imperatorem. Post bunc venit Wenceslaus Dux Luxemburgensis & Brabantiæ frater Domini Imperatoris, repræsentans personam Domini Regis Bobemiæ, qui est Arcbipincerna, portans in scypbis aureis vinum, & facta credentia, dedit Imperatori ad bibendum. Ultimo veniunt Principes, Marcbio Misnensis Arcbivenator, & Comes de Scbwartzenburg Subvenator cum tribus canibus venaticis & tubis multis, & magnum facientes strepitum, cervum & aprum portant ad mensam Principis cum omni alacritate. Et factum est convivium maximum in die illa, cui simile nullus recordatur. Quo peracto Dominus Imperator Principibus dimissis diversa & magnifica largitus est dona, & recesserunt cum gaudio & lætitia unusquisque ad propria. Benessius L. 4 ad h. a. *n*)

Item Capitulum generale Barcinone in festo Penthecostes, ubi Magister Johannes de Bucko in Episcopum Sarayensem Prage fuit consecratus. *o*)

Item Dominus Kasimirus Rex Polonie duxit in uxorem Dominam Cristinam de Rokyczano Civissam Pragensem. *p*)

Item Capitulum Provinciale in Bythom in Translacione sancti Stanislay.

Anno MCCCLVIII. Capitulum Provinciale in Novo Sandecz in translacione sancti Stanislay. Ipso anno Magister Johannes de Bucko Ordinis nostri Generalis viam universe carnis est ingressus.

n) Pessina in Marte Moraviæ p. 430 & seq. Provocat ad eundem locum, & compendio quædam ex eo refert Balbinus in Epitome p. 368. *o*) Hic aliquid desiderari videtur, verosimillime legendum: *Electus in Ministrum Generalem, postea in Episcopum Sarayensem Pragæ fuit consecratus.* Is autem Bucco verosimillime est *Protiva Saguicensis episcopus*, qui a Pessina dicitur gente Sfvihovius aut Czerninius. *p*) Istud singulare: sed quis historiæ gnarus nescit furtivos Casimiri illius amores.

Eodem anno fundatur novus pons Pragenſis per Dominum Karolum Imperatorem, & ſolus Imperator primum lapidem impoſuit fundamento. *q*)

Anno MCCCLIX. Die ſeptima menſis Februarii frater Franciſcus Miniſter Bohemie de preſenti vita migravit.

Item Capitulum Provinciale in Grecz in Dominica ſecunda poſt Paſcha, ubi frater Heynricus Mrawikonis fuit electus per fratres Bohemos & Moravos, cum aſſenſu fratrum Polonorum in provincialem Miniſtrum *r*)

\- - - - - - -

ſter fuit electus in generalem miniſtrum.

Eodem anno in die Penthecoſtes fuit Capitulum generale in Janua, ubi Magiſter Marcus Romanus Miniſter fuit electus in generalem Miniſtrum.

Memorabilis exundatio Moldavæ exorta Pragæ. Beneſſius L. 4 ad h. a. in Collectaneis MSS. Balbini.

Anno MCCCLX. In die Penthecoſtes primum Capitulum tenuit frater Henrycus Mrawick in Boleslavia. *s*)

Anno MCCCLXI. Capitulum Provinciale in Crumlow, ubi Domicelle & ſorores ſancte Clare receperunt ſibi locum edificatum per Dominos de Roſenberk. *t*) in quo Capitulo Dominus Heynricus de Nova domo ad Ordinem ſancte Clare ſuam teneram filiam tradidit.

Item Domina Margaretha filia Domini Hynkonis de Sleb relicta Domini Henzlini filii Swinkonis de Hazenburk intravit eundem monaſterium in Crumlow.

Ipſo anno natus eſt Rex Wenczeslaus Romanorum & Bohemie modernus, in Normberg, filius Karoli Imperatoris & Regis Boemie die XXVI. menſis Februarii, hoc eſt tercia poſt Mathie Apoſtol, in illa ſillaba Ma-thiam. *u*)

Accidit, ut Judex & Jurati majoris civitatis Pragenſis facerent inſaccari, & ſubmergi publice quendam Presbyterum nomine Martinum, Mini-

q) Peſſina in Marte Morav. p. 431 ex ejusdem Beneſſii libro 4 addit: *in littore prope monaſterium S. Clementis.* *r*) Iſthic nonnemo tres integras lineas tam ſcrupuloſe ſcalpello eraſit, ut ipſam chartam perforaverit. nec veſtigia, niſi tenuiſſima characterum eraſorum reliquerit. *s*) Peſſina in Phoſphoro ſepticorni ad hunc annum ex ejusdem Beneſſii L. 4 ſuis verbis hæc refert: *Carolus anno item* 1360 *alios inſtituit Clericos, qui in eadem eccleſia Pragenſi extra horas Canonicas diu noctuque legerent Pſalterium ſine cantu. Hi Pſalteriſtæ vocabantur.* Idem ait Balbinus in Epitome p. 383 & in Collectaneis ſuis MSS. *t*) Hujus fundati monaſterii nuſpiam alibi proditum annum memini. *u*) Hem novum documentum Calendarium *Ciſio Janus* antiquius eſſe Huſſiticis temporibus, de quo copioſe egimus Tomo 3 MSS. in obſervationibus præviis ante curſum Manſionariorum p. 292.

nistrum ecclesiæ Pragensis. Quod factum cum fuisset perlatum ad audientiam Domini Imperatoris moleste tulit, & fecit destitui ab officiis Judicem & Juratos, & omnes illius nefarii facti conscios; nec prius voluit civitatem Pragensem ingredi, nisi illi omnes de civitate recederent. Qui inter hæc miserunt ad sedem Apostolicam, & impetrarunt literam absolutionis ad Dominum Arnestum Archiepiscopum Pragensem, qui absolvens eos, injunxit eis pro pœnitentia, ut distribuerent ii eleemosynam pauperibus septem millia stricbonum (modiorum) *filiginis, & procurarent duas lampades perpetuas in ecclesia Pragensi pro tanto excessu, quod & fecerunt, & in brevi omnes postea mortui sunt.* Benessius L. 4 ad h. a. *x*)

Anno MCCCLXII. fuit magna cariſtia in tota Bohemia.

Eodem anno civitas Cadanensis cum toto suburbio fuit exusta, & tunc halenses Bohemie in tantum viliunt, quod XXX. & ultra currebant pro uno grosso.

Eodem anno obiit Imperatrix Romanorum, & Bohemie Regina Anna, Mater Regis Wenczeslay IX. Regina, & post mortem ipsius Karolus Imperator aliam duxit in uxorem, nomine Elizabeth filiam filie Regis Kazymiri Polonie. *y*)

Eodem eciam anno Collegium Canonicorum de Saczka Pragam transfertur ad montem sancti Appolinaris per Karolum Imperatorem, & per Arnestum Archiepiscopum Pragensem. *z*)

Anno MCCCLXIIII. Fuit diluvium Prage, Dominica in qua canitur, Exurge.

Eodem anno obiit Reverendus Pater Dominus Arnestus Archi-Episcopus Pragensis die ultima mensis Junii, que fuit dies Dominica Commemoracionis sancti Pauli, cui successit Johannes Cardinalis II. Archiepiscopus Pragensis. *aa*)

Mortuo Reverendo Patre (Arnesto Archiepiscopo I. Pragensi) *cujus me-*

F 2

x) Pessina in Phosphoro septic. p. 587. *y*) Ad has nuptias ex Benessii libris quatuor provocat Balbinus in Epitome p. 369. *z*) Desiderantur in hoc Chronico quædam memoriæ anni 1363. At vero neque Pessinam, neque Balbinum uspiam reperio hoc anno provocasse ad libros quatuor Benessii. Anonymus a nobis Tomo 3 Monument. Boh. excusus, qui quandoque brevicula fragmenta ex hoc ipso Chronico profert, p. 58 quoque annum 1363 penitus prætermisit. *aa*) Balbinus in suis Collectaneis MSS. ex libro 4 Benessii ad præsentem annum hæc præterea narrat: . . . . . *Arnesto Archiepiscopo mortuo Carolus ab Urbano Pontifice impetravit, ut Archiepiscopo sacra faciente Prælati omnes ejus ecclesiæ Canonici & Archidiaconi, verbo, qui in ecclesia Pragensi censentur: Infulas albas & puras gestare possint, velut mos est Cardinalium Pontifici sacrificanti ministrantium.*

memoria erit in benedictione in sæculum sæculi, & corpusculo ipsius post magnificas exequias tradito sepulturæ, ne ecclesia Pragensis diutius Pastoris solatio orbaretur, Decanus & Capitulum ipsius ecclesiæ convenientes in unum, statuerunt terminum electionis futuri Pontificis Vigiliam S. Margarethæ. Quo termino adveniente Decanus & Capitulum congregati in loco Capituli invocata Spiritus S. gratia nullo alio tractatu præhabito, sed mox quasi per inspirationem omnes unanimiter nullo penitus contradicente direxerunt vota sua in Reverendissimum in Christo P. Dominum Joannem Episcop. Olomuc. Secretarium & Consiliarium D. nostri Imperatoris, qui a juventutis suæ annis semper eidem Domino, adhuc in minori ætate atque dignitate constituto, fideliter adhæsit, & tribulationum ac laborum tanquam fidelis servitor particeps fuit. Unde a Domino Imperatore, & universis Principibus, Baronibus, Nobilibus, Civibus, & generaliter a Clero & a populo Regni præ aliis diligebatur, ipsumque D. Episcopum Olomucensem in Archiepiscopum canonice postularunt. Qui licet allegaret suam senectutem, & postulationi de se factæ recusaret; victus tamen precibus Domini Imperatoris, & Principum ac Decani & Capituli ecclesiæ Pragensis voluntatem & consensum suum posuit in manibus Domini Papæ. Mox diriguntur nuncii ad sedem Apostolicam, Dominusque Papa informatus de idoneitate ac probitate personæ postulatæ & modo postulationis, consensit eidem postulationi, & personæ postulatæ dedit licentiam transeundi de ecclesia Olomucensi ad ecclesiam Prag. concessit etiam eidem, ut statim ante receptum pallium administraret in spiritualibus & temporalibus. Cui per Venerabilem Episcopum Spirensem postmodum transmisit pallium, in quo designatur plenitudo Archiepiscopalis dignitatis. Hic Vir adeptus Archiepiscopalem dignitatem, mansuetudinem, & benignitatem, quam prius habuit, non minuit, sed super omnes patiens & mitis fuit. Hic in minoribus adhuc constitutus, sequens vestigia Domini sui Imperatoris, dilexit S. Wenceslaum, & de pecuniis suis emit certos redditus pro ecclesia Wratislaviensi, in qua tunc erat Canonicus, & procuravit, ut in eadem festum ejusdem Patroni sub duplici veneraretur officio, & legenda cum cantu ad modum ecclesiæ Prag. Unde & ipse meruit per intercessionem ejusdem B. Martyris & Patroni nostri Wenceslai, qui suos devotos semper promovet, & exaltat, provehi ad hanc dignitatem. Exstruxit etiam Venerandus Pater, dum adhuc in Olomuc. ecclesia episcopali fungeretur dignitate, Capellam de miro opere in ecclesia Prag. in qua instituit Capellanum seu Ministrum perpetuum sufficientibus redditibus donatum. Fundavit etiam hic Venerandus Pater adhuc ante suam promotionem supradictam hospitale pauperum virorum ac mulierum, eorum videlicet, qui aliquando fuerunt in divitiis & honoribus constituti,

stituti, postea vero devenerunt ad paupertatem, ne tales cogerentur ostiatim in vituperium suum & amicorum suorum mendicare; & ipsum hospitale sufficientibus redditibus dotatum collocavit sub monte Wissebrado in loco satis delicato. Pessina in Phosphoro septic. p. 543 & seq.

Anno MCCCLXV. Translatum est corpus sancti Sigismundi ad Pragam in Vigilia sancti Wenczeslay de civitate Agunensi, & sepelitur in Ecclesia Pragensi. Et de isto anno quidam Astronomi multum malum prophetisant.

Eodem anno, nempe MCCCLXV., mense Maji D. Imperator assumptis secum præcipuis Nobilibus Regni Bohemiæ profectus est ad civitatem Avinionensem ad D. Urbanum Papam V., a quo cum maximo honore suscipitur, & magnifice tractatur. Dominus etiam Papa ob reverentiam Imperialis dignitatis fecit coram Imperatore officium in die Pentecostes: qui erat indutus Imperialibus & residebat in Majestate sua ex opposito in solio regali contra sedilia Papæ. Et impleta est scriptura, quæ dicit: sol & luna steterunt in habitaculo suo &c. Cumque Imperator ibidem moram traheret, cupiens ipse magnificare & exaltare ecclesiam suam Pragensem, impetravit a Domino Papa, ut Venerabilis P. Dominus Joannes Archiepiscopus Prag. & omnes sui successores fungerentur officio legationis in sua Provincia Pragensi, necnon Ratisbonensi, Bambergensi & Misnensi diœcesibus perpetuis temporibus. Et in signum hujus legationis transmisit Dominus Papa præfato Domino Joanni Archiepisc. Prag. crucem argenteam deauratam, & pileum latum nigrum, ac cappam de panno bruneto, ut illis insigniis in termino suæ legationis, ipse & successores sui uterentur. Quibus insigniis D. Archiepiscopus Pragensis receptis scripsit se amodo in literis suis Sedis Apostolicæ Legatum. Et visitavit cum illis insigniis tanquam Legatus Provinciam suam, & supradictas civitates & diœceses legationis suæ. Et obediverunt eidem in omnibus illi omnes, nec fuit, cui hoc factum displiceret. Benessius L. 4 ad h. a. *a*)

Eodem anno coronatus est D. Imperator corona regni Areiatensis, quod Romano subest Imperio in civitate Arelatensi cum maxima solemnitate, & hac quidem non erat ullus coronatus facile a trecentis annis. Idem ibidem. *b*)

Eodem anno per nuncios supradictos impetravit D. Imperator a D. Papa Urbano V. Privilegium valde honorificum ecclesiæ Pragensi. Videlicet ut quicunque & quotiescunque Archiepiscopus Prag. per se ipsum faciat officium in ecclesia Prag. tunc omnes Prælati & Canonici præbendati, necnon Archidia-

a) Pessina in Phosphoro septic. p. 68 & seq. qui eadem repetit in Marte Moraviæ p. 432.
b) Pessina mox postremo citato loco, qui addit hanc jam *quintam coronam* fuisse, qua coronatus Carolus.

chidiaconi, qui censentur in ecclesia Prag. instituti, uti possunt, & debent Infulis albis more Cardinalium Domino Papæ in curia Romana concelebrantium. Ubi autem Archiepiscopus facit officium in Provincia sua, & suæ legationis terminis, debent duo Canonici ecclesiæ suæ Prag. sibi sub bujusmodi infulis concelebrare in officiis Diaconi & Subdiaconi. Item Prælati & Canonici ecclesiæ Prag. possunt bujusmodi infulis albis celebrare divina in ecclesia Pragensi diebus solemnibus & festivis. Quando autem alius Pontifex undecunque faceret officium divinum in ecclesia Pragensi, Prælati & Canonici dictis infulis non utantur, nisi forent præsentes, & interessent eisdem divinis dictus D. Imperator, vel bæres ac successor suus Rex Bobemiæ: volens in boc specialiter (Urbanus Papa) *bonorare regiam dignitatem, prout bæc omnia in Privilegiis Domini Urbani Papæ V. ecclesiæ Pragensi concessis plenius & evidentius continentur.* Beneffius L. 4 ad h. a. *c*)

Anno MCCCLXVI. De mense Februario duo cives de civitate Jaromir, pro eo, quod per quendam presbiterum ad presenciam Officialis Pragensis citabantur, ipsum presbiterum interfecerunt, quos cives, licet magnam offerrent pro vita sua pecuniam, jussit Dominus Imperator capitibus truncari.

Eodem anno feria V. ante Judica Dominus Imperator filiam suam seniorem, quam ex Domina Blanka genuit, Katherinam, relictam olim Rudolphi Ducis Austrie copulavit Ottoni Marchioni Brandenburgensi. Item eodem die filiam suam secundam Elizabeth, quam genuit ex Domina Anna Swidniczensi filia copulavit Alberto seniori Duci Austrie.

Eodem anno die tercia mensis Junii circa horam vesperarum fuit tantum disturbium aeris, & fulgura & corruscationes, ac tonitrua, quod nullus narrare sufficit, & precipue super civitatem Pragensem, & plures homines in campis fulmine percussi sunt mortui, & domos funditus demolivit hujusmodi tempestas in diversis locis.

Eodem anno in Vigilia sancti Wenczeslay consumata est Capella ejusdem sancti Wenczeslay de novo & miro opere in ecclesia Pragensi.

Eodem anno in die sancti Michaelis quidam frater Nicolaus Caritor *d*) de domo sancti Jacobi Fratrum Minorum civitatis Pragensis, qui longo tempore

c) Pessina in Phosphoro septic. p. 193 & seq. Eadem repetit in Marte Morav. pag. 431. Recitat etiam horum fragmentum Balbinus in Epitom. p. 372. *d*) Vocem hanc nec Dufresnius in Glossario suo, nec Carpentier in supplemento adfert. Verosimillime autem *Caritor* idem erat, quod vox monastica *Caritarius*, quæ Collectorem eleemosynarum, & piarum donationum a fidelibus tum sponte oblatarum, tum postulatarum (quæ tum *caritates* dicebantur) significabat, unde officium *Caritarii* & *Caritariæ* legitur in Chronico Centulensi L. 6 c. 8. Hodie passim *Circatores* vocantur.

pore passus fuit rupturam in interioribus suis, sperans de misericordia Deĭ, & sancti Martyris sui Wenczeslai, accessit fiducialiter ad sepulchrum ejusdem, & postquam aliquamdiu oracionem pro recuperanda sanitate fudisset, illico protinus sanitatis beneficium per suffragium sancti Martyris Wenczeslay obtinuit, & glorificabat Dominum, & sanctum Martyrem Wenczeslaum coram omni populo. *e*)

Eodem anno die sequenti post festum XI. millium Virginum ab hora matutina usque ad horam primam vise sunt quasi stelle de celo cadere continue, & in tanta multitudine, quod nemo narrare sufficit.

Eodem anno & tempore Dominus Imperator in Nurenberg constitutus constituit Vicarium Generalem sacri Imperii per Almaniam Wenczeslaum Brabancie ac Luczemburgensem Ducem fratrem suum, & reversus Bohemiam edificavit, & exstruxit piscinam sub castro Bezdiez mire magnitudinis quasi stagnum. His temporibus apparuit in Bohemia quoddam genus piscium, prius hic nunquam visum, qui in vulgo appellantur Parmy, alias barbelli, & in magna copia, ita ut omnes aque in Bohemia de illis habundarent.

Eodem tempore Dominus Karolus Imperator fundavit monasterium novum in castro suo Moyvin *f*) versus Zytaviam, & locavit in eo Monachos, qui Celestini appellantur, quibus de sustentacione, & vite necessariis sufficienter providit.

Eodem tempore quidam maligni homines intrantes nocturno tempore monasterium in Skalicz *g*) Abbatem ejusdem loci jugulaverunt virum bonum & devotum.

Eodem anno Nobiles viri Domini Petrus, Jodocus videlicet & Johannes filii quondam Domini Petri de Rosenberg accedente ad hoc favore Domini Imperatoris & Domini Archiepiscopi & Capituli Pragensis de Parochiali ecclesia in bonis suis in Witignaw, alias Trzebonye fecerunt monasterium Canonicorum Regularium, & sufficienter dotaverunt. *h*)

Eodem anno nata est filia Imperatori Karolo nomine Anna primogenita, Regina Anglie. *i*)

Anno MCCCLXVII. Ipse est annus, de quo multa mala sunt prophetata, & in magna parte completa.

Eo-

e) Hoc annorum confinio cum primis inclaruisse miraculorum fama sepulchrum S. Wenceslai perhibet ex ejusdem Benessii quatuor libris Balbinus in Epitome p. 362 & 374. *f*) Monasterium hoc passim apud alios Oiwin seu Oybin, & apud Hagecium Owin scriptum reperitur. Exstat hodie diploma fundationis, quod in Annalibus proferemus. *g*) Monasterium istud erat Ordinis Cistereiensis, quod Hussiticis temporibus intercidit. *h*) Superest etiam hodie fundationis instrumentum in Annalibus nostris proferendum. *i*) Scilicet quæ dein Regi Angliæ nupsit.

Eodem anno circa festum Beate Agnetis in secunda hora noctis fuit eclipsis lune totius, & duravit per tres horas.

Eodem anno in mense Marcio facta est inundacio aquarum in Bohemia ita magna, quod fere mediam partem civitatis Pragensis occupavit aqua, que extendit meatum suum usque ad ecclesiam sancti Nicolai in foro pullorum, & ecclesiam sancti Egidii, in quibus plateis ante fores ecclesiarum pisces capiebantur. Istud diluvium multa mala fecit, & pluribus irrecuperabilia dampna intulit, in curia Domini Archiepiscopi *k*) celaria omnia usque ad summum implevit, & in ponte Pragensi ante Curiam Ducis Saxonie *l*) equi adaquabantur, pontem quoque ligneum Pragensem in pluribus locis; sed novum in uno tantum pilerio rupit, domus quoque & strues lignorum abduxit sine numero, sed & multi homines in navigio Pragensi, & alibi in diversis locis submersi sunt.

Eodem anno in Marcio & Aprili statim post diluvium hoc, venit quedam subita pestilencia super omnem hominem, & rarus fuit in villis & civitatibus, qui non infirmaretur, sed Deo propicio tribus vel quatuor diebus tantum duravit, & pauci ex eadem mortui sunt, sed communiter omnes homines infirmabantur. *m*)

Eodem anno de mense Majo facta est mutacio dextre Excelsi non modica; Nam Dominus Urbanus Papa Vtus mutavit locum, & contra voluntatem per omnem *mm*) pene Cardinalium, curiam suam transtulit de Avinione in Wyterbium, & ibidem mansit usque ad Octobrem, deinde cum ibidem adversus ipsum & suos Cardinales atque eorum familiares suscitatus & factus fuisset rumor magnus, & plures occisi, & finaliter vindicta facta est de malefactoribus hujusmodi; Dominus Papa in die sancti Galli intravit urbem Romanam, & cum ingenti gaudio ab omnibus suscipitur, & in sede sancti Petri collocatur.

Eodem anno facta est magna effusio sanguinis humani in diversis mundi partibus, nam Papa mittens gentes suas in auxilium Regine Sicilie, debellavit magnam societatem, *n*) multos captivando & plures interficiendo.

Item inter Regem Hispanie & Regem Navarre, item inter Episcopum Basiliensem, & Civitates Reni, item inter Comitem de Eygen & civitates quasdam Reni & Svevie, item inter Episcopum Pathavie & Cives suos, ma-

k) Ea erat illo loco, quo hodie domus est ad tres campanas. *l*) Hodie etiam *domus Saxonica* vocatur. *m*) Similia compendio refert Balbinus in suis MSS. Collectaneis ex L. 4 Benessii. *mm*) Ita quidem in MS., sed omisso *per* legendum: *omnium*. *n*) Id est: Turmam militarem, aut etiam exercitum, ut documentis veteribus ostendit Dufresnius in Glossario.

maxima sunt bella, & prelia commissa, item inter Episcopum Childesinensem & Archiepiscopum Maydburgensem commissum est bellum maximum, in quo fuerunt Episcopi alii & Duces, & minor devincit majorem, ac multo forciorem, quia exercitus Maydeburgicus fugit. In Bohemia vero multi latrones, ac fures hoc anno interierunt. Iste eciam annus satis sterilis fuit, & blada male provenerunt.

Eodem anno de mense Octobri filius Domini Imperatoris Wenceslaus Illus Bohemie Rex decimo, *o)* etatis sue anno septimo, Regni vero sui anno quinto intravit terram Luzacie, recipiens omagia & juramenta fidelitatis a Baronibus & Civibus terre illius, quam pater suus pro Regno Bohemie comparavit, quem associavit in eundo & redeundo Venerabilis Dominus Pater Johannes Archiepiscopus Pragensis Apostolice sedis Legatus primus legacionis sue in eisdem partibus peragens officium, quia terra illa de dyocesi Misnensi existit. *p)*

Eodem anno die penultima mensis Novembris videlicet Dominica post festum sancte Katharine in Nova Civitate Pragensi Venerabilis Pater Dominus Johannes Archiepiscopus Pragensis in presencia Domini Imperatoris consecravit Monasterium sancte Katharine in Nova Civitate Pragensi, quod Dominus Imperator, ut predicitur, fundavit & edificavit.

Eodem anno in die sancti Andree Apostoli Venerabilis Pater Dominus Johannes Archiepiscopus Pragensis dedicavit, & consecravit Capellam, in qua requiescit Corpus sancti Wenczeslai in Ecclesia Pragensi in honore sancti Johannis Evangeliste & sancti Wenczeslay presente eodem Domino Imperatore, sed dedicacionem ipsius Capelle celebrandam transtulit in diem terciam post festum Nativitatis Beate Virginis propter Rubricam antiquam.

Eodem anno mense Decembri Dominus Imperator volens, ut Antiqua & Nova Civitates Pragenses propter bonum pacis & concordie unite essent, & uno eodemque Jure gaudeant, & omnes equalia onera sufferrent, fecit rumpere valvas, seu portas, turres, ac muros Antique civitatis, & fossata adimplere, & factum est ita, ut mandavit, & voluit Dominus Imperator.

Eodem anno Venerabilis Pater Dominus Johannes Archiepiscopus Pragensis reformavit aulam magnam inferius, & aliam superius de pulchro & exquisito opere, & multa fecit necessaria commoda & edificia in Curia Archiepiscopali in minore Civitate Pragensi, & turrem magnam in Rudnicz per Dominum Arnestum suum predecessorem inceptam ipse consumavit.

Eodem anno & tempore completum & perfectum est opus pulcrum, vide-

o) Videtur desiderari *die* scilicet die decimo Octobris. *p)* Ad hanc Misnensis diœcesis visitationem provocat ex libro 4 Benessii Balbinus in Epitome p. 371 & 383.

videlicet hoſtium magnum & porticus penes Capellam ſancti Wenczeslay in eccleſia Pragenſi de opere ſculpto, & ſumptuoſo nimis, & ſacriſtia nova deſuper. *q*)

Anno MCCCLXVIII. de menſe Januarii Plebanus in Pilgramo, alias in Przibram opido Domini Archiepiſcopi corizando, & coream ducendo ſubito mortuus eſt; Videte Clerici, quomodo diligit Dominus corizantes, & hujusmodi exemplo mores veſtros corrigite.

Eodem anno reſpexit Dominus Patriam Bohemie, que cum ſit lata, & unicum ſuperſtitem habeat heredem, donavit nobis alium, nam die XV. menſis Februarii natus eſt Domino Imperatori noſtro ex Domina Elizabeth Imperatrice ſua conjuge filius tercius in ordine, cui nomen Zigiſmundus impoſitum eſt in baptiſmo, *qq*) & juſte hoc nomine appellatus eſt, quia ejus Parentes ambo, cum Beatum Zigiſmundum in eccleſia Pragenſi quieſcentem ſpeciali veneracione colerent, hunc filium a Deo meritis & interceſſione ſancti Martyris predicti ſine dubitacione qualibet impetraverunt.

Eodem anno miſit Dominus Papa Urbanus V. ſuos ſolemnes nuncios ad D. noſtrum Imperatorem, petens omni diligentia, ut cum terræ Romanæ Eccleſiæ in Thuſcia & Lombardia per iniquas ſocietates, & præcipue per Barnabovem de Mediolano contra Deum & juſtitiam occupentur, & indebite perturbentur, eidem & ſanctæ Romanæ eccleſiæ dignetur venire in auxilium. Cujus petitionibus crebris Dominus Imperator, cum ſit Advocatus, & Defenſor ſanctæ Romanæ eccleſiæ, benigne annuens, congregata maxima gentium ſuarum & Alemanorum multitudine in auxilium dicto Domino Papæ contra præfatas peſtiferas gentes proficiſcitur, & in die Palmarum, quæ fuit ſecunda dies menſis Aprilis, de civitate Pragenſi armis bellicis indutus iter arripuit; relinquens in Regno Bohemiæ & terris ad ipſum ſpectantibus pro Capitaneo & Gubernatore Venerabilem Patrem Dominum Joannem Archiepiſcopum Prag. qui temporalia & ſpiritualia feliciter gubernabat. Barones vero & Nobiles Regni Bohemiæ ſequentes Dominum Imp. multa damna fecerunt in bonis eccleſiarum & monaſteriorum: Unde Deo permittente multi ex iis in Italia, redeundo in via, mortui ſunt. Aſcendit enim clamor viduarum &

q) Balbinus L. 4 Hagiographo p. 9 hæc præterea ex L. 4 Beneſſii ad h. a. ſuis verbis refert: *Anno 1367 Carolo IV. apud nos imperante ſummo honore elevatum eſt Jablona S. Corpus Przibislavæ, & in S. Viti eccleſiam non procul fratris ſanctiſſimi* (Wenceslai) *tumulo compoſitum, una cum B. Martyre Podivino.* Ceterum per ſacriſtiam hic Beneſſius idem intellexit ac ſacrarium, in quo non ſolum res ſacræ, uti reliquiæ &c., ſed & archivum ſervabatur. *qq*) De nativitate Sigiſmundi provocat ad libros quatuor Beneſſii Peſſina in Phoſphoro ſeptic. p. 69.

& pauperum usque ad cœlum, & Dominus exaudit eos, & vindicat. Id porro dignum memoriæ commendandum: Cum enim Nobilis vir Dominus Petrus de Michelsperg cum exercitu suo sequeretur Dominum Imperatorem versus Italiam, iste Baro juvenis transeundo intulit damna maxima in bonis ecclesiæ Prag. & aliis pauperibus hominibus, quorum ululatus atque fletus ascendit usque ad cœlum, & Dominus justus Judex non est delectatus in illis. Unde post recessum suum Domina conjux ejus pro ipsius salute & felici reversione fecit votum venire ad limina sanctorum Patronorum ecclesiæ Prag. quod & adimplevit. Cumque circumivisset totam ecclesiam Prag. volens demum intrare Capellam S. Wenceslai, & ibi fundere ad Dominum preces pro salute sui Viri, ecce ipsa Capella adeo fortiter clausa est, quod Capellarius ipsam cum clavibus suis nullatenus potuit aperire. Advocatur D. Wratiborius Decanus, & alii Canonici, atque ministri ecclesiæ Prag., sed nullus quacunque arte potuit aperire: mittunt pro fabro, sed nec ille perficit, nisi totum ostium ferreum effringat. Differtur negotium aperiendi & effringendi ad tempus, & ecce post recessum Dominæ præfatæ ostium Capellæ solito more absque difficultate aperitur. Mirantur omnes de isto miraculo, quod erat præsagium futuri mali eventus: Nam ipse Dominus Petrus, quasi eodem tempore, quo hæc acta sunt Pragæ, moritur in Italia, & mortuus defertur in Bohemiam. Talem Deus omnipotens propter merita sanctorum Martyrum suorum, & Patronorum ecclesiæ Prag. malefactoribus ejusdem ecclesiæ reddidit retributionem, ut pœna eorum, qui in dicto exercitu mala morte mortui sunt, aliis tunc viventibus, & futuri temporis hominibus transiret in exemplum. His & aliis gloriosis miraculis S. Wenceslai consideratis Reverendus Pater Dominus Joannes Archiepisc. Prag. Apostolicæ Sedis Legatus concessit omnibus vere pœnitentibus, confessis & contritis, qui ad honorem ipsius Sancti cantionem infra scriptam ab olim cantari consuetam cantaverint, XL. dierum Indulgentiam perpetuis temporibus duraturam. Cujus quidem cantionis tenor in vulgari sequitur in hæc verba: Swaty Waclawe Weywodo Czeske Zemie, Knize nass &c. r) De Caroli IV. vero adventu Romam absente adhuc Pontifice fragmentum sequens superstes est: *Dominum Carolum Imperatorem Dominus Papa in brevi subsequitur. Audiens autem Imperator adventum D. Papæ ei cum Clero & populo exit obviam, atque cum magna solemnitate ipsum suscipit, & non immemor sanctorum suorum Prædecessorum Cathol. Rom. Impp. illorum in hac parte sequens vestigia, descendens de equo, duxit Dominum Papam per frenum equi pedester usque ad gradus ecclesiæ S. Petri. Magna humilitas tanti Principis! sed non immerito, ait enim veritas:*

r) Idem ibidem p. 629.

tas: Quanto major es, humilia te in omnibus. Et cum esset christianissimus, voluit Vicarium Jesu Christi honorare. Addit porro de se Benessius: *Hic tu, qui vidisti, & nosti materiam dilata.* Benessius L. 4 ad h. a. *s*)

Eodem anno in mense Aprili apparuit multis diebus Cometha versus plagam occidentalem, quam secuta est in vere maxima siccitas, & blada estivalia satis male provenerunt.

Eodem anno die XXVIII. mensis Julii. Obiit Bolko Dux Silesie Swidnicensis absque liberis, per cujus mortem, cum non esset propinquior heres ad Ducatum suum obtinendum, idem Ducatus, & omnes terre sue, devolute sunt Jure successionis hereditario ad Illustrem Princ pem Wenczeslaum quartum Regem Boemie, & Dominus Imperator auctorizavit, ac decretum interposuit, quod hujusmodi terre ad Coronam Regni Bohemie debent perpetuis temporibus pertinere.

Eodem anno in festo Assumpcionis Beate Virginis incepit annus gracie sive Indulgenciarum in Ecclesia Pragensi, Dominus enim noster Imperator cultum divinum in honorem ecclesie sue Pragensis augens, dum alias ad civitatem Trevirensem applicuisset, obtinuit in monasterio sancte Helene Regine terciam partem pepli Beate Virginis, quod ipsa sancta Helena de partibus Jerosolymitanis illuc attulerat, & impetravit a Domino Papa, quod singulis annis de septennio in septennio hujusmodi pars pepli populo ostenderetur, & qui die, quo hujusmodi peplum ostenditur, Ecclesiam ob devocionem ingressi fuerint, habeant de indulgenciis a sede Apostolica tres annos, & tres Karenas, & hec indulgencia durabit perpetuis temporibus semper de septimo anno in septimum annum, ut in bulla Papali plenius continetur; unde factus est ad Ecclesiam Pragensem maximus concursus populorum per totum hunc annum eciam de alienis partibus. *ss*)

Anno MCCCLXIX. hyemps aspera & longa valde; Vina eciam, que provenerant in Bohemie partibus, excedebant in bonitate vina Australia, ex eo, quia in Bohemia fuerat nimia siccitas, in Austria autem nimia humiditas.

Eodem anno circa principium mensis Marcij reconditum est caput Reverendi Patris Domini Andree Episcopi Pragensis XVIII. in Ecclesia Pragensi

s) Idem in Marte Morav. p. 432. Ceterum cum ex his testatum sit Carolum IV. hoc anno fuisse in Italia, apponimus quod citra Chronologiam ex Benessii L. 4 refert Balbinus Dec. 1 L. 7 in notis in vitam Caroli p. m. 153: *Carolus IV. ædificat adversus Florentinos prope Lucam urbem in cacumine montis oppidum & castellum, quod montem Caroli appellavit.* *ss*) Hæc compendio ex eodem Benessio etiam narrat Balbinus in suis MSS. Collectaneis ad eundem annum.

gensi in muro Capelle sancti Wenczeslai supra altare sancte Crucis, ubi pictura & crux aurea apparent, cujus caput successor suus Nicolaus Episcopus Pragensis XXIII. Pragam postea attulit de civitate Cassamare.

Multi probi, & antiqui viri credunt, & appellant hunc virum Andream episcopum hominem sanctum, & referunt, quod olim claruit miraculis. Benessius L. 4 ad h. a. *t*)

Eodem anno in festo ostensionis Reliquiarum tantus fuit concursus hominum de alienis partibus, ut illa placza magna in Nova civitate prope Zderazium videretur undique repleta hominibus, talem populum in unum congregatum nullus unquam vidit hominum, ut communiter referebatur ab omnibus.

Eodem anno die XX. mensis Augusti Domina Elizabeth Romanorum Imperatrix hoc anno, ut supra dicitur, Rome per manus Domini Pape coronata venit Pragam, & cum omni solempnitate a Clero *u*) - -

- - - - - - -

in campis & in villis prope alveum suum situatis, & precipue in civitate Pragensi, fuit enim annus iste totus pluviosus.

Eodem anno *x*) Dominus Imperator quoniam ad ipsum confluebant Principes & proceres ac nobiles de omnibus partibus mundi, volens ostendere magnificentiam glorie Regni sui Boemie fecit cooperiri duas turres Regales in castro Pragensi, unam ad orientem, & aliam ad occidentem cum plumbo & auro desuper, ita ut eedem turres lucerent, & resplenderent tempore sereno ad longam valde distanciam.

Eodem eciam tempore fecit Dominus Imperator fieri & depingi supra porticum Ecclesie Pragensis de opere vitreo more greco de opere pulchro & multum sumptuoso. *xx*)

Eodem anno die Dominico in crastino sancti Laurencij Martyris serenissimus Princeps Wenczeslaus IIIIus Bohemie Rex vocatus ad curiam Imperialem per Patrem suum Dominum Imperatorem in Nuremberg, adiit eandem Civitatem cum gencium suarum multitudine, & in suo introitu more

t) Pessina in Phosphoro septic. p. 535. Ceterum dignus hic est Chronici nostri locus, cum tandem certo sciamus, quo loco reconditum etiam hodie servetur piissimi istius Episcopi Pragensis caput. *u*) Hic e Codice nostro integrum evulsum est folium, quod memorias plures anni 1369 & 1370 continebat; quæ jactura eo major, quod ejus defectum nulla ratione seu ex Pessina, seu Balbino sarcire potuerimus, qui ad annum 1369 Benessii, si superiorem Andreæ Episcopi locum excipias, nuspiam fragmenta quædam producunt. *x*) Scilicet MCCCLXX. *xx*) De hoc musivo opere, quod anno sequente perfectum est, ibidem breviter agemus.

more suorum avorum olim Principum ac Regum Bohemie fecit fieri ignem copiosum in duobus locis, ut cunctis pateret adventus Regis Bohemie; *y*) habent namque ab antiquo Principes & Reges Bohemie, ut vocati ad Curiam Imperialem, in flamma & igne veniant, propterea etenim deferebant antiquitus aquilam nigram in flamma ignis, & campo albo, que adhuc hodie sunt arma terre Bohemie. Causa forte hujusmodi indulti fuit, ne Princeps vel Rex Bohemie ex levi quacunque causa ad curiam summi Principis vocaretur, dederunt *z*) autem obviam ipso die Regi Bohemie omnes Principes Alamanie, & nobiles, atque cives, qui ibi aderant, & exceperunt ipsum cum ingenti solempnitate & gaudio immenso, quibus omnibus ipse post hoc fecit die tercia convivium magnum nimis, & resonabat fama sua per populum in partibus illis, & locis vicinis.

Eodem anno ad festivitatem sancti Wenczeslai paucissimi convenerunt homines, Karitas enim & devocio refriguerant, & homines dati deliciis, Deum & Sanctos ejus, ut sic dicam, minus venerabantur, unde permissione divina maxima pestilencia fuit in omnibus partibus, & finibus Bohemie.

Eodem tempore Dominus Urbanus Papa quintus, videns, quod Rome & in partibus illis Ecclesia Romana propter duriciam & maliciam populi illarum terrarum nihil proficeret, sed magis sibi & suis pericula imminerent, curiam suam, & se ipsum cum toto Collegio &c. *a*) prospere absque omni impedimento reversus est in Avinionem.

Eodem anno die Dominico infra Octavam sancti Martini, qui fuit XVII. dies mensis Novembris, serenissima Domina Johanna filia Alberti Ducis Bavarie & Comitis terre Holandie, ex parte autem matris filia filie Ludovici Ducis Slezie & Domini Legnicensis *b*) previa dispensacione legitima sedis Apostolice, quia erat consanguinea Domini nostri Imperatoris, copulata pridem in Nuremberga Domino nostro Wenczeslao Regi Bohemie, nunc cum maxima solempnitate coronata est in Reginam Bohemie in Ecclesia Pragensi per Venerabilem in Christo Patrem Dominum Johannem Archiepiscopum Pragensem Apostolice sedis legatum, astante ibidem Domino nostro Imperatore, & filio suo Domino nostro Wenczeslao Rege in sua Majestate, & factum est convivium maximum per continuos octo dies in castro & in civitate Pragensi.

Eodem

y) Sequentia verba usque finem articuli hujus recitat etiam ex Benessii L. 4 Pessina in Marte Morav. p. 433. Compendio vero ad eadem provocat Balbinus in Epitome p. 376. *z*) Emendacius habet Pessina citato loco: *Exiverunt*. *a*) Scil. transtulit. *b*) Hæc materna Genealogia, dispensatioque Pontificia, a nemine, quod scio, prodita.

Eodem anno Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Johannes ſancte Pragenſis Eccleſie Archiepiſcopus Apoſtolice ſedis Legatus, conſiderans pia devotaque mente, quod Clerici pauperes Eccleſie Pragenſis, & eciam aliarum parcium ſue Dyoceſis in ſuis infirmitatibus non habebant, ubi poſſent reclinari, ſed cogebantur ſic infirmi tranſire ad hoſpitalia communia laycorum, qui tamen Clericis oppido ſolent eſſe infeſti, fundavit hoſpitale pro hujusmodi pauperibus infirmis Clericis in Hradczano ante Caſtrum Pragenſe de ſumptuoſo & firmo opere, & illud dotavit lectiſterniis, clenodiis, cenſibus & aliis neceſſitatibus ſufficienter.

Eodem anno feria V. ante feſtum Nativitatis Chriſti, que fuit dies XIX. menſis Decembris, Dominus Urbanus Papa Vus in civitate Avinione clauſit diem extremum, & die penultima menſis ejusdem electus eſt concorditer in Romanum Pontificem ibidem Dominus Petrus bellifortis Cardinalis, cui nomen eſt impoſitum Gregorius XIus amicus ſpecialis Domini noſtri Imperatoris. *c*)

Anno MCCCLXXI. hyemps ſatis calida, & eodem anno Dominus Imperator celebravit Paſcha in Caſtro Pragenſi cum ſereniſſima Domina Elizabeth Imperatrice, ſua conjuge, que quidem Domina Imperatrix adeo fortis erat in manibus, ut circa idem tempus in preſencia multorum Principum & Baronum atque Nobilium ſibi afferri mandaret unum Babatum *d*) novum fabrifactum pro magno ſpadone, & hoc ipſum Babatum ipſa Domina propriis ſuis manibus confregit, quod quidem babatum alii fortiſſimi viri circumſtantes adhibitis omnibus viribus ſuis movere quidem non potuerunt. Omnes viros etiam fortiſſimos hec Domina ſuis viribus, quantum ad fraccionem ferrimentorum quorumcumque vincebat. Nec ſed tantum hoc tempore, quo *ego hec ſcribens vidi*, illa faciebat, verum eciam aliis temporibus preteritis, & poſtea pluribus vicibus, hec, & his majora propriis viribus faciebat, ita ut nullus fortiſſimorum virorum in his ei ſe aſſimilare audebat, cultellos eciam ſpiſſos & valde groſſos militum & cocorum confringebat manibus, ceu unam rappulam. Inſuper & loricas, ſeu panceria militum, & curienſium Domini Imperatoris laniabat a ſummo uſque deorſum, de cujus fortitudine omnes ammirabantur dicentes, quod a tempore Libuſſe forcior

c) Balbinus L. 7 in Notis in vitam Caroli p. m. 155 hæc adhuc refert ad hunc annum ex Beneſſii L. 4 *Anno 1370 a D. Wilhelmo de Hazenburg Præpoſito Wiſſehradenſi emit Bibliothecam manuſcriptorum codicum pro centum marcis, eandem donavit Collegio ſuo Carolino. Ad oppidum Fürſtenberg prope Francofurtum ad Oderam firmiſſimum caſtrum extruxit, & pontem memorabilem ex ſaxo condidit.* d) Dufreſnius in Gloſſario ex Breviloquo explicat : *Ferrum, quod annectit faber equo cum gumpho* id eſt annulo ſeu junctura. Balbinus in Epitome p. 379 pro ungula explicat.

cior non fuiſſet mulier in Bohemia, & quamvis ut dictum eſt, fortiſſima eſſet viribus corporis, non tamen ad hec gloriabatur, neque elevabatur in corde ſuo, ſed vires ſuas Altiſſimo aſcribens, non ſemper eas exercebat, niſi quando mandabat Imperator. *e*)

Eodem anno Dominica, qua canitur, Cantate, que fuit dies quarta menſis Maji Reverendus in Chriſto Pater Dominus Johannes ſancte Pragenſis Ecclesie Archiepiſcopus Apoſtolice ſedis Legatus dedicavit & conſecravit Eccleſiam Collegiatam ſancti Egidii in majori Civitate Pragenſi, quam quidem Eccleſiam edificare inchoavit beate recordacionis Dominus Johannes quartus, Epiſcopus Pragenſis XXVIIus, cui conſecrationi interfuit Dominus Imperator. *ee*)

Eodem anno die X. menſis May, que fuit Sabbathum poſt Dominicam Cantate, Deo permittente propter peccata populi, civitas Slana, dum in ipſa ad diem forenſem maxima multitudo congregata fuiſſet, igne familiari ſuccenſa totaliter cremata eſt, in qua interierunt ultra duo millia hominum, ſubito enim irrepſit ignis afflante vehementi vento, & incenſa multis locis tota civitate, currus, qui cum bladis ad forum venerant, occuparunt placzum, plateas, & portas civitatis adeo, ut pauci evadere potuiſſent, & perierunt morte miſerabili tam homines, quam jumenta; in multis eciam locis aliis eo tempore ignis fecit magna dampna, quia tempus fuit totum ſiccum, & venti validi, & homines tanquam irracionabiles absque cautela.

Eodem anno die octava menſis Junii Reverendus Pater Dominus Johannes ſancte Pragenſis Eccleſie Archiepiſcopus conſecravit altare majus in monaſterio ſancti Georgii in Caſtro Pragenſi, in honore ſancti Georgii & ſancte Ludmille Martyris.

Item poſt hoc die XV. menſis ejusdem conſecravit Capellam novam in magna turri in Caſtro ſuo Rudnicz in honore Beate Marie Virginis & ſanctorum Patronorum Eccleſie Pragenſis Viti, Wenczeslai, Adalberti, atque Zigiſmundi.

Eodem tempore perfecta eſt pictura ſolempnis, quam Dominus Imperator fecit fieri in porticu Eccleſie Pragenſis de opere Moyſaico more grecorum, que quanto plus per pluviam abluitur, tanto mundior & clarior efficitur. *f*)

Eodem

e) Ad hanc fortitudinem Eliſabethæ, locumque Beneſſii ex libro ejus quarto provocat Balbinus in Epitome p. 379. *ee*) Eadem refert Balbinus in ſuis MSS. Collectaneis ex libro 4 Beneſſii, ubi conſecrationis dies appoſita eadem 4 Maji. *f*) Meminit ejusdem picturæ ex libro 4 Beneſſii Balbinus in Epitome p. 379. Supereſt hodie idem muſivus labor reſur-

Eodem anno de mense Julio & Augusto Dominus Imperator movit exercitum contra generum suum Ottonem Brandenburgensem, qui fecerat ligam & conspiracionem cum Rege Ungarie Ludovico contra Dominum Imperatorem, & transeuntes ad expeditionem hujusmodi, fecerunt inaudita & insolita dampna pauperibus hominibus. Nunquam enim extranei, vel alienigene, si terram intrassent, tanta dampna pauperibus intulissent; Ecclesias eciam Christi, ad quas pauperes cum rebus suis confugerant, hostialiter expugnabant, & quas expugnare non potuerunt, incendebant, & queque poterant, diripiebant, mulieres & viduas pauperculas vestibus suis exspoliabant, rusticos pauperes pro pecuniis martyrizabant. In Curiis Ecclesiarum, & monasteriorum blada extriculantes, una cum curribus & equis ac pecoribus ad propria remittebant. Sicque divagantes per terram & villas depatantes (*id est deprædantes*) inestimabilia, & irrecuperabilia dampna pauperibus hominibus intulerunt, unde infiniti coacti sunt mendicare panem, qui pridem competentem habuerunt necessitatem. Insuper cum omnis homo teneatur compati proximo suo, hic non fuit aliquis, qui pauperes Cristi vindicaret, vel malefactores Ecclesiarum prohiberet. Sed quod quisque male respuit, sibi ut proprium vindicabat. Quid dicam, laudo gentem propriam, in hoc non laudo, quia quemadmodum Patres olim eorum, sic & nunc isti conversi sunt in arcum pravum, tantas immanitates in pauperibus Christi committendo. Ascendit igitur clamor pauperum hominum propter violencias & injurias sibi illatas usque ad aures Omnipotentis, & descendit ejus indignacio super Regnum Bohemie, & immisit Dominus pestilenciam gravissimam in omnibus terris & provinciis Bohemie, & mortua sunt infinita millia hominum, & sicuti non fuit, qui se absconderet a supradictis latronibus, sic commune fuit morbo pestilenciali mori ipsis raptoribus, & Deus solus vindicavit causas pauperum suorum. *g)*

resurrectionem Christi repræsentans in pariete extero Capellæ S. Wenceslai, qui passim lapillis seu geminis variegatis constare creditur, at ex Benessii superioris anni relatis certum est meris diverse colorati vitri globulis compositum esse, cum ibidem dicat: *de opere vitreo more græco, de opere pulchro & multum sumptuoso.* quo ejusmedi vitro mire & eleganter colorato integros orbes inseri fecit in fenestras ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ varias Sanctorum imagines, aliasque historias referentes, quæ proh dolor! pleræque nostris temporibus evanuerunt. *g)* Supplere hic necesse est, quod Balbinus in Epitome p. 378 ex ejusdem Benessii L. 4 his verbis ad h. a. enarrat: *Illud omnium præclarissimum, & omnium Regum sæculis invidendum, quod Benessius se vidisse testatur: Sedebat in arcis Pragensis porta erecto extemporali throno Carolus, & jus dicebat. Nemo repellebatur, accurrebant inopes ære alieno oppressi, vetuli, vetulæque, sæpe quorum causæ apud*

Anno MCCCLXXII. respexit Dominus affliccionem populi sui, & redempcionem atque pacem misit hys, qui pridem perguerras graviter fuerant afflicti, & cruciati, namque de mense Marcii, Domino Imperatore existente in Wratislavia, misit Ludovicus Rex Ungarie solemnes ambasiatores ad Dominum Imperatorem, petens, ut filia ipsius Regis Ungarie nomine Maria copularetur filio Domini Imperatoris Sigismundo, & facta est pax inter Dominum nostrum Imperatorem ex una, & Regem Ungarie, & Duces Bavarie parte ex altera, & letati sunt universi.

Eodem anno Sabbatho ante Dominicam Judica, que fuit XIII. dies Marcii, hora quasi terciarum, Dominus Deus dedit prolem masculini sexus Domino nostro Imperatori, nam conjux sua preclarissima Domina Elizabeth Imperatrix genuit filium elegantis forme, cui nomen impositum est Karolus in baptismo.

Eodem anno Dominus Imperator reversus de partibus Slezie, celebravit Pascha in Castro Pragensi, ubi in die Palmarum in presencia dicti Imperatoris consecravit palmas Venerabilis Pater Dominus Johannes Patriarcha Alexandrinus, missus per Dominum Papam ad Cesarem, in quibusdam arduis negociis Ecclesie Romane; & hoc idem Patriarcha fecit in Ecclesia Pragensi officium in die Parasceven sequenti, & in Sabbatho sancto benedixit fontem, ac propriis manibus baptizavit filium Domini Imperatoris nuper genitum, cui ut predicitur, nomen imposuit in baptismo Karolus. Ipse eciam Patriarcha fecit in die Pasche officium summe Misse in Ecclesia Pragensi cum sermone latino ad Clerum, cui astitit Dominus Imperator in Majestate Cesarea ibidem Imperialibus Insigniis decoratus, & penes Dominum Imperatorem filius suus Wenczeslaus Rex Bohemie similiter in sua Regali Majestate; Item preclarus Princeps Wenczeslaus Dux Saxonie Archimarschallus Imperii, ministrans Cesaree Majestati in officiis suis; Item ex alio latere astiterunt Cesari Venerandus Pater Dominus Johannes Archiepiscopus Moguntinus, Electores sacri Imperii, ac Venerabiles Patres Domini Pragensis, nec non Strigoniensis Archiepiscopi, atque Metensis, Augustensis, Parisiensis & Nemburgensis Episcopi, & alii Principes seculares plurimi, inter quos fuerunt Ambasiatores Regis Ungarie Strigoniensis Archiepiscopus prefatus, Dux quoque Opulie, Comes Palatinus Ungarie.

Existenti Carolo in partibus Rheni excidit unus dens molaris tempore dormitionis suæ absque omni dolore, & alius dens in ejus locum succrevit anno ætatis suæ LVII. Res hæc nova & inaudita, ut in tali ætate dentes recrescant:

apud judices annis jacuissent, una hora expediebantur. Appellantes etiam audiebantur, & ante victi jam redibant victores, & de adversariorum potentia triumphantes.

scant : & tamen veritatem scribo, quia sic vidi. Benessius L. 4 ad h. annum. *b*)

Eodem anno feria II. post Pascha, Reverendus in Cristo Pater Dominus Johannes sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopus Apostolice sedis Legatus consecravit monasterium Sclavorum Ordinis sancti Benedicti in nova civitate Pragensi per prefatum Dominum Imperatorem fundatum, de miro quoque opere consumatum, atque magnifice dotatum, cui dedicacioni interfuerunt Dominus Imperator, & Principes supra memorati.

Eodem anno Dominus Imperator fecit decorare Capellam sancti Wenczeslay in Ecclesia Pragensi cum picturis, auro, gemmis, & lapidibus preciosis ad honorem Dei, & sancti Wenczeslay Martyris sui protectoris, & adjutoris.

Eodem anno Dominus Imperator ductus consilio quorundam presbiterorum secularium, qui pro illo tempore verbum Dei predicando in Civitate Pragensi multa bona faciebant, & de quorum operibus bonis, & conversacione laudabili post mortem eorum dicetur, fecit destrui lupinar antiquum in Civitate Pragensi, qui locus Venecie dicebatur, & ejectis inde mulierculis fecit fieri Oratorium in honore Beatorum Marie Magdalene, Affre, & Marie Egypciace. *i*)

Anno MCCCLXXIII. Dominus Imperator celebravit Pascha in Pragensi Ecclesia, & Castro.

Eodem anno Dominus Imperator, cum moram cum suis gentibus faceret in Brandenburg, captantes (*verosimillime* Bavari) horam oportunam, Bohemiam penes Tustam cremaverunt, suburbium ipsius Civitatis cum XXX. villis, & ipso die de Bohemia recesserunt, non scribo dampnum, sed confusionem terre illatam, & negligenciam eorum, qui male suas metas custodierunt.

Tum (in Brandenburg) *consentiente & petente Ottone Imperator investivit filios suos Wenceslaum Regem, Sigismundum & Joannem: iis vero deficientibus D. Joannem Marchionem Moraviæ, & filios Jodocum, Joannem dictum Sobieslaw, & Procopium per traditionem vexilli.* Balbinus in Epitome addit: *Et dedit Ottoni pro ea re innumerabilem pecuniam, & castra Sultzbach, Flos &c. & civitates.* Benessius L. 4 ad h. a. *k*)

Eodem anno in vigilia Jacobi mortuus est Karolus filius Imperatoris, etatis sue anno secundo.

H 2 Eodem

b) Pessina in Marte Moraviæ p. 433. *i*) Eadem plane verba ex Benessii L. 4 ad h. a. refert Balbinus in Epitome p. 409. *k*) Pessina in Marte Moraviæ p. 433.

Eodem anno circa festum Nativitatis Beate Virginis mortua est filia Domini Imperatoris nomine Elizabeth, quam habuit Albertus Dux Austrie absque prole.

Eodem anno in festo sancti Michaelis nata est Domino Imperatori filia nomine Margaretha.

Eodem anno de mense Decembri jubente Domino Imperatore translata sunt corpora antiquorum Principum & Regum Bohemie de antiquis sepulcris suis, & posita ac tumulata in novo Choro Ecclesie Pragensis, primo in Capella sancte Trinitatis, que dicitur Capella Cesarea ad manum dextram introitus ipsius Capelle tumulata sunt corpora Brzeczyslai Ducis Bohemie, filii Odalrici, cum conjuge sua Juditha, quam rapuerat de monasterio, ut in Cronica legitur; Item ad manum sinistram jacet Spitigneus ejusdem Brzeczislay primogenitus, qui fuit dilatator Ecclesie Pragensis. Item in Capella sancti Anthonii ad manum dextram introitus jacet Brzetislaus junior, primogenitus olim Wratislay primi Regis, quem Brzetislaum interfecerunt Wrssoviczenses redeuntem de venacione in Sbeczna. In sinistra vero parte ejusdem Capelle jacet Borziwogius filius Wratislay Regis, qui Borziwogius dedit letam Curiam cum suis libertatibus Ecclesie & Capelle Pragensi. Item in Capella sancte Dorothee, que appellatur Ducis Saxonie in introitu jacet Przemisl tercius Rex Bohemie ad manum dextram, in sinistra vero parte jacet Przemizl alias Ottokarus Rex Bohemie quintus, qui fuit Dux Austrie, Styrie, & Karinthie, & qui postea in bello a Rudolpho Rege Romanorum fuit interfectus. *l*) Item in Capella sanctorum Simonis & Jude ad sinistram manum jacet Gutta Regina Bohemie conjunx Wenczeslai secundi Regis Bohemie sexti, que fuit filia Rudolphi Regis Romanorum. Item in eadem Capella ad manum dextram in uno sepulchro jacent duo, videlicet ad partem orientis Rudolphus electus in Regem Bohemie, filius Alberti Regis Romanorum, qui duxerat in uxorem Elizabeth Reginam dictam de Grecz relictam Regis Wenczeslay secundi, que Regiam *m*) construxit, & dotavit altare illud pro anima ejusdem Rudolphi, qui cognominabatur Kasse. Item in eodem sepulchro ad occidentalem plagam jacet Rudolphus Dux Austrie & Suevie frater dicte Regine Gutte. Et nota, quod in quoque sepulchro predicto habetur lamina plumbea sculpta cum nominibus Principum predictorum. *mm*)

Ipso

l) Horum sex sepulchra exornavit mausolæis marmoreis Carolus IV., quæ hodie supersunt. Scimus vero tandem ex hoc loco Capellarum istarum vetusta nomina, quæ cum non raro occurrant in historia hujus ecclesiæ, multis lucem adferent. *m*) Hodie Kœnigshoff dictum. *mm*) Eadem de translatione & situ Ducum Regumque Bohemiæ ex eodem Benessio narrat Balbinus in suis Collectaneis MSS.

Ipſo anno Dominus Imperator celebravit feſtum nativitatis Domini in Praga, ſed quia in pedibus paciebatur, Ewangelium, Exiit edictum &c. in apparatu Imperiali, ut moris eſt, ipſo die legere non potuit.

Anno MCCCLXXIIII. in menſe Februarii Dominus Imperator tranſtulit ſe cum tota Curia ſua ad Marchiam Brandenburgenſem, ubi faciens pacem moram traxit usque ad menſem Auguſtum, poſtmodum Pragam rediens, cum honore, ut dignum fuit, ſuſceptus eſt. *n*)

Eodem anno Venerabilis Pater, Dominus Johannes, ſancte Pragenſis Eccleſie Archiepiſcopus, XVI. menſis Julii conſecravit Eccleſiam Fratrum Minorum ſancti Jacobi, in majori Civitate Pragenſi.

Eodem anno, Ego Beneſſius *o*) &c.; de mandato ejusdem Domini Archiepiſcopi & Capituli Pragenſis tranſtuli corpora infra ſcriptorum Dominorum Epiſcoporum Pragenſis Eccleſie de locis ſuis, in quibus ſinguli ſingulariter jacuerunt ſatis negligenter, & humiliter, & recondidi illa corpora in novo choro Eccleſie Pragenſis, in loco, qui eſt inter ſepulcrum ſancti Viti, & Capellam Imperialem ſancte Trinitatis, includendo ſingula corpora in ſingulis alveis lapideis, impoſitis ibidem intus laminis plumbeis cum ſculptis nominibus ipſorum ad perpetuam rei memoriam, que ſepulcra Epiſcoporum cooperivi cum marmoreis lapidibus. *p*) Et quia olim, dum rumperetur Eccleſia Pragenſis antiqua, multa Epiſcoporum corpora ſunt obruta, & deperdita in cripta ſancti Gaudencii, illa recuperare non potui, ſed tantum illa, que jacuerunt in Eccleſia per diverſos angulos ſatis indecenter, illa collegi, & ſepelivi hoc modo, videlicet in linea ſuperiori, que eſt contigua ſancti Viti (ſupple *aræ*) incipiendo a plaga meridionali jacent ſecundum ordinem; Primo Severus, Gebhardus, Cozmas, Meinhardus, Johannes primus, Daniel, & Fridericus. Iterum in ſecunda linea, que eſt contigua Capelle ſancte Trinitatis, jacent primo Valentinus, Johannes ſecundus, Bernhardus, Nicolaus, Johannes tercius, Thobias & Gregorius, hy XIIII. Epiſcopi jacent ſimul in loco predicto. *q*) In alio loco jacet Dominus Johannes Epiſcopus XXVII., videlicet in Capella ſancti Silveſtri. Item caput An-

n) Eadem refert ex libro 4 Beneſſii ad h. a. Balbinus in Epitome p. 380. *o*) Iſthic in margine manu ſæculi XVI. adjecta ſunt, quæ ex vernaculo latine reddimus: *Krabicze de Weytmile Canonicus Caſtri Pragenſis eccleſiæ S. Viti hoc Chronicon ſcripſit, quod ex hoc loco cognoſcitur, uti etiam quod magnus fautor fuerit Ordinis S. Franciſci, nam multa de Ordinis hujus Capitulis ſcribit.* *p*) Hi marmorei lapides non amplius hodie viſuntur. *q*) Hoc indicio habito facile hæc Pragenſium Epiſcoporum corpora detegi poſſent, jacent ſcilicet in ambitu Eccleſiæ Pragenſis inter aram ſeu corpus S. Viti M. & Mauſolæa Brzetislai atque Spitignæi.

Andree Episcopi reconditum est in muro Capelle sancti Wenczeslay, super altari sancte Crucis. Item Dominus Peregrinus jacet ad sanctum Clementem. *r)* Item Dominus Henricus alias Brzetislaus Episcopus Pragensis, & Dux Bohemie jacet in Doggano. *s)* Item Dominus Arnestus primus Archiepiscopus Pragensis jacet in Glacz, & sic erunt XIX. Episcopi, quorum corpora inveniri potuerunt, reliquorum autem, videlicet X. corpora invenire non potui. Et fateor, quod licet singulis nomina inscripserim in laminis plumbeis ab intus, & ab extra in laminis ereis, tamen certitudinem invenire non potui de ipsorum nominibus omnibus, nisi de hys, qui sequuntur, videlicet, Menhardus, Johannes primus, Valentinus, Bernhardus, Nicolaus Johannes tercius, Thomas, & Gregorius, aliorum nomina scripsi secundum opinionem, & relacionem aliorum. Sed spero, quod nomina ipsorum verius & melius scripta sunt, in libro vite, ubi requiescunt in pace, una cum IX. Episcoporum corporibus, que non potui invenire, & propterea & hec corpora sunt translata, ne simul cum illis successu temporis per oblivionem, dum rumperetur antiqua fabrica, per negligenciam perderentur. *t)*

Eodem anno die XVI. Julii, Venerabilis Pater Dominus Johannes Archiepiscopus Pragensis Apostolice sedis Legatus dedicavit monasterium Fratrum Minorum ad sanctum Jacobum in Praga. *u)*

Eodem anno idem Venerandus Pater in die Elizabeth dedicavit hospitale novum in Hradczano, sub honore & tytulo sanctorum Anthonii & Elizabeth, quod quidem hospitale ipse Dominus Archiepiscopus pro pauperibus presbyteris, & Clericis infirmis Pragensis Ecclesie, & sue Dyocesis ibi colligendis fundavit, & dotavit magnifice. *x)*

Anno MCCCLXXVII. feria II. que erat in Vigilia sancti Andree, obiit serenissimus ac Magnificus Dominus Karolus Imperator Romanorum, & Bohemie Rex, & sepultus in Ecclesia Pragensi honorifice, post Ad te levavi.

Anno MCCCLXXXII. Conventus sororum in Tynecz cum Ecclesia & domo Fratrum *y)* totaliter exustus, & hoc VI. Kalendas Marcii.

Anno

r) Scil. Vetero-Pragæ. *s)* Lege *Doxano*. *t)* Num ea, quæ hoc & superiore anno de Principum nostrorum & Episcoporum translatione in novam ecclesiam narrat Benessius, etiam habeantur in libro ejus quarto definire non ausim. Fragmenta certe nulla seu in Pessina, seu in Balbino reperi. *u)* Idem jam supra attulit hoc anno Benessius. *x)* Cum anno hoc librum suum quartum, quo potissimum vitam Caroli IV. complexus est, abrumpit Benessius; ut adnotavit Pessina & Balbinus; in hoc ipso vero Chronico desiderantur duo consequentes anni, cujus utriusque abruptionis quis causam divinet? *y)* Scilicet Ordinis Minorum.

Anno MCCCLXXVIII. Combuſtum eſt hoſpitale Prage in pede pontis Cruciferorum cum ſtella, Dominica, Ad te levavi.

Mortuo Karolo Imperatore ſucceſſit filius ejus Wenczealaus IIII. Romanorum & Bohemie Rex.

Anno MCCCLXXX. viguit magna peſtilencia Prage in Bohemia, & incepit ab Aſcenſione Domini, & duravit usque ad feſtum ſancti Michaelis.

Eodem anno in die Circumciſionis Domini obiit Dominus Johannes Cardinalis ſecundus Archiepiſcopus Pragenſis, cui ſucceſſit Johannes de Genſtein Patriarcha Alexandrinus XII. Apoſtolorum.

Anno MCCCLXXXV. in vigilia ſancte Margarethe XII. hora horologii completa eſt teſtudo chori Eccleſie Pragenſis infra ſolempnia miſſarum.

Anno MCCCLXXXVI. in die ſancti Georgii frater Johannes dictus Clathovec, tunc ſacriſtanus in Boleslavia, & preſente patre Petro cuſtode fregit pedem.

Eodem anno Bramburgienſis Duciſſa filia Imperatoris Karoli moritur XIII. Kal. Junii, & ſepulta ad S. Jacobum Prage, & erat die Dominico Jubilate poſt Paſcha.

Eodem die frater Beneſſius in Boleslavia cantavi novam miſſam. z)

Anno MCCCLXXXV. a) in feſto ſancti Remigii conſecratus eſt chorus Pragenſis in honore Beate Marie & ſancti Viti per Reverendum Patrem Dominum Johannem Archiepiſcopum Pragenſem tercium Apoſtolice ſedis Legatum ſecundum, olim Miſnenſem Epiſcopum.

Anno Domini MCCCLXXXVII. generalis peſtilencia regnaverat in regionibus univerſalizando, & eodem anno obiit Regina Bohemie prima conjunx Regis Wenczeslay.

Eodem anno Sigiſmundus frater Regis Wenczeslai coronatus eſt in Regem Ungarie, & X. annorum junior Rege Wenczeslao.

Anno MCCCLXXXIX. in feſto Paſche Judei omnes Prage ſunt interfecti & cremati, & alii pauci evaſerunt; & hoc ideo, quia ſacerdotes Corpus Domini noſtri portantes ad infirmos impediverunt.

Eodem anno fuit Jubileus annus Rome, & Papa Urbanus ſextus mortuus. Item mortuo Urbano VI. antipapa Clemens nomine inolevit in Avinione, poſtquam alius ſucceſſit, nomine Benedictus.

Anno MCCCLXXXXII. in Vigilia ſancti Nicolay fuit diluvium Prage.

Anno

z) Hem! Beneſſii memoriam jam Ordinem S. Franciſci profeſſi. a) Poſterior manus huic numero adjecit I. quod credibile eſt, cum alias præpoſtera eſſet annorum ſeries.

Anno MCCCXCIII. fuit concessa Indulgencia anni Jubilei in Bohemiam a Dominica Letare, usque ad exaltacionem sancte Crucis, ubi statim Dominica Judica submersus fuit Mayster Johanko Doctor Pragensis per Regem Wenczeslaum, & Prelati violentati fuerunt. b)

Eodem anno Elizabeth Imperatrix Romanorum obiit relicta Karoli Imperatoris ante carnis privium.

Anno MCCCXCII. c) in festo Penthecostes hora vesperarum positus est primus lapis fundamenti sancte Pragensis Ecclesie alterius chori per serenissimos Principes Dominos Wenczeslaum primum Romanorum Regem & Bohemie Regem, & Dominum Johannem Gorlicensem Ducem, Marchionem Brandenburgensem natos serenissimi Domini Karoli Imperatoris Benefactoris precipui Ecclesie Pragensis, ac Reverendum Patrem Dominum Johannem Archiepiscopum Pragensem tercium, cum nonnullis aliis Patribus Dominis Episcopis, & Prelatis, ac vice & nomine serenissimi Principis Domini Sigismundi Ungarie & Dalmacie Regis &c. nati Domini Imperatoris predicti, necnon vice & nomine serenissimarum Principissarum & Dominarum Elizabeth Romanorum Imperatricis, Anne Regine Anglie, Margarethe consortis Domini Burgravii Norimbergensis, filiarum Domini Imperatoris prefati, in honore Visitacionis sancte Marie, & sanctorum Wenczeslai, Viti, Adalberti, Sigismundi, & aliorum Boemie Patronorum sub directore fabrice Pragensis Wenczeslao de Radecz Canonico Pragensi, Decano S. Apollinaris Pragensis, & Petro de Gemynd Magistro fabrice prefate. d)

Anno MCCCXCIIII. feria VI. in octava Reliquiarum Verone in monasterii e) Refectorio in presencia Jodocy Marchionis Moravie, & Baronum Bohemie Rex Wenczeslaus Boemorum & Bohemie arrestatus est per ipsos, f) & ductus in Castrum Pragense, ideo ut pacem & justiciam ministraret, ubi servatus fuit usque Octavam sancti Viti, in qua noctis tempore dicti Barones timentes valacionem g) Ducis Johannis fratris dicti Regis, cum dicto Rege clam evaserunt in Castrum Przibenitz tandem in Crumnau, & postea ad Austriam portaverunt. Quo facto Dux Johannes cum magnis exercitibus ex diversis terris cum principibus jacuerunt circum Budways in campo cremantes & vastantes usque ad emissionem Regis in Invencione sancti Stephani.

Item

b) Scilicet Præpositus Metropolitanus Daniel & Nicolaus Puchnik Canonicus, de quibus in Annalibus nostris. c) Hic præposterus est annorum ordo. d) Hæc eadem verba spectantur hodie insculpta marmori in pariete extero templi. e) Scilicet Ordinis Minorum. f) Hem tandem indubitatum annum habemus primæ captivitatis Wenceslai, circumstantia illa quod in Refectorio Ordinis Minorum captivatus fuerit, a nemine, quod scio, altero prodita. g) Id est obsidionem.

Item anno ſequenti in invencione ſancti Stephani, Dominus de Roſis cum exercitu Auſtralis gentis poſuerunt tentoria ſua adverſus Regem in campis Budways, & Wodnianum exquiſierunt, & tunc Dominus de Roſis deſtruxit caſtrum Kuglways. Sequenti anno jacuerunt prope Suſſicz usque ad feſtum omnium Sanctorum.

Eodem anno Judei in Praga per Regem, & in Moravia per Marchionem Jodocum fuerunt captivati.

Anno MCCCXCVI. in feſto ſancti Adalberti translatum eſt corpus ſancti Adalberti ejusdem Patroni Bohemie cum Reliquiis ſanctorum quinque Fratrum de antiqua Eccleſia in medium nove Pragenſis Eccleſie preſidente Reverendo Domino Wolfrango electo Archiepiſcopo Pragenſi &c. *h*)

Eodem anno in feſto Penthecoſten interfecti ſunt in Karlſteyn iſti Domini; Dominus Stephanus de Opoczna, Dominus Stephanus dictus Poduſska de Martinicz, Dominus Strnadus, & Markolthus Magiſter de Strakonicz, quos interficiebat Johannes Princeps Ratiborienſis, Pater Principis Nicolay, & ibi ſuum Principatum coinquinavit.

Anno MCCCXCIX. *i*) exercitus Regis circumvallavit Harawic, & abhinc diſceſſit ad caſtrum Skala cum pixide magna. *k*)

Eodem anno in feſto ſancti Nicolay combuſtum eſt pretorium Antique Civitatis Pragenſis cum multis armis.

Anno Domini MCCCC. Magiſter Johannes nacione de Huſſinecz *l*) incepit predicare in Bethlehem.

Anno Domini MCCCCII. apparuit ſtella Cometa cum cauda, que ſuo exitu multa mala in terram Bohemie notavit.

Eodem anno in die ſancti Petri Rex Sigiſmundus capto Rege Wenczeslao cum Baronibus duxit eum Wiennam in captivitatem. *m*)

Anno MCCCCIII. die feſti Martini Rex evaſit de Wienna, & venit Pragam.

Anno Domini MCCCCIIII. feria IIII. ante feſtum Margarethe ſuſpenſus eſt Zul.

Eodem anno Sigiſmundus Rex Ungarie veniens cum gente Ungarica

h) Ex his aliisque ſupra relatis manifeſtum fit hodiernam eccleſiam Divi Viti non eodem plane loco conditam fuiſſe, quo ſteterat vetus. *i*) Iſthic Continuatorem Beneſſii occipere ſuſpicamur ob rationes in obſervationibus præviis allatas. *k*) Sat rarum exemplum, jam ſæculo XIV. in Bohemia magnas pixides, quas hodie tormenta bellica appellamus, uſitatas fuiſſe. *l*) Is poſtea paſſim Huſs ab ipſa patria ſua appellatus, errarunt itaque multi, qui nomen ſtirpis crediderunt. *m*) Ex hoc loco & memoratis ſupra ad annum 1394 convelluntur fabellæ de captivitate Wenceslai in Hagecio relatæ.

Cunis, & Jaſſonibus, *n*) exquiſivit montes Cuthnenſes contra Marchionem Jodocum, & bona Domini Boczkonis, & aliorum devaſtavit.

Anno Domini MCCCCV. In vigilia Johannis Baptiſte Sigiſmundus de Orlik Subcamerarius Regis Bohemie decollatus eſt in pallacio pretorii antique Civitatis Pragenſis ad mandatum Regis Wenczeslai, *o*) & in craſtino die S. Johannis Baptiſte diluvium magnum fuit ubique.

Eodem anno MCCCCV. Magnificus Dominus Albertus Baro, & Dominus Wetonienſis ſuo cum exercitu numero quingentis & citra, nocturno tempore per muros intravit in civitatem Drozendorff, & illam obtinuit potenter propter Caſtrum, quod tunc temporis quidam Joſſt Hedrer poſſedit, & ibidem Dominus Albertus manſit in civitate cum ſuis ad quintum diem, nullam curam gerens de caſtro, quaſi ſecurus eſſet, interim Comes Illuſtris Dominus Johannes de Maydburg, & Dominus Otto Mayſaw cum potenti exercitu clam per portulam venerunt ad caſtrum, neſcio Domino Alberto, & cum forti impetu irruerunt ad civitatem, & Dominum Albertum cum ſuis convertebant in fugam, ſic quod aliqui evaſerunt, ceteros gladio interfecerunt, & reſiduos ſubmerſerunt, & ſuſpenderunt, Dominum autem Albertum inter ceteros in medio civitatis crudeliter mactaverunt, & amicum ſuum Dominum Johannem Baronem Wetonienſem vinctum detinuerunt.

Anno Domini MCCCCVI. feria IIII. poſt Mathie Apoſtoli Dominus Heroltus de Cunſtat junior acquiſivit Wodnianam & multa abſtulit, cives quoque captivavit.

Anno Domini MCCCCVIII. factum eſt litigium magnum inter magiſtros, Doctores, Studentes, & totam Univerſitatem Civitatis Pragenſis, Bohemi cum Thevtunis.

Anno Domini MCCCCIX. exierunt omnes Studentes Thevtuni de Praga, & fundatur ſtudium in Lipczko ab hoc tempore usque ad hodiernam diem.

Anno Domini MCCCCX. combuſti ſunt libri Magiſtri Johannis Wigleff Anglici in curia Archiepiſcopali in parva parte feria IIII. poſt diviſionem Apoſtolorum.

Eodem anno ablate ſunt Reliquie, & in Karlſtein deportate.

Eodem anno facta eſt magna ſtrages inter Polonos & Pruthenos, & pro-

n) Ii Jazyges peculiaris in Hungaria populus, cujus reliquiæ adhuc hodie in hoc regno ſuperſunt. *o*) Malorum is pene omnium ſub Wenceslao incentor fuit, ac præſertim oppreſſor Cleri, uti Joannes Archiepiſcopus in ſua accuſatione Papæ queritur.

proſtrati ſunt Prutheni a Rege Polonie ad centum millia, & adhuc quanti ſunt ſubmerſi, factum hoc feria IIII. poſt diviſionem Apoſtolorum.

Anno Domini MCCCCXI. obiit Dominus Zbynko Lepus de Haznberk VIus Archiepiſcopus Pragenſis, in Ungaria in Preſspurg, & ſepelitur in Caſtro Pragenſi, cui ſucceſſit Magiſter Albicus.

Anno Domini MCCCCXII. feria II. ante feſtum ſancte Margarethe decollati ſunt tres famuli propter indulgencias, Johannes, Martinus, & Staſto, & ſepeliuntur in Bethlehem, & fuit magnus rumor in populo. *p*)

Eodem anno feria VI. ante feſtum ſancte Katharine fuit maximus ventus.

Anno Domini MCCCCXIII. die ſancti Allexii, Conradus in Archiepiſcopum Pragenſem eſt receptus. Et eodem anno venit tuſſis maxima omnibus hominibus communiter in Boemia, per quam gravati multis infirmitatibus ſunt oppreſſi.

Anno Domini MCCCCXV. combuſtus eſt Magiſter Johannes Huſs Conſtancie in Octava Petri & Pauli Apoſtolorum.

Anno Domini MCCCCXVI. Sabbatho ante feſtum ſancti Mathie Apoſtoli, hoc erat in Kathedra Petri, pluit ſanguis, & ſuper cecidit nix.

Eodem anno Sabbatho poſt Aſcenſionem Domini III. Kalendas Maji Magiſter, Hieronymus de Praga combuſtus eſt Conſtancie; & eodem anno feria V. poſt Mauricii apparuit Crux rubra in medio celi, tanquam in meridie ſtaret ſol, ſole ad occaſum vergente, in gladium ſolis coloris verſa eſt.

Anno Domini MCCCCXIX. die Dominico ante vincula Petri, Abdon, projecti ſunt decem de pretorio Nove Civitatis Pragenſis per feneſtram, Niklaſek Judex, Johannes Podvinsky tunc Magiſter Civium, Clemens Sriaſtnik, Thomaſsko Cerdo Conſules, Czenko Patriarcha, Rzehla Drewnik, Johannes Humpolecz, Wenczeslaus Barbare, Johannes Kabe, Saſſin, famuli Judicis Rzehak, ſolo eſt interfectus in torquina pretorii.

Eodem anno feria IV. poſt Aſſumpcionem Marie Virginis sereniſſimus Princeps Wenczeslaus filius Karoli Imperatoris Romanorum & Bohemie Rex obiit, & ſepelitur in eccleſia Pragenſi penes Imperatorem Karolum Patrem ſuum, *q*) & fuerunt magna diſturbia poſt ejus obitum, & ſecte mirabiles.

Eodem anno ſtatim poſt obitum Regis Wenczeslay feria VI. Monaſterium Carthuſienſe deſtruxerunt, & alia multa monaſteria eodem & ſequenti anno heretici deſtruxerunt in tota Bohemia.

p) Id turbarum Huſſiticarum principium fuit. *q*) Noſtri paſſim eum nonniſi in ſacello S. Wenceslai depoſitum, & demum in aulam Regiam deductum adſtruunt.

Eodem anno combuſtum eſt pretorium in parva parte per clientes de caſtro, in illa ſillaba, *Novem*, & hoc erat Sabbatho die poſt omnium Sanctorum, *qq*) eciam expercuſſerunt curiam Archiepiſcopi, clauſtrum ſancti Thome, clauſtrum in pede pontis, *r*) ibi receperunt equos, & alia multa bona, & multos ſagittaverunt, & alios usque ad mortem.

Anno Domini MCCCCXX. Sigiſmundus Rex Ungarie vallavit Pragam, ubi multi ex utraque parte interierunt circa feſtum Margarethe.

Eodem anno feria V. in die Briccii Communitas Nove Civitatis Pragenſis condeſcendit Wiſſegradum clientibus Regis Ungarie tali modo, quia promiſerunt habere trevgam pacis tenere, hoc eſt przimierzie usque ad feſtum ſancti Georgii, ſub Lta millibus ſexagenarum, ſed mentiti ſunt clientes.

Anno Domini MCCCCXXI. feria VI. poſt Epiphaniam Domini exſecuerunt *s*) ſtatuas cum Kathenis in antiqua Civitate.

Eodem anno feria tercia poſt feſtum Paſche circumdederunt foſſatum ante Wyſſegradum in quinque diebus laborantes Sacerdotes, Clerici, Virgines & Judei.

Eodem anno feria IIII. poſt Tiburcii Dominus Czenko condeſcendit Caſtrum Pragenſe Communitatibus, promittens eis eſſe contra Regem Ungarie.

Eodem die Communitas circumvallavit Wyſſegradum, & de ſero ſtatim receſſit a Wyſſegrado.

Eodem anno feria III. ante feſtum ſancti Stanislay Dominus Czenko tradidit Communitates, & in craſtino combuſtum eſt clauſtrum in monte Syon Strahow, & in craſtino parva civitas, Clauſtrum ſancti Thome, Ecclesia ſancti Nicolai, Clauſtrum in pede pontis.

Eodem anno feria IIII. ante Urbani Zizka cum communitate Taborienſi receperunt *t*) ante Caſtrum Pragenſe Domino Michalczoni, & Domino Johanni Chudobe XIX. currus cum victu & amictu.

Eciam feria V. in craſtino communitas Thaborienſium ruperunt murum in Obora ante Owenecz. In die Urbani Communitas Thaborienſis cum Pragenſibus ruperunt Clauſtrum ſancte Katharine, & Moniales exierunt eodem die de clauſtro.

Eciam

qq) Id eſt 4 Novembris, quæ hoc anno in Sabbathum incidit, & reſpondet ultimæ ſyllabæ *Novem* ſcilicet ex Calendario Ciſio Janus deſumtæ: *Omne Novembre Leo &c.* *r*) Scilicet Melitenſium. *s*) Ita quidem in MS. at veroſimilius legendum *exſtruxerunt*, ſcilicet ad compeſcendos ſubitos impetus præſertim equitatus. *t*) Id eſt acceperunt, abſtulerunt.

Eciam feria III. Penthecoſtes Communitas Pragenſis, & Thaborienſis circumvallavit Caſtrum Pragenſe ſancti Wenczeslai.

Eciam in feſto ſancte Trinitatis combuſte ſunt Eccleſie ſub Podskalá, Eccleſia ſancti Anthonii, ſancti Johannis cum pluribus domibus per clientes Wyſſegradenſes, & eciam Pragenſes.

Eciam feria VI. ante feſtum ſancti Viti Communitas Thaborienſis receſſit a Caſtro Pragenſi. Ipſo die combuſta ſunt Clauſtra ſancti Thome, S. Anne cum pluribus domibus, eciam Dominico die combuſta eſt Eccleſia S. Adalberti ſub Wyſſegrado. Die Dominico poſt feſtum ſancti Petri ſtatuerunt Thevtunici ſcallas ſeu ſtany retro aquam ante Oboram. Feria VI. ante Margarethe preliaverunt Pragenſes cum Ungaris ante Carthus *u*) penes aquam. Item preliaverunt eciam cum eisdem in feſto ſancte Margarethe in campo hoſpitalenſi retro malatos *x*). Eciam prelium habuerunt in craſtino poſt Margarethe in monte Witkonis, & ibi multos Theutunos & Ungaros interfecerunt, in numero centum XLIIII., quos invenerunt ibidem in monte Witkonis. Item feria VI. poſt feſtum S. Margarethe combuſte ſunt ſcalle Thevtunicorum quam plurime ante Oboram. Eodem eciam anno &c. XXI. ſereniſſimus Princeps Sigiſmundus Rex Ungarie venit ad procedendum *y*) Caſtrum Pragenſe cum Electoribus, & multis Principibus, & gente magna, ut dicebatur, habens centum XXV. millia hominum ſtipendiariorum ante feſtum ſancti Jacobi contra Bohemos, & fugavit Zizkam & Pragenſes de campo, & jacuit circa Owenecz & Oboram in campo prope caſtrum, & circa feſtum Jacobi coronatus eſt in Regem Bohemie in Eccleſia Pragenſi per Barones *z*), & receſſit feria IIII. poſt coronacionem ſuam cum omnibus Thevtunis, cum Ungaris & Pollonis relinquens Capitaneos & ſtipendiarios in omnibus caſtris, deditque eis clenodia Eccleſie pro ſtipendiario de ſepulcro ſancti Wenczeslai, que erant de puro auro pro ſervando Caſtrum Wyſſegrad.

Sabbatho in die Laurencii combuſtum eſt Clauſtrum Aula Regia, quod dicitur in vulgari Zbraslaw.

Item feria VI. ante feſtum Crucis receſſit Plavensky de Praga cum noſtris Civibus Zacz *a*). Feria Vta ante feſtum ſancti Wenczeslay venit Dominus Cruſſina cum VII. millibus hominum huc Pragam, ſexta feria ante fe-

u) Id eſt Cartuſiam in ſuburbio Micro-Pragenſi tum ſitam ad hodiernam Eccleſiam SS. Philippi & Jacobi. *x*) Id eſt infirmos hoſpitalares, ad hodiernum Lazareth. *y*) Fortaſſis legendum: *protegendum*. *z*) Bartoſſek a nobis editus priorem annum coronationi Sigiſmundi ſtatuit p. 145, quem annum ſuo loco in Annalibus examinabimus, nam & apud alios variat. *a*) Id eſt Zatecium, ex his conjicere fas eſt Continuatorem Pragenſem fuiſſe.

festum sancti Wenczeslay de Castro Pragensi; de pixide interfecerunt IIII. uxores & una cum puero in ventre bajolante & vivente, & unum virum in foro piscium antique civitatis.

Eodem anno feria VI. die omnium Sanctorum preliaverunt Domini terre Bohemie & Moravie, & Rex Sigismundus venit ad succurrendum Wysegrado cum communitate Pragensi circa Ecclesiam sancti Pangracii retro Wysegrad, & ibi percusserunt, & interfecerunt multos Barones milites, Comites Moravos, & Ungaros in numero ad quinque centa, ibi occiduntur Dominus Henricus de Plumlow supremus Capitaneus Moravie, Dominus Petrus de Konopisst, Dominus Henricus de Crumlow, Dominus Jaroslaus de Weselee, & Dominus Woko de Holstayn, Dominus Nicolaus Lepus de Haznburk, Dominus Samualensky de Malenowicz, Dominus Czernohorsky, & Dominus Michalko juvenis & Dominus Sobinus miles audax, & alii advene & terrigene multi sunt occisi a Pragensibus, & obtinuerunt Wyssegradum Pragenses, & exspoliantes destruxerunt. Adjutores Pragensibus circumvallantes Wyssegradum fuerunt Dominus Hynko Crussina, & Dominus Victorinus de Podiebrad.

Dominico ante festum sancte Katharine equitavit Communitas Nove & antique Civitatis ad circumvallandum Rziczan.

Feria VI. in die sancti Nicolay venit Communitas a Rziczan, & adduxerunt Dyonisium cum filio, & uxorem ipsius cum filia & alios captivos quinquaginta IIII.

Feria II. ante Nativitatem Domini venit Communitas Nove, & Antique Civitatis a campo Chomutow.

Eodem anno feria II. post Nativitatem Domini circumvallaverunt Novum Castrum prope Cundraticz Communitas Nove & Antique Civitatis Pragensis.

Eodem anno secta Thaboritarum igne suffocata est plus quam ad unum millenarium hominum circa Chotiborz, & Capitaneus inter eos fuit Hromadka.

Anno Domini MCCCCXXII. feria II. post conversionem sancti Pauli novum Castrum ante Cundraticz inceperunt rumpere, & cremare hoc Castrum.

Feria V. ante Purificacionem sancte Marie Pragenses inceperunt fodere fossatum ante valvas. *b*)

Feria V. in festo sancte Dorothee equitaverunt Communitates nove & antique Civitatis contra Cladrub & Plsnam in die Palmarum; Communitas

b) Id est portas civitatis.

tas Pragenſis & Thaborienſis interfecerunt multos homines in Chomutow, & venerunt Communitates Pragam in Vigilia Paſche a Chomutow.

Eodem anno feria IIII. poſt feſtum Paſche Pragenſes cum Zizka acquiſierunt Veronam Civitatem, & aliquos milites Regis Wenczeslai Domini *c)* Koblih & Dupowecz, & aliquos Magiſtros de Praga combuſſerunt, & interierunt.

Feria V. ante Ambroſii venerunt a Verona Communitas Pragenſis.

Sabbatho ante feſtum Tiburcii Communitas Pragenſis equitaverunt contra Tuſſen. *d)*

Feria VI. ante feſtum ſancti Georgii ſubdidit ſe mons Chuttnenſis communitatibus.

Sabbatho ante Marcelli equitaverunt Communitas Nove & Antique Civitatis in Gurim ad convocacionem Dominorum in Bohemia pro unitate fidei Criſtianitatis, & pro communi bono.

Feria II. ante feſtum ſancti Viti venerunt Communitates de Gurim Pragam.

Feria III. ante feſtum ſancti Viti venit Dominus Hynko, & Dominus Wyſsko, & Dominus Mixo Hrdonka carnifex *e)* nove Civitatis Pragenſis de Polonia a Rege Crakovienſi.

Dominico ante Marcelli condeſcenderunt Caſtrum Pragenſe Communitati Pragenſi.

In feſto ſancti Martini communitas Pragenſis venit ſub Carlſtayn in nocte, & ibi combuſſerunt balneum ipſorum cum domibus.

Eodem anno Sigiſmundus Rex Ungarie tranſivit cum magna gente in Bohemiam, & ibi prope montes Cuthnenſes magnum dampnum percepit in populo, & excuſſit montes, & fugatur ab hereticis in Brodam Thevtonicalem, ulterius receſſit, & Broda capta ab hereticis, multi ibidem Ungari montani & ceteri Chriſti fideles ſunt per Huſſitas occiſi in nomine Domini.

Anno Domini MCCCCXXIII. ante Epiphaniam Domini Dominico die Dominus Hynko de Walſteyn repulit inimicos Criſti legis a civitate Luthomierzicz, & receperunt *f)* eis LXX. currus cum alimentis, ſpecialiter XLta Dreylinkones *g)* minus duobus cum vino Sigiſmundo Dieczinsky, & Hlawaczoni.

Feria IIII. poſt Epiphaniam Dominus Sigiſmundus Ungarie Rex a Broda

c) Ita quidem in MS., ſed veroſimilius legendum: *defuncti.* *d)* Veroſimillime hallucinatio ſcribæ eſt, legendumque *Cutten*, cum mox ſequatur mons Cuttnenſis. *e)* Id eſt lanio. *f)* Acceperunt. *g)* A Germanico Dreyling, ſcilicet trium urnarum vaſa.

da Thevtunicali recessit ante nostros fratres, *b*) quia non audebat cum ipsis pugnare, qui multos pueros occiderunt, cremaverunt, & projecerunt eos super spinas.

Feria VI. post Epiphaniam Domini Communitates expugnaverunt Brodam Thevtunicalem, & ibi multos homines occiderunt & cremaverunt, & currus ultra VI. centa receperunt nostri fratres, sed mulieres & Virgines eduxerunt de civitate predicta, & inceperunt inimicos percutere ab Habro, *i*) usque civitatem antedictam in distancia trium milliarium per campos & agros.

Feria III. in die Felicis Martyris venerunt communitates Pragam cum novis militibus.

Eodem anno &c. XXIII. Zizka Princeps latronum, qui *k*) appellabant legistas, exussit montes Cuthnenses feria III. ante Penthecosten, & eodem die facta est strages in populo inter ipsum & Pragenses, & victi sunt Pragenses per eum.

Anno Domini MCCCCXXIIII. Dominus Johannes Leskowecz interemtus est circa claustrum Zelew *l*) cum multis aliis.

Anno Domini MCCCCXXV. Thaborite expugnaverunt Wozicz, & ibidem circa Wozicz Thaborite concordaverunt cum Pragensibus, tandem subito congregato exercitu veniunt ad Iglaviam, & fere sex diebus jacent prope Iglaviam, deinde movent castra, figunt tentoria circa Budieyowicz Wethoniensem, *m*) & ibi congregati Znoymam accedunt, monasterium subito expugnant. *n*)

Eodem anno &c. XXV. feria IIII. in die sancti Anthonii factum est prelium per Dominum Meynhardum Nove Domus, & Thaboritas circa Kamenicz.

Eodem eciam anno heretici Hussite oppidum Recz *o*) devastaverunt, & Comitem captum in Pragam duxerunt.

Anno Domini MCCCCXXVI. Dominica post Viti commissum est prelium inter Pragenses, ceterosque Bohemie Dominos, & Thaborite juverunt Pragensibus, & Orphani circa Usk *p*) cum Misnensibus & ceteris alienigenis de eorum lingua, ita quod pugnaverint a tercia hora diei usque ad occasum solis, & ceciderunt illo die plus quam octo millia virorum, & fugit pars Thevtunicorum & percussi sunt per Hussitas. Tunc

b) Continuator superioribus quibusque locis se Catholicum fuisse innuit, quos hic fratres suos intelligat, perobscurum. *i*) Pagus est *Haber*. *k*) Legendum *qui se*, Hussitæ enim Legistas se invicem appellabant, uti Lutherani Evangelicos postea. *l*) Id est Siloam Ordinis Præmonstratensium. *m*) Ita Budovicium Moravicum appellatum ad differentiam Bohemici. *n*) Scilicet Lucense, nam in urbem tum non penetrarunt. *o*) In Austria. *p*) Austam hodie Aussig.

Tunc post festum sancte Elizabeth Albertus Dux Austrie & Marchio Moravie per Hussitas de campis fugatus est in Moravia, sed postea circa Miemy victoria potitus est.

Anno Domini MCCCCXXVII. feria V. magna, vel in Cena Domini, facta est pessima tradicio pro Principe Lithuanie Sigismundo &c. q) Et eodem anno Smirzicz & Dominus Hynko invaserunt Pragam, volentes illam infamiam detegere, r) & Hynko occisus & Smirziczky, & fuit Sabbatho ante Nativitatis.

Anno MCCCCXXVIII. Hussite, Thaborite, &c. magnam stragem in diversis locis fecerunt, & intra metas Hungarie intraverunt.

Eodem anno circa festum Penthecosten, Thaborite & Hussones, s) venientes de Slezia per Moraviam, intrant Austriam fere in X. millibus, & ponunt castra prope Wiennam fere semi-milliaris retro Neuburg, & jacuerunt aliquot diebus ibidem sine molestia, & fecerunt multa dampna, & spolia & incendia nullo eis resistente.

Eodem eciam anno circa festum sancti Johannis Baptiste Thaborite obsident castrum Bechin, & Orphani latrones dicti obsederunt castrum Lichtenburg, & sic continuaverunt, Bechin traditur eis in medio anno, Lichtenburg in semialtero.

Anno Domini MCCCCXXX. Misna invaditur per Hussitas pro prima vice per rasum Procopium.

Anno Domini MCCCCXXXI. obiit Archiepiscopus Conradus in die sancti Stephani.

Eodem anno feria tercia in Vigilia Assumpcionis Marie Electores Imperii venerunt cum magna multitudine Thevtonicorum, quorum Capitaneus fuit Fridericus, & fugerunt relictis curribus.

Anno Domini MCCCCXXXII. fuit inundacio magna, & ruptus est pons Pragensis, & eciam aqua fuit in omnibus celariis fere, triginta & in Ecclesiis, & molendina omnia receperat, t) & multa dampna percepit. u)

Eodem anno Hussite heretici Trnaviam in Ungaria tradicione obtinuerant.

Eodem anno Cometa horribilis apparuit in quadragesima lucida valde, & ardens sicut facula. Caristia fuit magna tribus annis per ordinem, videlicet II. III. IIII.

Anno Domini MCCCCXXXIII. apparuit alia Cometa, obscure appa-

 rens,

q) Quem scilicet sibi Regem creare connisi. r) Fortasse legendum *detergere*. s) Rarior hæc vox apud ejus ævi scriptores pro Hussitis. t) Ut sæpe ante pro *abstulerat*. u) Passim pro fecit aut perfecit.

rens, non ita lucida ficut prima ante feftum S. Wenczeslay, & duravit ufque poft XI. millia Virginum.

Eodem anno incompleto circumvallaverunt Plznam civitatem ante feftum Margarethe, & jacuerunt fere unum annum absque feptem feptimanis Thaborite & Syrotkones, *x*) & cum eis Pragenfes de utraque civitate cum aliis campeftribus.

Eodem invaferunt quidam Domini Novam Civitatem Pragenfem, videlicet Dominus Meynhardus & Ptaczko & Diviffius Borzek cum aliis eis adherentibus, & cum Pragenfibus antiquo-civitatenfibus in Afcenfione Domini hora vefperarum, & adhuc jacuerunt circa Plznam eorum fecta, & captivi tria millia.

Anno MCCCCXXXIIII. in octava fancte Trinitatis facta eft ftrages cum Thaboritis, Orphanis & Kallaliczky, & proftrati funt per generofum Dominum Meynhardum de Nova Domo & per Dominum Ptaczkonem de Rathay, & per Diviffium, Borzkonem, & eis adherentes, & periit memoria eorum cum fonitu videlicet illorum depopulatorum, fpoliatorum; & eorum magnificencia annichillata eft, & funt multi combufti ex Saturnitis, & Kallaliczky. *y*)

Anno Domini MCCCCXXXV. circumvallavit Dominus Ptaczko Oftromecz, quod fuit obfidium Thaboritarum, feria V. ante Letare, & jacuit ufque feftum Urbani, & dederunt ei caftrum fub pactacione, & Dominus de Rofis Lomnicz.

Anno Domini MCCCCXXXVIII. feria II. poft Nativitatis Gloriofiffime Virginis Marie Baro, ftrenuusque miles Dominus Johannes de Duba Bohemus, feremet quinquagefimus, una cum Sacerdote Domino Martino dicto Proftrzedek patibulo Pragenfi eft affixus. Inter quos periit nobilis vir egregiusque miles Dominus Wyfsko Polonus; quorum anime, rogamus Domine, fufcipiantur benigne in conforcium Angelorum, amen. *z*)

Eodem anno decedit, morte omnia mordente, corona omni mundano venufta decore Gloriofiffimus olim Princeps & Dominus Dominus Sigifmundus Imperator Romanorum femper Auguftus, & Bohemie, Ungarie, Dalmacie, nec non Croacie &c. Rex potentiffimus genere univerfos mundi Principes & Reges precellens, cujus anima quiefcat in quiete eterna, amen.

Albertus Dux Auftrie Romanorum Imperator electus poft mortem Sigifmundi in Regem Bohemie, fufcipitur anno Domini MCCCCXXXVIII. hic morte preventus Imperialem coronam non fufcipit, homo mire probitatis

x) Id eft Orphanorum fecta. *y*) Meræ hæ novæ fectæ, in quas fcindebatur tum plebs. *z*) Hæc continuatorem fynchronum produnt.

tatis Bohemiam intravit, pessimorum nidum Thabor obsedit, sed de venenacione avisatus recessit, Prage coronatur in Regem Bohemie, inde Ungariam intravit, ut ibidem coronaretur, cum uxore sua, que erat Sigismundi Imperatoris filia, cumque in Landorff venisset, ibidem venenatus *a*) morbo dissenterico defecit, uxor vero pregnans, & jam proxima partui, cui donatum erat pallium mire pulchritudinis, & preciositatis sed venenatum, cujus speciositate Regina philocapta *b*) ipsum induit, & statim enixa est Ladislaum, & veneno invalescente mortua est. Dux vero Albertus arreptum Ladislaum latenter abstulit, & quasi venatum vadens, Austriam deduxit.

Albertus igitur Bohemie & Ungarie Rex in Vigilia Simonis & Jude moritur, quem mundus dignus in Regem pro sua probitate non meruit. Habuit autem idem Albertus Rex duas filias, quarum unam hodie Rex Polonie in uxorem habet, *c*) alteram Dux Saxonie.

Anno Domini MCCCCXLIII. feria V. mense Junii in die sancti Bonifacii hora XIII. fuit motus in Moravia, per multa loca in Bruna turres movebantur, in Zabrdowicz movebantur turres sicut virgula retro agitata, & cadebant lateres, alicubi ad sanctum Thomam porcio testudinis cecidit, in Olomucz, & per alia loca multa.

Anno Domini MCCCCXLVIII. Georgius de Podiebrad, alias de Cunstat hereticus suis cum complicibus nefandissimis fraudulenter & dolose intravit proditorie Pragam, & antiquam civitatem spoliavit, & depredavit Katholicos seculares & spirituales; & Magnificum Dominum Meynhardum de Nova Domo Capitaneum Pragensem vinctum duxit in Podiebrad, & ibidem illum intoxicavit. *d*) Illo eciam die Judeos acriter spoliavit.

Anno Domini MCCCCL. Georgius de Podiebrad cum aliis Baronibus Bohemie fuerunt in Misna in stipendiario *e*) circa juvenem Marchionem contra seniorem fratrem.

Anno Domini MCCCCLI. turris Nove civitatis fundata est infra octavam Resurreccionis. A ja sem přj tom stal, *f*) & eciam turris nova in pede pontis eodem anno edificata est.

Anno Domini MCCCCLVII. obiit serenissimus Rex Ladislaus & clam suffocatus feria IIII. in die sancti Clementis hora XXII. & sepelitur in Castro Pragensi.

 An-

a) Veneno infectus. *b*) *Vox ibrida*, inquit Dufresnius a græco φίλοσ & latino *captus* amore capta. *c*) Hem alterum synchroni continuatoris indicium. *d*) Ex his rursum eruitur catholicum scriptorem fuisse. *e*) Id est stipendia merentes apud Marchionem. *f*) Id est: & ego præsens adstiti.

Anno Domini MCCCCLVIII. Georgius de Podiebrad alias de Cunstat coronatur in Regem Bohemie, Dominica, Vocem jocunditatis ante festum sancti Stanislay, & in crastino die sancti Stanislay eciam coronatur Johanna in Reginam Bohemie.

Eodem anno obiit honesta vidua Elizabeth feria IIII. in die Luce Evangeliste. Oretis pro animabus.

Anno Domini MCCCCLXVII. terra Bohemie Moravieque maximis quatiebatur turbelis, invasionibus videlicet, combustionibus opidorum & villarum, captivacionibus immanissimis ferocitatibus, ferocissimisque immanitatibus, moventibus idem bellum Domino Zdenkone Konopisstsky, Zagicz, Burian, & aliis Baronibus Regi Georgio renitentibus, Episcopisque Wratislaviensi & Moravicali cum adjutorio eciam cruciate ab Apostolico, si ita phas est dicere, vel eam nominare, & hoc sugillantibus *ff*) virulentissimis Hyllario Decano, *g*) Brzizunogisky predicatore & aliis eorum complicibus, apostatisque, *h*) bellum cepit a festo Georgii anni prefati.

Anno Domini MCCCCLXXI. obiit Rex Georgius Sabbatho ante Letare, & sepelitur in Castro Pragensi feria II. Annunciacionis Marie.

Eodem anno eligitur Wladislaus II. filius Kazymiri Regis Polonie in Regem Bohemie, & coronatur feria II. post Assumpcionis Marie.

Anno Domini MCCCCLXXXII. in die Jacobi Apostoli; Quando fuit his diebus Nimburge Episcopus Santuariensis Augustinus, eciam ibi interfuit *i*); Isto anno precipue in estate in Moravia pestis fortissime vigebat.

Eodem anno tredecima die Augusti Dominus Rex Wladislaus, Princeps Hynko, & alii Domini Generosi hastiluserunt in circulo Pragensi Antique Civitatis, qui sunt & statim scripti &c.

Paad *k*)	Osezeni *l*)	
I. Kral geho Milost.	VII.	Sua Majestas Rex.
Knize Hynek VI.		Dux Henricus.
III. Pan z Rozenberka. IIII.		Dominus de Rosenberg.
Pan Thowaczowsky. IX.		Dominus Thowaczowsky.
VII. Pan Coldicz.	VI.	Dominus Coldicz.
V. Pan Sswihowsky.	VI.	Dominus Schwihowsky.
VII. Pan Zdeslaw.	I.	Dominus Zdeslaus.

V.

ff) Id est: *suggerentibus*. *g*) Scilicet ecclesiæ Metropolitanæ. *h*) Ex his manifestum est: continuatorem illum denuo alium esse a priore. *i*) Ita quidem in MS. Sed verosimillime scribæ error est, legendumque *interfui*. *k*) Tropica hic vernacula locutio idem significans quod *victus*; numerus præfixus indicat, quoties victus fuerit. *l*) Similis locutio *victorem* significans, scilicet in diversi generis, & repetitis certaminibus.

Paad	Osezeni	
V. Buryan mlady.		Burianus junior.
Pan Smirziczky.		Dominus Smirziczky.
VI. Mezerziczky.	III.	Dominus Mezerziczky.
IX. Pan Czenek Miczan.		Dom. Czenek Miczan.
Pan Wywodicz.	II.	Dom. Wywodicz.
Sſumburg Pan Klachowy	VII.	Schumburg Dominus in Klachow.
II. Pan Petr Dubſky.	I.	Dom. Petrus Dubsky.
V. Pan Haſyſſtaynſky.	I.	Dom. Haſenſteinius.
V. Pan Girzi Kolowrath.	I.	Dom. Georgius Kolowrath.
V. Pan z Plawna.		Dom. de Plawna.
II. Pan Linharth.	I.	Dom. Leonardus.
II. Pan Ladiſlaw Waytmile.		Dom. Ladislaus de Waytmüle.
VII. Martiſſ.	VI.	Martiſs.
I. Purkhart.		Burchardus.

His diebus circa Pragam aqua erat in flumine deſtructa, coloris in parte viridis, turpiter olens.

Anthonius quidam monachus de Ordine Fratrum Minorum venit certo tempore Pragam ad ſanctum Jacobum, ibi quandoque predicabat per II. & ſemihoram continue ad Clerum in certis feſtivitatibus.

Eodem anno &c. LXXXII. die ſeptima menſis Septembris Excommunicatio ſublata eſt in Caſtro Pragenſi per Dominum Hanuſſium *m)* auctoritate ſummi Pontificis.

Eodem anno poſt feſtum ſancti Wenczeslay peſtilencia incepit vigere in aliquibus civitatibus Bohemie, ſicut in Chrudim, Hradecz, Colonia, Broda, & poſt in montibus Cuthnis, & alia parte Domazlicz, Strzibro, Plznie &c.

Anno Domini MCCCCLXXXIII. facta eſt commocio Prage feria IIII. ante Wenczeslay in omnibus tribus civitatibus, in illa precipitati ſunt Conſules IIII., Magiſter Civium a pileis, Chaniczky, Stodola a Galea in lacu, Procopius publicus, *n)* ex Senioribus Thomaſſek, Oremus a Gallo penes appatecam S. Michaelis, qui omnes decollati feria VI. hora 23 vel infra immediate, in nova civitate Magiſter civium, Sſimuonie burſator, Truhliczka ſartor, Kahun a ſancto Henrico, Mattheus ſervus Dominorum, omnes

m) Is fuit Hanuſſius de Kolowrath Præpoſitus Metropolitanæ eccleſiæ Pragenſis, & Adminiſtrator Archiepiſcopatus. *n)* Id eſt: Judex.

nes decollati feria II. poſt Wenczeslay, & alii Conſules precipitati, & interfecti preter paucos. Et iſti interfecti, Paral Prothoconſul, Rathuzky, Kraſny de Porzicz, Krupicznik, ex Senioribus, Pivomarzik, Nedoruſſtie &c. alii autem fugerunt. In parva parte autem duo decapitati, Pipilmasko, & ſartor, nomen ignotum, eciam decollati.

In illo anno Auguſtinus Epiſcopus Santuarienſis circa feſta Evangeliſte venit Pragam ſolempniter Proceſſione precedente.

Anno Domini MCCCCLXXXVII. menſe Februarii die 23 nocte ſequenti turris in Karlſtayn accenſa eſt, ſic quod Tabule, Corona, Privilegia,

\- - - - - - - -

reliqua deſiderantur.



OB.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ
PERILLUSTRIS VIRI
PETRI TOBIÆ WOKAUN, EQUITIS DE WOKAUNIUS,
Cæſ. Reg. & Apoſtol. Majeſtatis Conſiliarii, & Regii ſupremi Burggraviatus in Caſtro Pragenſi Aſſeſſoris.

IN

EPITOMEN CHRONICÆ BOHEMICÆ
JOANNIS NEPLACHONIS
Abbatis Oppatovicenſis.

Ut datam nuper in Diatriba noſtra *a)* fidem eliberemus, hiſtoriophilorumque exſpectationi ſatisfaciamus, prodit tandem in lucem Opus Joannis Neplachonis Abbatis Oppatovicenſis, quod ex codice chartaceo variorum extractuum Tabularum Regni delibavimus, cui id ad calcem inſcriptum reperimus. Exſtitit Codex iſte olim in manibus Joannis Joſephi Hibſchmann ad easdem Regias Tabulas honorifico Declamatoris officio cum magna laude perfuncti, qui pro ſua inſigni humanitate eundem nobiſcum communicavit, ſimulque autographo Bibliothecæ Czerninianæ ad apicem manuſcriptum iſtud conforme redditum fuiſſe Vir candidiſſimi animi, interpoſita fide ſua, teſtatus eſt.

Duo cum primis momenta nobis calcar addidere, ut manuſcriptum iſtud dignum deputaremus, quod præter longiorem moram prelo ſubjiceretur typographico: Et quidem primo certum eſt majoribus noſtris rerum patriarum ſcriptoribus partum iſtum Neplachonis nonniſi ſolo nomine notum fuiſſe, nam ut ceteros omnes prætermittamus, teſtatum habemus illum tam a Bohuslao Balbino, quam Berghauero nunquam viſum, lectumve. Quod alterum eſt: diver-

a) Siehe hiſtoriſche Abhandlung von der Unterthänigkeit und Leibeigenſchaft im Königreiche Böhmen Seite 10. lit. a.

diverſa hæc eſt Epitome a Chronico Neplachonis, quod ante annos triginta quinque Clariſſimus Vir Hieronymus Pezius Tomo II. ſcriptorum Rerum Auſtriacarum pag. 1005. ex Codice Sanct-Dorotheano Viennenſi publici juris fecit ſub titulo: *Chronicum Oppatovicenſe*, quæ non modo inſulſa illa Joannæ Papiſſæ fabula caret, ſed & complures maximi faciendas Hiſtoriæ patriæ complectitur memorias, quas fruſtra ſeu in prædicta Pezii editione, ſeu in aliis noſtris ſcriptoribus inquiras. Eſt autem procul dubio illa ipſa *Epitome Chronice Neplachonis*, ad quam Procopius Lupacius a Hlaczova in Calendario ſuo hiſtorico ſeu Ephemeryde ad diem XXI. Februarii provocat, ad quam cum Neplachonis natales repoſuiſſet, ſubjungit: *Hic eſt Neplacho, qui deinceps ex multis Boemicorum ſcriptorum annalibus ſuam confecit Chronicorum Epitomen.* Ut igitur me gratiam ab amicis Lectoribus hiſtoriæque patriæ ſtudioſis initurum ſperem, ſi manuſcriptum iſtud perrarum, nuſquamque antehac excuſum in lucem publicam protraxero, ex quo non mediocria ſubſidia illi cumprimis capturi ſunt, qui res eccleſiaſticas monaſticasque pertractandas ſuſceperint; nam præcipuarum eccleſiarum, monaſteriorumque Bohemiæ initia, quæ hucusque latuere, iſthic ordine chronologico exacta, ſuisque annis conſignata reperturi ſunt.

Ne tamen Epitomen iſtam nudam, atque ſine aliqua noſtra in eam collata opera emiſiſſe videamur: præmiſimus pertenuem Diſſertationem de origine, progreſſu, fatis, interitu monaſterii Oppatovicenſis, cui ſeriem Abbatum, qualem qualem concinnare licuit, ſubjecimus, denique clauſimus ſummario vitæ ejusdem Joannis Neplachonis, nobiliſſimi juxta ac nominatiſſimi monaſterii illius Cœnobiarchæ, præſentisque manuſcripti authoris; quæ omnia labore & induſtria noſtra profecta, atque ex legitimis fontibus hauſta, ut Lector benevolus grato animo excipiat, oramus, optamusque. Lhottæ Hlawaczoveæ anno ſalutis humanæ MDCC LXXVIII. XV. Kal. Auguſti.

DIS-

DISSERTATIO
DE MONASTERII OPPATOVICENSIS ORIGINE, PROGRESSU, FATIS ET INTERITU.

I.

Inclytus atque de patria noſtra ſumme meritus S. Benedicti ordo inter complura ſua Deo ſacrata cœnobia numeravit etiam Oppatovicenſe tam Pontificum, quam Regum immunitatibus beneficiisque pene Brzevnovienſi, omnium in Bohemia primo, antiquiſſimoque, æmulum; ſitum id erat ad Albim fluvium ſub monte Kuneticzenſi (Kunetická Hora) inter regias civitates *Hradecium Reginæ* ita dictum, & *Chrudimium.* (1) Primum hic loci nonniſi cellam fuiſſe *Nicolai* cujusdam *Primatis* (2) demum anno MLXXXV. jurisdictione Abbatis Brzevnovienſis exemptam, inque juſtum monaſterium cum Abbatis præeminentia a Wratislao omnium primo Bohemorum Rege converſam ex fundationis litteris, quas non ita pridem Reverendiſſimus Bonaventura Pitter Prælatus Rayhradenſis protulit, legimus, (3) e quibus ſimul edocemur monaſterium iſtud regia prorſus munificentia dotatum, ſubque titulo S. Laurentii erectum fuiſſe. Recentiores noſtri Hiſtorici Hagecius, Pontanus, Crugerius, Beczkovskius & mox laudatus Pitterus (4) ſententiis inter ſe diſcrepant de origine & cauſis excitati hujus cœnobii, aliique mortuo, alii vivente adhuc Gebhardo Epiſcopo Pragenſi Wratislai Regis fratre conditum volunt: quorum illi ajunt Wratislaum pœnitentia ob plures fratri Gebhardo intentatas injurias ductum cœnobium iſtud in ſatisfactionem reatus conſtruxiſſe. Iſti aſſerunt in teſtimonium ſopitæ fraternæ diſcordiæ, atque in vicem ſubtractæ a Pragenſis epiſcopi jurisdictione collegiatæ Eccleſiæ Wiſſehradenſis Romanæque Sedi ſubjectæ a Wratislao fundatum, ob eandemque cauſam Gebhardo Epiſcopo Pragenſi, atque illius ſucceſſoribus ſubjectum fuiſſe. Sed neutra harum ſententiarum ſuſtineri poteſt, evertiturque ex inſtrumentis fundationum hodie ſuperſtitibus tam Abbatiæ Oppatovicenſis, quam Eccleſiæ Wiſſehradenſis: In pri-

(1) Minus recte Cl. Vir Hieronymus Pezius in præviis ſuis obſervationibus c. I. Oppatovicium pro monaſterio *Portæ Apoſtolorum ad Launam* habuit, quod loco origine & nomine diverſiſſimum fuiſſe nemini rerum patriarum gnaro incognitum. (2) Wratislaus in diplomate ſuo ait: *Mei Primatis Mikulecz cellam*; quem Nicolaum Pitterus ait unum *ex Primatibus Regni fuiſſe, qui aſſumto cucullo Benedictino numerum auxit Brzevnovienſium.* An vero hic Nicolaus fuerit Primas *regionis*, an *caſtri*, an *urbis*, uti tum appellari & diſpeſci ſolebant, nihil proditum. (3) In Theſauro abſcondito, ſeu vita S. Guntheri p. 193. (4) Hagecius in Chron. Boh. ad an. 1089. Pontanus in Bohemia Pia L. 2. p. 21. Crugerius ad 3 Januarii. Beczkovskius Poſelkinie c. 29. Pitter c. I.

ore enim verbis expressis dicitur fundationem hanc a Gebhardo laudatam, confirmatamque, cui ille sub finem acerbissimum sæculo illo consuetum anathema in violatores ejusdem cœnobii pugno suo subjunxit. (1) In posteriore plane asseveratur eundem Gebhardum seu Jaromirum ad fundationem Ecclesiæ Wissehradensis *ducentos homines* vectigales seu tributarios contulisse. (2) Ut taceam Wratislaum in hoc ipso suo diplomate asserere: *sese per revelationem quandam a S. Laurentio ammonitum* ad cœnobium istud condendum, in cujus etiam honorem illud construxit. Quod ad nomen loci Oppatowicz attinet, existimat Crugerius, ceteroquin haud indiligens scriptor, id inde profluxisse, quod, ut ille ait: *Wratislaus fundator uti Wissehradensem Præpositum totumque ejusdem Capitulum a jurisdictione Pragensis Episcopi per Romanum Pontificem eximi procuraverat, ita in hoc a se fundato cœnobio Abbatem totumque Conventum eliberavit a Brzevnoviensi.* (3) Quæ quidem Crugerii assertio verisimilitudinis alicujus speciem indipisceretur, si locus, monasteriumque *Oppatuniz* (quasi diceres: *nihil amplius Abbatibus supremi juris in hoc monasterium*) appellatum uspiam legeretur, sed certum est locum in omnibus vetustissimis diplomatibus non aliter scribi, legique quam *Oppatovicz*, imo ex memorato fundationis instrumento Wratislai Regis luculenter erui hoc monasterium non aliunde nomen suum consecutum, quam ex villa *Opatovicz*, in cujus ambitu hoc monasterium fundatum, exstructumque fuit.

II. Multis immunitatibus, bullis, inquam Pontificum, Ducum, Regumque nostrorum privilegiis Oppatovicense monasterium nobilitatum fuisse e pluribus hodie superstitibus documentis, patriorumque scriptorum memoriis edocemur. Doct. Vir Gelasius Dobner Caroli IV. diploma in lucem protulit, quo ejusdem monasterii subditis immunitas & exemptio a foro Laicali concessa. (4) Balbinus & Beczkovskius volunt: nemini in id accessum patuisse, quam qui majores suos equestri, Baronumve ordine claros probavisset. (5) Hammerschmidius Abbatem Oppatovicensem ob eminentiam Monasterii Archiabbatem, cœnobiumque Archiabbatiam appellat. (6) Incredibilem quandam divitiarum vim, thesaurumque subterraneum immensi pretii a Carolo IV. Romanorum Imperatore, Bohemorumque Rege anno 1359 visum, exploratumque fuisse pluribus narrant Hagecius, Theobaldus, Crugerius & Balbinus. (7) Has porro cuniculis defossas, summoque secreto

(1) Ibidem. (2) Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. p. 213. (3) Crugerius in sacris Pulv. ad 3 Jan. (4) Dobner Monum. hist. Tom. I. pag. 261. (5) Balbinus Miscell. Dec. 1 lib. 3. p. 170. Beczkovskius Poselkynie c. 36 p. 306. (6) In gloria Wissehrad p. 102. (7) Hagec. ad h. an. Theobaldus de bello Hussit. c. 22. Crugerius ad 2 Novemb. Balbinus Misc. Dec. 1. lib. 3. §. 1.

to custoditas opes (quæ ipsiusmet Caroli IV. æstimatione quadragies centena millia sexagenarum Pragensium æquaverint) irritamento fuisse Joanni Miesteczkio ad expilandum monasterium, torquendumque Abbatem *Petrum Lazur*. (1) Si quæras, qua ratione, quibusve viis monachi isthic tantam vim auri, argenti, unionumque acervaverint? Balbinus se rem acu tetigisse autumat, cum ait: morem illorum sæculorum ditasse monasteria, cum cucullum suscepturi ampla sua patrimonia Deo, monachorumque ecclesiis consecrarunt, hacque sola ratione cœnobium Oppatovicense, quod ex prima sua institutione plurima prædia, reditusque annuos acceperat, professione potentissimæ, ditissimæque Nobilitatis Bohemæ cursu temporum ad immensas has opes pertigisse. (2) In medio vero relinquimus, num authorum istorum narratio sat firmis historiæ fulcris nitatur, cum neminem hactenus Hagecio anteriorem (e quo ceteri exscripsere omnes) repererimus, qui vel divitiarum istiusmodi mentionem ingessisset. Huc accedit, quod neque Carolus IV. in vita sua, quam ipse copiose satis descripsit, neque Neplacho in præsente Epitome) cum tamen rem hanc se Abbate gestam fuisse oportuisset) neque alterum Pezii Chronicon Oppatovicense tam rari mirique gesti casusve meminerit. Sed hæc procul dubio nonnemo Criticorum nostrorum valentioribus arietibus aliquando expugnabit. Negari tamen haud potest monasterium istud multis terrarum, prædiorumque accessionibus crevisse, ut opibus locupletius visum fuisse Brzevnoviensi ex Decimis ecclesiasticis anni 1384 conjici possit. (3) Nam cum hoc anno Brzevnovium nonnisi pretio & pensione 12 sexagenarum grossorum Pragensium taxatum est, monasterium Oppatovicense 15 sexagenas pependit. Super memoratus doct. Vir Gelasius Dobner perantiquam traditionem, donationemve *villæ Cernocizib* ex testamento cujusdam *Coban* in manuscripto Codice ejusdem cœnobii repertam detexit. (4) Item hoc T. IV. Monumentorum suorum ex testamento Cojatæ *villam Matarow ad Gnewinmost cum toto jure fori necnon tabernarum* eidem monasterio donatam anno 1227. Reverendissimus Pitter excusum dedit diploma Ottocari I. Regis Bohemiæ, datum anno MCCXXIX., quo omnes terræ eidem cœnobio datæ cum suis prærogativis, immunitatibusque enumerantur, atque confirmantur, e quo quidem uno soloque diplomate cognosci potest, quantis prædiis monasterium hoc jam sub Ottocari I. imperio auctum fuerit. (5) Ottocarus II. anno MCCLXI. sexto Idus Septembris (6) ad instan-

(1) Hagecius ad an. 1415. Crugerius ad 2 Jan. Balbinus Misc Dec. 1 lib. 3 §. 2 (2) Idem eodem libro p. 176. (3) Balbinus Misc. Dec. 1 lib. 5 p. 7 & 8. (4) Dobner Monum. hist. Tom. 3. p. 2. (5) Pitter in Thes. abscond. p. 195. (6) Autographum hujus diplomatis sigillo Regio pendente munitum servatur in Archivo Monasterii Brzevnovi-

tiam Abbatis & Conventus Oppatovicensis civitatem *Bredlucz*, hodie *Prze-laucz* ad ditiones monasterii spectantem omnibus juribus & libertatibus civitatum, ad instar Regiarum urbium Colinii atque Kurimii, impertivit, ejusmodi, inquam, jura concessit, qualia quantaque habet *Magdeburgensis civitas id est* (verba sunt diplomatis) *auctoritatem puniendi tam in personis quam rebus secundum merita reorum & excessuum qualitatem, quos ibidem contigerit perpetrari, scilicet sententiam suspensionis, decapitationis, rotationis, duelli, nec non omnium eorum, que ad judicium supradictarum civitatum pertinere noscuntur.* Similes, ut ne longior sim, memoriæ complures reperiuntur in libris Erectionum, quarum aliquas hic exscribere juvat: *Neplach* (is ipsus noster est, de quo agimus) *Abbas Oppatovicensis Ord. S. Benedicti redimit decimas ecclesiæ in Zivanicz anno* 1361 *in vigilia S. Viti.* (1) *Literæ Caroli IV. Imp. & Boh. Regis, quibus concedit, ut Oppatovicense monasterium quasdam villas emere possit. Anno* 1372. (2) *Carolus Imper. approbat & confirmat emptionem castri Blatnik cum oppido Bohdanecz & ceteris villis, quæ omnia emit Dominus Joannes Abbas de Orle & Conventus monasterii Oppatovicensis Ord. S. Bened. a nobili Viro D. Alberto de Cunneburg datum Angermundæ anno* 1377. *X. Kal. Junii.* (3)

III. A primis pene Ordinis Divi Benedicti sæculis morem inolevisse, ut præter monastica studia in affluentioribus cœnobiis gymnasia excitarentur ad juventutem in literis & virtutibus perpoliendam innumeris vetustis documentis proditum habemus. Transiit hic mos cum inducto hoc inclyto Ordine quoque in Bohemiam, nam ejusmodi scholas tam Brzewnovii, quam Chladrubii, quam Braunæ institutas fuisse pluribus exemplis probari potest. Et sane non inter postremam gloriam scholæ Braunensis referendum est, quod ex ea (ut vel unum alterumve discipulum commemorem) non modo Venerabilis Arnestus de Pardubitz primus Archiepiscopus Pragensis, Vir uti vitæ sanctimonia, ita doctrinæ laude summus, sed etiam Celsissimus Princeps Matthæus Ferdinandus de Bilenberg itidem Archi-Præsul Pragensis prodierit. Ejusmodi gymnasium quoque Oppatovicii sæculo XIV. floruisse ex ipsa hac Neplachonis Epitome convincitur, qui sese isthic anno MCCCXXII. scholis appositum scribit. Inter alias laudabiles disciplinas etiam historiæ studium monachis istius asceterii magno in pretio fuisse innuere videtur triplex Chronicon, cujus certam cognitionem hodie tenemus. Nam præter præsentem Epitomen, & Chronicon Oppatovicense

a

novienſis, cujus copiam humanitati A. R. ac Exim. P. Adalberti Reiman quondam Brzevnovienſium Prioris debeo. (1) Balbin. Dec. 1 lib. 5 pag. 48. (2) Idem ibid. p. 59. (3) Idem ibid. p. 65.

a Pezio vulgatum ad vetustius jam provocat Dalemilus in Præfatione sua historiæ Boleslaviensis, quam 1314, ac proinde altero post Neplachonis nativitatem anno, scripserat, ut proinde recte sentiat doct. Vogtius (hodie in Universitate Viennensi Historiæ universalis Professor) illud quale quale, hodieque incognitum, diversum fuisse a Neplachonis Chronico. (1) Chronicon tamen istud vetus alicubi adhuc delitescere, non vana conjectura inducti credidissemus (cum Hagecius plura adferat ad annum 990 de itinere & miraculis S. Adalberti Anconæ, Scardoniæ, Modrussiæque patratis ex quodam Chronico Oppatovicensi, quæ omnia a supra laudato duplici Chronico Oppatovicensi absunt) nisi doct. Dobnerus liquido ostendisset: (2) Chronicon istud, quod tum in manibus fuit Hagecii, ob tot tantosque errores historicos, chronologicosque haud synchronum, vetustumque fuisse. Edocemur nihilominus ex hoc Hagecii testimonio, etiam quartum aliquod Oppatovicense Chronicon adhuc sæculo abhinc altero exstitisse. Ceterum inter Abbates Oppatovicenses præcipuum nomen meruisse Zdislaum, gentilitio Baronum de Swireticz sanguine prognatum, qui comparata ingenti libraria supellectili literarum studia Oppatovicii in altum evexit, memorat supra laudatus Crugerius. (3) Idipsum confirmare videtur præsens Epitome ad annum MCCLXXVII. his verbis: *Zdislaw Abbas regalis monasterii in Oppatovicz, qui magna illud opulentia auxit, multumque de codicibus pro religiosis emit, & a patre suo Bohemiæ Regulo accepit. Est ejus memoria apud nos in benedictione.*

IV. Si amplitudinem monasterii, numerumque monachorum, qui monasterium istud incoluere, requiras, maximis spatiis id dimensum fuisse adhuc ante sesqui-sæculum testabantur rudera, antequam Albis alveum inflexisset, ipsumque potissimum in ipsa monasterii loca invexisset; alumnos vero isthic non pauciores trecentis eodemque atque Brzevnovii numero laudes Deo decantasse perhibet Pitterus ex archivi Brzevnoviensis documentis. (4) Cellas, Præposituras ve quatuor Abbatem Oppatovicensem monasterio suo subjectas numerasse instrumentis, quibusve emptionum, venditionum, traditionum, transactionum, legitimisque historiarum memoriis edocemur. *Prima* erat *Griffoviensis* in Ducatu Swidnicensi Silesiorum sita, ab Henrico Pio Silesiæ & Poloniæ Duce anno MCCXL. fundata, de qua præsens Epitome ad dictum annum: *Heremus in Griffobor fundatur, & monast. Regali in Oppatowicz emitur.* Elapsis autem annis quadraginta amplius, anno nempe MCCLXXXIX. Tschaska, seu Felice Abbate totoque Oppatovicen-

(1) Vogtius in Actis literariis Boem. & Morav. Volum. 1 P. 1 p. 22. (2) Dobner in Annalibus Hagecii P. IV. p. 343. (3) Crugerius ad 2 Maji. (4) Pitter: Pietas Benedictina in Præfat.

censi Conventu consentiente, & approbante Episcopo Wratislaviensi vendita est Boleslao Duci Silesiæ pretio *ducent. quadraginta marcarum puri argenti ponderis Polonicalis,* (1) qui locum *cum omnibus redditibus, villis, cultis & incultis, silvis, nec non aliis omnibus pertinenciis Ordini Cisterciensi tradidit,* in quo hodieusque Ordinis ejusdem celebre cœnobium, Abbatialique eminentia inclytum spectare est. Cujus quidem cœnobii locuples Diplomatarium Ludevigius Tomo VI. Reliquiarum ad posteritatem transmisit. *Altera* Præpositura erat in oppido *Neo-Forum* vulgo *Neumark* dicto, quam a S. Hedvige Silesiæ Duce pone hospitale leprosarum, exstructam, dotatumque, erectam fuisse non modo ex ejus vitæ assertis, (2) sed & ex Bulla Innocentii P. M. anno 1244 data, imo & ex literis Boleslai atque Wenceslai Poloniæ Ducum annis 1260 & 1266 emanatis manifesto eruitur, in quibus mentio fit *Præpositi Ord. S. Benedicti ante Neoforum,* uti anonymus Author Benedictinus in Manuscripto suo *de Præpositura Neoforensi testatur.* (3) Præpositura ista, uti mox laudatus anonymus memorat, penes Ordinem S. Benedicti usque ad annum 1537 perstitit, quo Friderico Duce Lignicensi a fide Romano-Catholica desciscente Georgius ultimus Abbas Oppatovicensis, simulque Præpositus Neoforensis extremis vitæ suæ diebus Præposituram hanc cum omnibus ditionibus, reditibusque ad eam spectantibus (ne in Heterodoxorum manus devolveretur) cessit Episcopo Wratislaviensi. *Tertiæ* Præpositurae locum obtinuit Wahlstadium in eadem Silesiæ regione positum, quæque ipsam supra memoratam S. Hedvigem Fundatricem venerabatur, de qua Ziegelbauerus hæc scribit: *Extra controversiam positum est, quod Wahlstadiensis Præpositura in Silesia . . . . ab anno* 1241 *usque ad annum* 1535 *Monachos non alios habuerit, quam Oppatovicenses.* (4) Hæresi vero Silesiam magis magisque inundante, & Oppatovicensi monasterio penitus in Bohemia pessumdato Præpositura hæc in potestatem dominationis Laicalis incidit, in qua usque ad annum 1703tium perstitit, quo anno Othmarus Zink gestorum gloria facile Princeps inter Abbates Brzevnovienses annuente Augustissimo Romanorum Imperatore Leopoldo I. grandi ære Præpositurae hujus locum ditionesque vindicavit, Abbatiæ suæ univit, ecclesiam, monasteriumque sumptuoso juxta ac magnifico opere restauravit. (5) *Quartæ* Præpositurae memoriæ non penitus quoque intercidere: *Martini* enim *Præpositi Wrcblabiensis* inter ceteros monasterii

(1) Ludevigius Reliquiarum Tom. VI. p. 489. (2) Vita S. Hedvigis anno 1504 Wratislaviæ impressa. (3) Manuscriptum hoc servatur in Archivo Brzevnoviensi, mihi ab eodem A. R. P. Adalberto Reiman communicatum. (4) Ziegelbauer in Epitome historica monast. Brzevnov. p. 210. (5) Idem ibidem p. 191.

sterii sui Præpositos mentionem facit Neplacho author Chronici nostri in quodam suo instrumento, quod ex Litomissliensi episcopali Archivo protulit Berghauerus. (1) Sita illa fuit inter oppida Albipolim (bohemice Wrchlabi, germanice Hohenelbe) & Arnaviam (Arnau) atque a priore oppido nomen suum invenit. Superest hodie pagus Münchsdörfel propior Arnaviæ quam Albipoli, in quo Præposituram istam stetisse traditio est. Balbinus præter quatuor relatas quintam in *Baschin* nominat. (2) At Ziegelbauero videtur esse opinio, *quæ non satis liqueat*. (3) Et sane ex supra laudato Neplachonis instrumento sat manifestum redditur anno adhuc 1366 nullum Præpositum in Baschin fuisse. Nam cum ibidem monasterii Oppatovicensis monachi fraternitatem suffragiorum spiritualium cum Alberto de Sternberg Episcopo Litomisslieusi ineunt, memorantur tantum: *Martinus Præpositus Wrchlabensis*, *Hrziczko Præpositus Noviforensis*, *Joannes Præpositus Waldstatensis*. Nisi dicamus posterius hanc Præposituram erectam fuisse, quod vix credibile, cum paulo postea Hussitica tempestas ingruerit.

Perstitit vero hoc nobilissimum Ordinis Divi Benedicti asceterium usque ad sextum, videlicet vigesimum quintum supra millesimum quadringentesimum annum, a quo rabies Hussitica monasteria, ecclesiasque Regni Bohemiæ depascere cœpit, quo anno Regino-Hradecensis urbis fæx permixta nonnullis civibus monasterium interea egregie munitum bis irrito conatu oppugnare molita est, donec injecto igne flammam cœpit, quæ omnia depasta est, atque in cineres convertit, Monachi exquisitissimis tormentis cruciati inter ignes, lanceas, tribulasque uncinatas animam exhalavere. (4) Soli Abbati Jacobo cum pauculis sociis fortuna favit, ut e manibus hostium elaberetur, qui Neoforum in Silesiæ Præposituram suam feliciter eluctatus monasterii in rudera conversi memoriam aliquam conservavit titulo Archi-Abbatis Oppatovicensis, quem successores sui Præpositi Neoforenses usque ad annum 1537 gessere, donec & ipsis Neoforensibus monachis variis calamitatibus attritis, Georgius Abbas, uti supra §. IV. memoravimus, ditiones hujus Præposituræ in manus Episcopi Wratislaviensis moriturus resignavit. Ceterum præter nomen pagi Oppatovicz in regione Chrudimensi siti hodie vix quidem aliquid ex ipsis ruderibus monasterii superest, pleraque alveo fluminis Albis consepulta, qui huc novum cursum deflexit. In loco tamen, quo Balbini ætate grandis tilia visa est, summam aliquando ecceslsiæ aram stetisse is ex narratiunculis incolarum, inter plures istiusmodi

(1) Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. p. 269. (2) Balbinus c. l. p. 443. (3) Ziegelbauer c. l. p. 210. (4) Balbinus Dec. 1 lib. 3 §. 2.

usmodi traditiunculas libro suo tertio refert. (1) Jam cum monasterium ipsum penitus intercidit, seriem Abbatum, qualem invenimus, subnectere juvat. Eam minime tanquam absolutam, integramque Lectori propinamus, minime dubitantes plures ex diplomatibus nostris, quæ nunc successive Dobneri aliorumque industria eduntur, cursu temporum in lucem proferendos. Et quidem Crugerio diligentissimo rerum istiusmodi compilatori visum seriem Abbatum Oppatovicensium numerum sextum supra trigesimum æqualsse, non tamen, ait, plures a se hucusque detectos atque quatuor, *Andream II.* videlicet *Tschaska seu Felicem, Joannem Neplachonem, & Petrum Lazur*, reliquorum memorias ipsis ruinis monasterii consepultas. (2) At vero mihi feliciori esse licuit, qui omnino octodecim numero e variis documentis erui, quorum ordinem chronologicum jam hic subjicio.

Series Abbatum Oppatovicensium.

I. Andreas, qui ab ipso Fundatore Wratislao in diplomate fundationis Vir literali sciencia, & præclaris moribus insignitus appellatur. (3)
II. Mislicho. Ejus mentio fit in hac Neplachonis Epitome ad annum 1160.
III. Conradus. Ejus meminit laudata Epitome ad annum 1229.
IV. Andreas II. præfuit monasterio anno 1242. (4)
V. Zdislaus de Zwireticz anno 1277. (5)
VI. Joachimus Zdislao ipso anno 1277 demortuo successisse videtur. (6)
VII. Tschaska seu Felix, cujus memoria occurrit ad annum 1289. (7)
VIII. Hinco seu Ignatius supremum diem obiit anno 1319. (8)
IX. Hroznata præfuit ab anno 1332 usque ad annum 1350. (9)
X. Neplacho. De quo ampliorem cognitionem præbebit vitæ summarium.
XI. Joannes de Orle præfuit usque ad annum 1389. (10)

XII.

(1) Crugerius ad 2 Novemb. Balbinus Dec. 1 lib. 3. p. 173. (2) Crugerius ad 3 Jan. (3) Pitter in vita S. Guntheri p. 193. (4) Ludevigius Tom. VI. Reliquiarum p. 488 & Pitter c. l. p. 197. (5) Præsens Neplachonis Epitome ad h. a. (6) Chronicon Oppatovicense apud Hier. Pezium p. 1035. *Imo bona Perillustris D. Equitis Commentatoris in hunc locum venia dicere mihi fas esto: Joachimum hunc verosimilius numero III. ante Conradum ponendum fuisse. Citatum enim Chronicon Oppatovicense narrans casum Ottocari II. belli cæsi ait: " quem casum & mortem & exaltationem in tanto Principe Joachim Abbas legitur ante nativitatem (videlicet Ottocari II.) prædixisse. " Ut igitur Joachimus Cunegunde matre Ottocari II. uterum ferente hoc vaticinium prædixisse videatur, eruaturque verosimilius Joachimum præfuisse monasterio Oppatovicensi ante annum 1220., circa quam annorum periodum natus Ottocarus II.* (7) Ludevigius cit. l. p. 489 (8) Crugerius ad 29 Aprilis. (9) De hoc Abbate præsens Epitome ad ann. 1332. 34. & 40. (10) Anonymus continuator Calendarii Lupacii MS.

XII. Petrus Lazur anno 1389. ſucceſſit Joanni, & a Mieſteczkio prodendi ſubterranei theſauri cauſa in equuleum actus anno 1414. (1)
XIII. Joannes II. electus anno 1416. (2)
XIV. Jacobus Vatterle anno 1430. obiit. (3)
XV. Joannes III. præfuit anno 1431. (4)
XVI. Georgius I. Abbatialem ferulam geſſit anno 1480. (5)
XVII. Jacobus II. Rathman Neoforenſis Abbatis Oppatovicenſis titulum geſſit ab anno 1482. usque ad annum 1498. (6)
XVIII. Georgius II., ultimusque hujus tituli Abbas Oppatovicenſis, reipſa Præpoſitus Neoforenſis usque ad annum 1537 legitur (7) cum quo, ut §. præcedente dictum, omnis memoria, titulusque Abbatis Oppatovicenſis interiit.

Atque hæc ſunt, quæ ex legitimis fontibus de nobiliſſimo hoc monaſterio, ejusque Abbatibus diſſeruimus. Jam poſtremo quoque excerpta quædam, quæ ad vitam, resque geſtas Neplachonis ſpectant, ſubjuncturi.

Neplachonis vitæ ſummarium.

Prognatus fuit Joannes Neplacho vetuſtiſſima Bohemiæ equeſtri familia *de Oſtrow* civilis, militarisque gloriæ laude conſpicua, ac cumprimis augendi cultus divini perſtudioſa, uti illorum beneficum in eccleſias animum Libri Erectionum exhibent. (8) Num *Marſſo, Hadko*, atque *Hinczo, Neplach de Oſtrow*, qui iſthic ad annos 1381. & 1391. leguntur fratres, an nepotes cognative fuerint noſtri Neplachonis nihil compertum. (9) Minus recte Lupacius, Weleslavina, Crugerius, Balbinus, atque Berghauerus nativitatem illius in annum 1322 conjecerunt. (10) Decem annis enim prius editum fuiſſe ipſe de ſe his verbis teſtatur ad annum MCCCXII. *Ego D. M. Abbas Regalis Monaſterii in Oppatovicz, qui hæc pueriliter ſcribo, in Carnis privio in Horzinoves, in antiqua Curia, in domo valde ſimplici natus fui.* Eodem vero anno, quem mox laudati authores annum nativitatis ſtatuunt, jam ille ſcholis admotus eſt: ita enim rurſum ille de ſe ad annum MCCCXXII. *Eodem anno, qui hæc pueriliter tracto, in feſto S. Georgii in*

(1) Hageccius ad h. a. Auctarium documentorum in cauſa Brzevnovienſi p. m. 19. memorat hunc Petrum Lazur anno 1389. per Archiepiſcop. Prag. confirmatum. (2) Anonymus Continuator Calend. Lupacii MS. (3) Anonymus Bened. de Præpoſitura Neoforenſi MS. (4) Pitter in vita S. Guntheri p. 199. & Anonymus de Præpoſitura Neoforenſi MS. (5) Idem Anonymus Num. 13. 16. 18. 26. (6) Idem ibid. Num. 19. & 20. (7) Idem ibid. (8) Balbinus Dec. 1. lib. 5. p. 85. A. 2. (9) Ibidem p. 239. & 246. (10) Lupacius in Ephemeryde, Weleslavina in Calendario, & Crugerius in ſacris Pulver. ad 21. Febr. Balbinus c. l. p. 48. & in Boh. docta P. 2. p. 38.

Monast. Oppatovicensi ad scholas appositus fui. Vacavit isthic annis decem literarum studiis, ut ætatem suam statui monastico, quem amplecti in votis habebat, præpararet, ad annum enim MCCCXXXII. denuo hæc de se memorat: *Die ult. mensis Martii fui susceptus ad Ord. nostrum per V. P. D. Hroznatam Prædecessorem meum in Abbatia Oppatovicensi.* Tyrocinio religioso per duos annos completo ad annum MCCCXXXIV. scribit: *In die Dedicationis eccl. Oppatovic. feci ad manus V. P. Hroznatæ Prædecess. mei Professionem monachalem.* Inter suos postea usque ad annum MCCCXL. conversatus est, ad quem rursum sui memoriam his verbis adjicit: *Ego Joannes Neplach Abbas in Oppatovicz per V. P. & D. Prædecessorem meum missus sum ad studium Bononiense.* In hac Academia ea ætate omnium florentissima sublimioribus disciplinis egregie imbutus eam redux inter fratres suos existimationem sibi peperit, ut anno 1350. Abbate Hroznata æternitatis viam ingresso, communibus fratrum suffragiis in Cœnobiarcham eligi, & a Clemente VI. Pontifice confirmari meritus sit. (1) Statim sub primos annos tantum se in gratiam Caroli IV. Romanorum Regis insinuavit, ut summus ille orbis Moderator Neplachonem anno 1351. (*imo verius anno* 1352.) ad Sedem Romanam Legatum mittere non dubitaverit, de qua legatione ad dictum annum ipse hæc scribit: *Ad Innocentium VI. per Imperatorem Dominum Karolum modernum, in principio suæ creationis in Papam, in legatione missus fueram.* (2) In hac legatione se Romæ sepulchra SS. Sixti Papæ, Laurentii, Felicissimi, Agapiti, Tiburtii, Ypoliti, Sociorumque visitasse ad annum CCLVI., quo eorum martyrium retulit, enarrat. Pessina præterea memorat (3) Neplachonem nostrum anno 1354. *primum Commissarium* a Carolo IV. inter eos denominatum fuisse, quos ille deportandis Pragam sacris cymeliis a se magna diligentia per Europam conquisitis præfecerat. Et vero transmissa sunt etiam aliquot instrumenta seu literæ publicæ

(1) Chron. Oppatovicense apud Hier. Pezium c. l. ad an. 1341. p. 1027. *Rursum pace Perillustris D. Commentatoris dicere mihi fas esto: annum istum 1350. minime certo ex adducto Chronici Oppatovicensis loco seu de morte Hroznatæ, seu de electione Neplachonis inferri. Verba Chronici sunt ad dictum annum* 1341. " Clemens VI. (qui mihi de Abbatia providit) sedit annos XI. „ *E quo loco tantum eruitur Neplachonem sub Pontificatu Clementis VI., quem ille ab anno 1342. per undecim annos gessit, confirmatum fuisse, ut ita id intra annum 1342. & 1352. acciderit. Et quamvis non meminerimus nos uspiam seu mortis Hroznatæ seu electionis Neplachonis annum reperisse, Lectoris tamen judicio permittimus: an non verosimilius eruatur: cum jam anno 1347. Abbatem fuisse, nam ad annum istum in præsente Epitome hæc refert:* Illust. Princeps Karolus in Regem Boem. *ab Arnesto Episc. coronatur, cui & nos Abbas præter alios* (utique Abbates, quorum intererat) *interfuimus.* (2) Idem Chronicon c. l. p. 1027. (3) Pessina in Phosphoro sept. Rad. IV.

blicæ ad posteritatem ejusdem Abbatis, quas hic ordine chronologico recensere dignum judicavimus. Et quidem anno 1361. redemit decimas ecclesiæ in Zivanicz cum consensu Plebani, omniumque ceterorum, quorum intererat (1) anno 1365. (posteaquam duobus annis prius Urbanus V. Joannem I. Ocellum seu Oczko dictum Archiepiscopum Pragensem Legatum natum per Diœceses *Misnensem, Ratisbonensem & Bambergensem* renuntiasset, titulum hunc, auctoritatemque illi cumprimis controvertere cœpit Episcopus Ratisbonensis) anno, inquam, 1365. Neplacho noster *cum eodem Domino Johanne Pragensis ecclesiæ Archiepiscopo Sedis Apostolicæ Legato causa sedandarum litium ac officio suæ Legationis* Ratisbonam concessit, ibidemque cum Abbate Altone monasterii Sanct-Emmeramensis, totoque Conventu confraternitatem piorum suffragiorum ipso festo die S. Othmari Abbatis pepigit, quod instrumentum ex MS. Codice Emmeramensi publicavit supra crebro laudatus Clar. Vir Hieronymus Pezius. (2) Anno 1366. similem piam confœderationem iniit cum Alberto Episcopo Litomisslieusi, totoque Capitulo ecclesiæ Litomisslieusis, quod documentum, uti jam ante retulimus, ex Archivo Episcopali Litomisslieusi primus in lucem protraxit Berghauerus. (3) Qua annorum periodo hujus sæculi XIV. Chronicon suum scripserit, sat manifesta duo indicia ipse reliquit: Nam 1*mo* omni loco sese jam *Abbatem* & in Prologo Petrum *Præpositum meum*, Joannem de Biloh *Camerarium meum* appellat, ut clarum sit illum Chronicon hoc non prius auspicatum fuisse, quam Abbatiali dignitate fuisset insignitus. Quod alterum est: apertis verbis declarat sese illud sub Pontificatu Innocentii VI. atque ante illius obitum, qui anno 1362. accidit, scripsisse, ita enim ille ad annum 1351. seriem Pontificum Romanorum persecuturus: *Innocentius VI. . . . quot annis sedebit, nescitur.* (4) Conscripsit autem illud hortante & exstimulante Carolo IV. Imperatore, quod sub finem præsentis Epitome his verbis innuit: *Et hæc breviter & pueriliter ad instantiam Illustrissimi Regis Bohemiæ Karoli scripta sufficiant.* Habemus jam igitur tertium Historicum patrium, qui jubente Carolo IV. Chronicon suum scripsit. Et quidem huic ipsi omnium primo ante Marignolam & Pulkavam provinciam conscribendorum Annalium Bohemiæ ab hoc gloriæ patriæ studiosissimo Imperatore demandatam fuisse merito conjicimus ex iis, quæ doct. Dobnerus in utrumque hunc authorem a se primum publicatum præfatus est. Præ utroque illi etiam debetur hoc meritum, quod utroque longius usque ad annum 1348. historiam suam prætexuerit, nam ex editione a Dobnero præstita

 liquet

(1) Balbinus Dec. I. lib. 5. p. 48. (2) Hier. Pezius c. l. p. 1007. (3) Berghauer in Proto-Mart. Pœnit. p. 269. (4) Hier. Pezius c. l. p. 1027.

liquet Marignolam historiam profanam nonnisi ad sæculum XIII. finiens, Brandeburgensisque Marchionis tutelam, sacram vero ad exitum sæculi XII., denique Pulkávam ad annum usque 1330. perduxisse. Si præterea memorias quasque originum ecclesiarum, monasteriorumque spectes, præ utroque illi palma concedenda, quam partem historiæ a nemine hactenus scriptorum patriorum chronologice exactam reperimus. Jam ut etiam authoris nostri de historia Bohemiæ præcipue meriti annum mortis non prætermittamus: Hucusque is penitus nostros latuit. Scribit quidem jam Clar. Vir Hieronymus Pezius: (1) *Ultra annum* 1370. *non processisse vel inde perspicuum est, quod eodem anno Joannes Oppatovicensis monasterii regimen jam tenuisse legatur, ut ad fratrem* (videlicet Bernardum Pezium) *anno* 1710. *Adm. Reverendus & Cl. D. P. Rupertus Hausdorffius, inclyti monasterii Brzevnoviensis seu Braunensis Senior, ac SS. Theologiæ Professor, Vir rerum Bohemicarum scientissimus perscripsit.* Sed optavimus semper luculentius testimonium, cum Hausdorffius locum non indicaverit, unde hanc cognitionem deprompserit, nobis autem de eodem Joanne successore nonnisi aliquot annis posteriores memoriæ cognitæ sint. Et hem! benevolentia defuncti A. R. ac Doct. Viri Wenceslai Procopii Duchowsky Archiepiscopalis Consistorii Pragensis Archivarii, ex Registris Confirmationum edocti sumus Joannem Orle successorem Neplachonis anno 1371. die secunda Octobris confirmatum, investitumque fuisse. Id ipsum perhibet Auctarium repertorum documentorum in causa Brzevnoviensi p. m. 19. his verbis: *In monasterio Oppatovicensi confirmatus est anno* 1371. 2. *Octobris authoritate ordinaria Joannes de Orle.* Cui documento si jam innitamur Neplacho verosimillime anno eodem 1371. fatis cessit, nisi fortassis quaqua demum ex ratione confirmatio Archiepiscopalis aut serius petita, aut impetrata fuit, suaque Hausdorffio infracta concedenda fides Joannem jam anno 1370. monasterii regimen tenuisse, atque proinde Neplachonem uno anno prius mortuum. In libris nostris Erectionum hujus Joannis de Orle Abbatis Oppatovicensis non inveniuntur priores memoriæ quam ad annum 1375. his verbis: *Litteræ ordinationis super decimis, quæ debentur ecclesiæ in Zdanicz, inter Plebanum illius ecclesiæ, & inter Joannem Abbatem, Wilhelmum Priorem, & totum Conventum monasterii Oppatovicensis,* (2) & rursum ad annum 1377. *Karolus Imperator approbat & confirmat emtionem castri Blatnik cum oppido Bohdanecz & ceteris villis, quæ omnia emit D. Joannes Abbas de Orle & Conventus monasterii Oppatovi-*

(1) Hier. Pezius c. l. p. 1007. (2) Balbin. Dec. 1. lib. 5. p. 60.

tovicensis Ord. S. Benedicti a Nobili Viro D. Alberto de Cunneburg. (1) Si libros Erectionum inspicere, literasque ipsas e Tomo I. integras perlegere fas esset, procul dubio in iis jam ad annum 1372. ejusdem Joannis memoria deprehenderetur, nam eodem anno *Carolus IV. concessit monasterio Oppatovicensi, ut quasdam villas emere possit,* (2) quam facultatem a Joanne petitam, impetratamque fuisse dubitare vix velim, cum ille idem postea Castrum Blatnik, & oppidum Bohdanecz, ut mox vidimus, emerit.

Hactenus Clar. ac Perillustris D. Eques de Wokaunius.

Cui cum de multiplici rerum patriarum cognitione, summaque in iis exquirendis diligentia applaudimus, simul hoc quale quale gratissimi animi nostri publicum testimonium esse volumus ob tam promptam benevolamque voluntatem nobiscum Epitomen istam (cujus desiderio pridem tenebamur) cum suis præviis observationibus communicandi, admittendique, ut præsenti Tomo inseratur. Qua in re cum eum pene omnia exhausisse advertamus, paucula nonnisi de ipsa Epitome, ejusque edendæ ratione adjicienda esse visum. Et quidem ut sententiam nostram libere juxta atque candide expromamus, neque Chronicon Oppatovicense Tomo II. scriptorum rerum Austriacarum ab Hieronymo Pezio excusum, neque Epitomen præsentem verum atque genuinum illum esse Neplachonis partum arbitramur, quem ille sæculo medio XIV. concepit, calamoque suo exaravit. Nam primo Neplacho ipse in Prologo suo apud Pezium p. 1010 partum suum vocat: *SUMMULAM CHRONICÆ TAM ROMANÆ QUAM BOHEMICÆ,* quem titulum, uti palam est, neutrum Chronicon præsefert. Quod alterum est: vix quidem induci possumus, ut credamus Neplachonem duplex Chronicon scripsisse, atque in utrumque diversas, sejunctasque præsertim de se ipso memorias chronologicas inspersisse, aut alias a se dicta repetiisse, quin alicubi mentionem injecisset, hæc a se jam alias tractata dictaque fuisse. Multominus persuaderi nobis patiamur præsentem Epitomen quoddam compendium esse Chronici a Pezio vulgati, cum in ea plurimæ diversæ magnique momenti historicæ occurrant memoriæ, quas frustra in dicto Peziano Chronico inquiras. Memorat Neplacho in Prologo suo editionis Pezianæ, quod hanc *Summulam Chronicæ suæ Martini œconomi Monasterii patrui sui, tum Petri Præpositi sui, denique Joannis de Bilob Camerarii sui correctioni submiserit:* quid si unus alterve istorum (nam Viri *experti*, & *in historiis delectari* ab eodem perhibentur) Summulam istam Chronicæ pro genio suo excerpsit, emendavit, supplevitque, & ea solum, quæ ad propositum suum

(1) Idem ibidem p. 65. (2) Idem ibidem p. 59.

ſuum facere videbantur, exſcripſit, ita ut alter potiſſimum chronologicam ſeriem Romanorum Pontificum & Imperatorum, alter res eccleſiaſticas Bohemiæ ſpectaverit, quo factum ut ex una Chronicæ Summula, duæ pene diverſæ emerſerint, in quas cum uterque memorias Neplachonis Abbatis ſui, uti in Summula ejusdem ſcriptæ erant, inſeruerit, evenit poſtea, ut tam Chronicon a Pezio vulgatum, quam præſens Epitome verus partus Neplachonis crederetur. Neque ſatis aſſequor, qua ratione rem ab eodem authore profectam dicam, ut, cum in Prologo ſuo apud Pezium dicit: quod Summulam hanc, nulla Caroli IV. facta mentione, *ad ſatisfaciendum deſiderio fratris Martini patrui ſui* conſcripſerit, in præſentis Epitome fine dicat: *ſeſe ea ad inſtantiam Illuſtriſſimi Regis Boh. Karoli ſcripſiſſe.* Quæ omnia uti & tot non modo verborum, ſed etiam integrarum orationum, periodorumque mutationes innuere videntur Summulæ Neplachonis duos diverſos excerptores, lucubratoresque accidiſſe, quorum uterque ex hac Summula (quæ veroſimillime adhuc alicubi carceres mordet) ea ſolum excerpſit, quæ ad finem, propoſitumque ſuum facere videbantur, quæ dein ad poſteritatem transmiſſæ duplicis operis Chronicive Neplachonis nomen indeptæ. Hæc cum ita ſe habeant, merito recedendum nobis eſſe judicavimus ab inſtituto & conſilio Perilluſtris D. Equitis de Wokaunius, qui ſimpliciter nudeque, uti manuſcriptam præſentem Epitomen reperit, adornavit, edendamque eſſe cenſuit; collibuit, inquam, nobis potius rationem illam, normamque ſequi, quam in ſuperiore Beneſſii de Weithmühle editione perſecuti ſumus, ſcilicet ut & iſthic primæ illius autographæ *Summulæ* Neplachonis qualis qualis redintegratio inſtitueretur, præſens, inquam, Epitome cum Chronico Neplachonis a Pezio vulgato in unam veluti opellam coiret, conflareturque; ſupplerentur itaque ex editione Pezii illa, quæ huic Epitome deſunt. Hoc tandem conſilio delecto, initoque omnia illa, quæ ex editione Pezii depromſimus, alio charactere & quidem curſivo excuſa dedimus, ut vel ipſo aſpectu ab Epitome verbis & oratione diverſa agnoſcerentur, nuſpiam obliti infra in animadverſionibus noſtris paginas indicare, e quibus excerpta ſunt. Quam quidem edendi rationem majore etiam gratia acceptum iri ab hiſtoriæ patriæ ſtudioſis certo nobis pollicemur, tum quod Scriptores Pezii rerum Auſtriacarum non omnium in manibus ſint, tum ut memoriæ per duo diverſa Chronica diſperſæ uno nexu & ordine chronologico congeſtæ jam comparituræ ſint, tum maxime ut ſpeciem & vices ſuſtineant illius *Summulæ* amiſſæ, aut ubiubi demum adhuc latitantis, quam hiante ore expoſcimus, & oculo vigili, erranteque omni loco exquirimus. Non prætermiſimus præterea variantes lectiones, & quidquid ad illuſtranda

de quædam loca necessarium videbatur, subjicere. Id tamen solum de rebus Bohemiæ universim intellectum esse volumus, nam ea, quæ ad seriem, historiamque tam Pontificum Romanorum, quam Cæsarum spectant, quæ alioquin emendatius, accuratiusque exacta in exteris synchronis Chronicis leguntur, & quæ a studio & proposito nostro aliena sunt, hic penitus ex editione Peziana prætermittenda, rescindendaque duximus.

EPITOME CHRONICE BOEMICE.

PROLOGUS.

a) . . . . *Tu, qui es* A *&* Ω *omnium rerum meam digneris illuminare intellectivam, meam digneris corroborare memorativam, digneris differtivam dare eloquitivam, meam digneris consolidare sustentativam, ut hanc præsentem SUMMULAM CHRONICÆ TAM ROMANÆ QUAM BOHEMICÆ ad satisfaciendum desiderio fratris* Martini *œconomi monasterii & patrui mei per me NEPLACHONEM taliter, id est valde pueriliter, recollectam, ipsius autem* Martini *patrui mei,* Petri *Præpositi mei, &* Joannis de Biloh *Camerarii mei correctioni submissam tanquam expertis illis, qui plus quam ego in historiis & rumoribus delectantur, . . . ut si aliqua sunt minus bene ordinata, imputetur tanquam illi, qui in talibus nunquam delectabatur. Confisus de illius omnipotentia,* qui res penitus desperatas & impossibiles donare potest . . . . (*b*) *hoc opusculum aggressus fui de scientiæ meæ modulo nihil præsumens, sed tantummodo prædicto patruo meo complacere volens, ipsum Salvatorem invocans, nec non Matrem suam gloriosam, & beatum Gregorium Doctorem eximium, ut ipse, qui est* A *&* Ω *unus in essentia & trinus in personis, a quo omnes Legislatores pendere videntur, mihi assit, ut hanc SUMMULAM . . . . in qua hunc ordinem tenere propono: Quia præmisso Dominicæ Incarnationis anno posthæc, si quid de aliquo sancto inveniam, breviter tangam: secundo de Romanis Pontificibus: tertio de Romanis Imperatoribus, signando, quot annis quilibet regnaverit: quarto & ultimo, si quid notabile occurret, superaddam. Ut igitur hoc, quod aggredior decenter principiare, ac etiam mediare, valeamque feliciter consumare,*

(*a*) Prologum istum multa verborum ambage, acervatisque scripturæ sanctorum Patrum, aliorumque testimoniis orditur author ab extenuatione personæ suæ, minus ad scribendam historiam comparatæ, atque ab imploratione divini auxilii, quæ alioquin in Pezio excusa compendii ergo hic minime repetenda esse judicavimus. (*b*) Hieron. Pezius T. 2. Scriptorum rerum Austr. p. 1009.

mare, interventu Reginæ Cælorum, & Sanctorum meorum, quos speciali devotione diligo, ac etiam omnium Sanctorum, & specialiter per benedictiones illius fratris, hoc opus desiderantis, mihi præstare dignetur Trinitas per sæcula benedicta. Amen. EXPLICIT PROLOGUS (*a*)

Incipit brevis compilatio tam Chronicæ Romanæ, quam Boemicæ.

Anno Domini DCCCLXXXVIII. Arnolphus *Gallicus regnavit annos XII., dies IV., cui* Swatopluk *Dux* Moraviæ *sæpissime repugnabat.*

DCCCXC. Formosus *Papa sedit annos V. menses VI. Horum igitur tempore, scilicet* Arnolphi *Imperatoris & Formosi Papæ actus & gesta inceperunt* Bohemorum. (*b*)

Anno Domini DCCCXCIV. incipiunt acta & gesta Ducum & Regum Boemiæ, *quorum quidam pagani fuerunt, & idcirco quo tempore, vel quibus annis regnaverint, non est curandum. Habebant enim quoddam idolum, quod pro Deo ipsorum colebatur, nomen autem idoli vocabatur ZELU* (*c*) *sed obmissis materiis de illis Virginibus,* (*d*) *de quibus fit mentio in principio Cronicæ Boemicæ, de sola* Lybossa *Phythonissa brevissime dicendum est. Ipsa enim* Lybossa *fuit Phytonissa, cujus tempore gens Boemica nullo Rectore regebatur. Considerans hoc ipsa promiserat se maritum ducturam, qui ipsos regeret: & sic spiritu phytonico misit ad quandam villam nomine* Stadyczye *interrogans de quodam, qui vocabatur* Przyemisl. *Et ecce per rusticos villæ demonstratur rusticus cum bobus arando, & aratrum sequendo, cui nuntii* Lybossæ *dicunt: Vir fortunate, Dux nobis designate, solus Dux salve omnium dignissimus laude. Solve boves, muta vestes, ascende gaballum. Te enim Ducem, te Judicem, te Rectorem, te protectorem, te solum nobis in Dominum eligimus. Ad quam vocem* Przyemisl *solvens boves de aratro, stimulum, quem in manu gestabat, in terram fixit, qui tres altas propagines cum foliis & nucibus produxit, ex quibus duæ aruerunt, sed tertia multo altius & latius crescebat. Quod admirantes hospites audierunt a rustico* Przyemisl, *cur hoc fieret: sciatis ex nostra progenie multos Dominos nasci, sed unum semper dominari. Post hoc invitat ad prandium, & de pera rusticali subere contexta exponit panem muscidum & casei partem, ipsamque peram ponit in cespite pro mensa, & aquam de amphora hospitibus propinat, quam peram impositam super vestimenta regalia portat secum, mandans eam servari in castro* Wysegrad *ob memoriam sempiternam. Post hoc venit ad* Ly-

(*a*) Ibidem p. 1010. (*b*) Ibid. (*c*) De hoc idolo copiosius a nobis actum est in Annalibus Hagecianis P. II. p. 203. (*d*) Videlicet Amazonibus Bohemiæ, de quibus Cosmas.

Lybossam, *& honorifice ab ipsa suscipitur. Demum succedente tempore efferam gentem legibus frenavit, & jura omnia, quibus hec terra utitur & regitur, solus cum sola* Lybossa *dictavit. Inter ista autem legum primordia quadam die* Lybossa *phytone concitata, presente viro suo* Przyemisl, *& multis aliis de civitate Pragensi sic est vaticinata:*

Urbem conspicio, fama quæ sidera tanget,
Est locus in silva, villa quæ distat ab ista
Ter denis stadiis, quem Wltava terminat undis.

Dans signum, quod in eadem silva debeat reperiri homo de ligno operans limen, quod vulgariter dicitur prah. *Continuo nuntii vadunt ad silvam; & hominem limen operantem inveniunt, statimque civitatem ædificant, & a limine, id est* prah *PRAHAM appellant, ipsamque dominam totius* Boemie *constituunt & efficiunt. Sed his breviter præmissis & aliis multis superfluis ommissis nomina Ducum paganorum in principio signabimus & ponemus.* (a)

(*b*) Boemia habuit octo Duces paganos, *Primisl*, qui leges omnes hujus terræ condidit, (*c*) *Zezamisl*, (*d*) *Arnata*, (*e*) *Wogyn, Vnyslaw, Kresemysl, Neklan, Hostivit?* (*f*) cum autem nil boni de ipsis in Chronicis scribitur, hinc sufficiat solum, quod nomina eorum sciantur. Nunc ad ea ordine annorum revertamur, quæ babtisato *Primo* Boemiæ duce *Boriwoy* acta fuisse in Cronicis, aliisque Quaternionibus Vetustis legimus.

Anno DCCCXCIV. Boriwoy babtisatus est Primus dux Boemiæ a V. P. Methudio Episcopo Moravie (*g*) is Primam Ecclesiam in *Gradez*, & in *Wissegrad* (*h*) honori S. Clementis exstruxit, in quibus Primum Misse holocaustum imolavit devotus *Paulus* Keych; is dux Borivoy habuit uxorem

(*a*) Horum pleraque Neplacho ex Cosma deprompsit & compendio strinxit, recessit tamen a Cosma, quod *peram*, non ut is meminit *coturnos*, a Przimislao in Wissehrad illatam servari mandaverit *in Camera Ducis in sempiternum*, uti Cosmas loquitur. (*b*) His jam verbis incipit Epitome, quam nusquam antehac editam hic excusam dandi animus est. (*c*) Pezii editio p. 1021. hujus orationis loco habet: *qui per Lybussam Phytonissam in Principem & maritum ejus de aratro fuit vocatus.* (*d*) Rectius Pezii editio c. l. *Nezamisl.* (*e*) Ita in utroque, sed correctius Cosmas, aliique *Mnata.* (*f*) Pezius p. 1002. *Hostiwyk.* (*g*) Baptismi Boriwoy bis meminit Chronicon apud Pezium p. 1022. & 1227. priore loco luculentius circumstantias baptismi his verbis describit: *Hic Dux quodam tempore Ducem vel Regem Moraviæ Swatopluk adiit, a quo benigne susceptus, cum inter convivia more paganorum ante mensam in pavimento resedisset, ei Præsul Metudius consuluit baptizari: cui statim consensit, sicque ipsum cum suis triginta, qui advenerant, baptizavit, ac de fide instruens remuneratum ad propria redire concessit. dans sibi pro instructore quendam sacerdotem nomine Kaych. Suscepto igitur baptismate duxit uxorem filiam Slawiboris nomine Ludmillam de castello Psow, quod modo dicitur Melnyk.* (*h*) Memoria de ecclesia in Gradecz & Wissegrad abest à Chronico Pezii.



Ludomillam, que tandem mandato *Dragomir* ſuffocata eſt, (*a*) & iſta *Ludomilla* Deo devota Matrona procreavit duos filios *Spitignew* & *Wratislaw*: iſte *Spitignew*, qui in urbe Praga S. Dei Genitricis Marie & in Budecz S. Petri Principis Apoſtolorum Eccleſiam condidit, fuit, ut in Legenda habetur, cunctis Virtutibus Bonitatis, famaque ſanctitatis fulgens. Mortuo iſto *Spitignew* ſucceſſit *Wratislaw*, qui habuit uxorem Paganam *Dragomyr* nomine, (*b*) is *Wratislaw* edificavit Eccleſ. S. Georgii Martiris, & in Boleslaw SS. Cirillo & Metudio. Mortuo *Wratislaw* & in Eccl. S. Georgii tumulato, fuit dux *S. Wenceslaus* filius, qui S. Viti Eccl. Primus fundavit, corpus S. Ludmille de Tetyn Pragam transferri fecit; idem S. Wenceslaus omni die Sabato mittebat famulum ſuum fidelem *Podivinum*, qui pro ſolius Dei amore Mancipiorum filios, filiasque a Paganis Nobilibus uti bruta animalia Venales coemeret; Sacerdotibus in fide educandos comitteret, plura de illo videantur in Paſſionali.

Anno DCCCCXXVIII. IV. Kal. Octobris: *Boleslaw* alter Kain interfecit in Boleslavia S. Wenceslaum fratrem ſuum ante fores Ecclesie (*c*), Martyriſato S. Wenceslao ſucceſſit Fratricida *Boleslaw*. (*d*)

Anno DCCCCXXXII. IV. Non. Martii Translatum eſt Corpus S. Wenceslai de *Boleslavia* in Pragam, & ſepultum in Eccleſia S. Viti. (*e*)

Anno DCCCCXL. ſidus ſimile Comete viſum eſt per XIV. noctes, & poſt hoc maxima Mortalitas Pecudum ſecuta eſt.

Anno DCCCCLXVII. Idus Julii Mortuo ſevo *Boleslaw* ſucceſſit Dux Pius *Boleslaw*, qui Epiſcopatum Prahenſem cum ſorore V. Milada, tandem Monaſt. Domicellarum ad S. Georgii Eccleſ. (*f*) & in Villa Brewnow S. Ale-

(*a*) Chronicon apud Pezium p. 1027. addit: *A quibusdam nequiſſimis ſcilicet Tuna & Gomone, & in caſtro Tetyn ſepulta, ſed poſtmodum per Beatum Wenczlaum nepotem ſuum ad monaſterium S. Georgii translata IV. Idus Novembris.* (*b*) *De duriſſima gente Lucenſi: ex qua genuit duos filios, ſcilicet Wenceslaum ſanctum, & Boleslaum peſſimum* p. 1022. (*c*) Iſtud bis repetitur paulo diverſis verbis in editione Pezii p. 1023. & 1027. ſubjungiturque: *Eccleſia in honore S. Viti in Metropoli Pragenſi per S. Wenczlaum conſtructa, ad petitionem pii Boleslai per Michaelem epiſcopum Ratiſponenſem fuit conſecrata.* (*d*) *X. Kal. Octobris* addit Chron. apud Pezium p. 1023. (*e*) Iſtud itidem bis citatis paginis repetitur, variatque annus; nam primo loco annus 923., poſteriore 922. deſignatur. (*f*) Locupletius in his eſt Chronicon Pezii p. 1023. *Dux quintus ſævus Boleslaus fratricida moritur Idus Julii, cui Dux ſextus Pius Boleslaus habens ſororem Mladam in Ducatu ſucceſſit, & iſti creaverunt epiſcopatum Pragenſem. Soror enim ipſius Mlada Romam tranſiens a Johanne Papa impetravit, ut de eccleſia SS. Viti & Wenczlai Martyrum crearetur ſedes Epiſcopalis, de eccleſia vero S. Georgii crearetur Monaſterium Sanctimonialium. Quo facto in eccleſia Cathedrali quidam Dytmarus Saxo, profeſſione Monachus*

S. Alexii, & Joannis Babtiste in Ostrow Virorum ordinis nostri fundavit.

Anno DCCCCLXIX. *Ditmar* Primus Episcopus Prahensis Monach. ord. nostri moritur, qui a fidelibus multis locis exstructas Eccl. consecravit, Populum gentilem Christo fidelem reddidit, successit *Woytech* (a) Monach. ord. nostri, & iste S. Presul multum diligebatur ab Imperatore *Ottone*, qui ei omnia apparamenta donavit; & ista apparamenta dicuntur hodie S. Woytechii.

DCCCCLXXXIV. *Eodem anno obiit Romæ Cæsar Otto II. Iste gloriosus Imperator multum dilexit S. Adalbertum Episcopum Pragensem. Quodam igitur tempore, dum ad Imperatorem Aquisgrani venisset, gloriose ab Imperatore suscipitur, commissaque fuit sibi diadematis, & coronæ Imperialis de capite Imperatoris depositio & impositio, quæ solis Archiepiscopis competebat, et mandatum fuit sibi, ut in Pascha majorem Missam celebraret. Quo facto Imperator sibi confessionem faciens, remisit eum ad propria, dans sibi paramenta omnia, in quibus Missam celebraverat. . . . . Obiit etiam Slawnyk pater, & Strzyeyslawa venerabilis matrona, mater S. Adalberti.* (b)

DCCCCXC. *Sanctus Adalbertus considerans gregem sibi commissum adhuc perseverare in antiquis erroribus, cessit de episcopatu cuidam Monacho nomine Strachquas. Qui renuens respondit: scias frater, scias: quia, quod modo non facis cum bono, facies postea, sed cum tuo maximo malo. Recedente enim beato Adalberto contigit, dum dictus Strachquas a Moguntino Archiepiscopo, & ab aliis Episcopis consecraretur; arreptus a dæmone expiravit, & sic verificata fuit prophetia S. Adalberti. Demum S. Adalbertus Romam rediit, & inscio Abbate, quis esset, factus est Monachus. In absentia autem ipsius adversarii sui quinque fratres cum multis aliis eis adbæ-*

nachus in primum episcopum præficitur. In monasterio vero S. Georgii ipsa Mlada, cui nomen Johannes Papa mutaverat, ipsam appellans Mariam in Abbatissam eligitur. Et sic Episcopus electus ad Ottonem Imperatorem pro approbatione transmittitur. Quo reverso cum gaudio a Clero & populo suscipitur, Clericis cantantibus Te Deum laudamus, *Laicis autem clamantibus* Krless. (a) *Filius Slawiberti, electus autem ad Imperatorem Ottonem Veronam pro approbatione transmittitur. Imperator autem Otto III. Non. Junii dat ei annulum & pastoralem baculum mandans Willigiso Moguntino Archiepiscopo, ut ipsum in Episcopum Pragensem nomine Adalbertum consecraret. Consecratus autem nudis pedibus intrat civitatem Pragensem, & a Clero & a populo gratanter susceptus in Episcopali sede collocatur. Ad cujus consilium & Abbatissa Maria Dux Boleslaus Pius multa bona ecclesiæ Pragensi, & monasterio S. Georgii contulit. Qualiter autem sanctus Præsul Adalbertus in Episcopatu vixit, legatur Legenda ipsius.* Pez. p. 1023. & 1024. Notandum adhuc mortem hanc Ditmari uno anno prius in eodem Pezii Chronico referri.
(b) Pezius p. 1024.

hærentibus interimunt, urbes destruunt, & plateas sanguine perfundunt. Post hoc beatus Adalbertus a grege repetitur, & de mandato Apostolici redire compellitur. Ultimo Panonia simul & Polonia per ipsum ad fidem conversa. (*a*)

Anno DCCCCXCIV. IX. Kal. Maji S. Woytech dum in Prussia verbum Dei seminaret VI. feria Martyrio vitam feliciter terminavit.

DCCCCXCVIII. *Eodem anno Theodatus tertius Episcopus Pragensis successit S. Adalberto.* (*b*)

Anno DCCCCXCIX. Theodatus III. Episcop. Prah. Benedictino succedit Benedictinus. (*c*) *Gaudentius (qui & Radym) frater S. Adalberti præficitur ecclesiæ Gnesnensi.* (*d*)

Anno MII. Jaromyr Dux Boem. facit extrui monasterium in Velize ordinis nostri. (*e*)

Anno MIII. interfecti sunt V. Versovecii fratres. (*f*)

Anno Domini MIV. pridie Idus Novembris martyrizati sunt quinque fratres, Benedictus, Matheus, Johannes, Ysaac, ac Christinus; sed sextus Barnabas recesserat.

Anno MIX. Udalrick dux Boemie in hono. S. Joannis Predicantis in heremo fundat Monast. in Zazaw ordinis nostri. (*g*)

Anno MXX. mortuo Udalrico successit dux *Brecislaus*, qui V. filios habuit, iste dux multa bona fecit, Leges Patrias paganas in multis cum *Severo* Episco. Praheust. ordinis nostri fratre correxit, & auxit.

Anno Domini MXXII. In Polonia facta est magna persecutio Christianorum. (*h*)

Anno MXXIII. *Hetbardus* IV. Episc. Prahensis auxit decimas Plebanis multum resistente populo, & duos modios de aratura, sive LXXI. modio: unum tritici, alterum Avene determinando. (*i*)

Anno

(*a*) Dein sequuntur anni sequentis verba: *Dum in Prussia verbum Dei &c.* annusque 994. subnectitur. Idem ibid. & p. 1025. (*b*) Extra ordinem chronologicum subjungitur p. 1028. *Post hunc Hetbardus IV. Post hunc Yssa V. Post hunc Severus VI. Prædictus Boleslaus* (videlicet Pius) *duos filios habuit, scilicet Wenczslaum, qui cito mortuus fuit, & Boleslaum. Mortuo Pio Boleslao Dux VII. Mitis Boleslaus successit: & mortuo Boleslao Dux VIII. Bladywoy (de quo nil boni legitur) successit. Mortuo Bladiwoy Dux IX. Jaromirus, & Dux X. Odalricus successit, & isti duo fratres fuerunt.* (*c*) Item rursum in successione Theodati diversa Chronologia. (*d*) Pez. p. 1028. (*e*) Monasterium hoc, seu verius Præposituram posterius erectam fuisse copiose disseruimus P. IV. Annal. Hagec. p. 497. & 498. & P. V. p. 18. 61. &c. (*f*) Hic numerus V. fratrum interfectorum singularis est, Cosmas, aliique solum memorant: *Interfecti sunt Wrsowicii.* (*g*) De initiis monasterii hujus locupletissime egimus P. V. Annal. p. 191. 195. 196. &c. (*h*) Pez. p. 1028. (*i*) Nonnihil copiosius hæc verbis Cosmæ recitat Chronicon apud Pez. c. l.

Anno MXXX. III. Kal. Febr. Izo SS. Episco. Prahensis V. moritur & succedit *Severus* Episcop. Eodem anno *Precislaw* inducit fratres ordinis nostri in Heremum B. Ivani. (*a*)

Eodem anno: *Dux Brecislaus multos Ungaros prostravit, & usque ad Strigoniam devastavit.* (*b*)

Anno MXXXIII. factum est initium Zazavensis Eccles. per Primum Patrem Abbatem nunc S. Procopium Chotunensem Dynastam. (*c*)

Anno MXXXIX. IX. Kal. Septemb. Corpus B. Woytechy per ducem *Brecislaum* & *Severum* Episco. translatum fuit in Boemiam cum V. fratribus & B. Gaudentio, sepultum in Eccl. Prahensi. *Quatuor autem fratres scilicet Benedictus, Matheus, Joannes, Isaac sepeliuntur in ecclesia Boleslaviensi, sed quintus, scilicet Christinus in ecclesia Olomucensi.* (*d*)

Anno Domini MXLI. Henricus Imperator pugnans cum Duce Brecislao turpiter fugatus est de Boemia. (*e*)

Anno MXLIII. fames magna in Boemia ita ut tertia pars populi interiret.

Anno MXLIV. ☉ *Gunterus* Monachus in Brevnow ordinis nostri Vir mire sanctitatis, sepultus in Brevnoviensi Eccl. a Severo Episc. Prahensi: comitante *Brecislao* duce, *Clero* & *Nobilibus*

Anno MXLV. *Brecislaus* dux ex Voto ob amorem V. *Gunteri* exstruit monasterium in Reyhrat. (*f*)

Anno MXLI. a *Brecislao* duce inchoatur Monasterium Canonicorum in Boleslau. (*g*)

Anno MLII ☉ (*h*) *Bozena Udalricy* ducis Boemie Conjux *Brecislai* mater.

Anno

a) Hujus nuspiam in aliis Chronicis nostris mentionem invenias, veriusque est illa narratione Crugerii, quam documenti istius adhuc inscii P. V. Annal. p. 116. & seq. confutavimus. Quodsi vero annus hic commemoratus 1030. certus est donati loci a Brzetislao Insulano cœnobio, ac proinde isthic erectæ Præposituræ, donavit eum Brzetislaus adolescentiæ suæ annis, viventeque patre Udalrico, antequam Principatum Bohemiæ consecutus fuisset. Nam ante annum 1037. Brzetislaus Boemiæ non præfuit. (*b*) Pez. p. 1028. (*c*) De anno hoc critice rem exegimus P. V. Annal. p. 246. &c. (*d*) Pez. p. 1025. (*e*) Idem p. 1028. (*f*) Anno hoc cellam *Raybrad* donavit Brzetislaus monasterio Brzevnoviensi, formam vero monasterii annis tribus serius inducere visa, de quo vide P. V. Annalium ad annos 1045 & 1048. (*g*) Is annus fuit dedicatæ ecclesiæ Boleslaviensis, ipsam vero fundationem jam cum anno 1039 cepisse ibidem p. 240. ostendimus. (*h*) ☉ Fatalis est illa græca litera, qua veteres codices nostri mortem seu obitum indicavere, uti jam alias innuimus, hæc itaque hic quoque in obitu Guntheri & Bozenæ occurrit.

Anno MLIII. S. Abbas *Procopius* Vir mire ſanctitatis ex pago *Chotun* Zemani filius ad Superos migravit, jacet in cœnobio in *Zazaw*.

Anno MLV. mortuo duce *Brecislaw* in urbe *Crudim*, *Spitignew* filius dilatator eccleſie Prahenſis ſuccedit.

Anno MLVIII. *Spitignew* fundat monaſt. Canon. in honorem *S. Stephani* Martyris in urbe *Lutomeriz*; *Judita* Conjux Brecislai ductrix Boemorum obiit.

Anno MLXI. mortuo *Spitygnew* dux & I. Rex ſuccedit *Wratislaw*.

Anno Domini MLXXXVI. Jubente Imperatore III. Henrico magna ſynodus in Moguntia fuit celebrata, in qua Imperator conſentientibus omnibus mandat Egilberto Trevirenſi Archiepiſcopo, ut Wratislaum primum Regem Poloniæ & Boemiæ in civitate Pragenſi conſecret & inungat. (*a*) Et rurſum p. 1031. *Wratislaus primus Rex coronatur in Regem, & regnavit annis VI., cujus uxor patria* (forte prima) *Regina Boemiæ vocabatur Swatawa. Iſte Rex fundavit eccleſiam Wyſſegradenſem, & monaſterium Oppatovicenſe.*

Anno MLXX. Judei ſpoliant noctu Eccl. S. Viti, inde etiam de die in Curtem Prahenſem venire eis prohibetur.

Anno MLXXX. *Wratislaw* Rex Eccl. in pagis propriis reditibus fundat, & Plebanis decimas auget.

Anno MLXXXV. (*b*) moritur in adverſis paciens Preſul *Severus*, cui ſucceſſit *Jaromyr* poſt hoc vocatus *Gebehardus*, eodem anno Rex *Wratislaw* in honorem *S. Laurentii* fundat regale Monaſterium in *Oppatowiz*, cui prefecit Capellanum ſuum *Andream* I. Abbatem moribus inſignem, (*c*) & ad Eccl. in *Wiſſegrad* Monaſt. Canonicorum.

Anno MXCI. Epiſcopus *Gebehardus*, cui Coſmas ſucceſſit, moritur, eodem

(*a*) Pez. p. 1029. compendio id quoque refertur ad annum 1085. retro p. 1025. ubi additur: *Iſte Imperator erexit Regnum de Ducatu in Boemia.* (*b*) Chronicon Oppatovic. apud Pezium p. 1029. ponit annum MLXXXVIII., ſed neuter annus ſuſtineri poteſt, veroſimillimeque ſubſtituendus fuit annus MLXVIII., quo omnino Gebhardus ſucceſſit, uti in Annal. P. V. oſtendimus. (*c*) Hæc fundatio Oppatovicenſis monaſterii tandem anno mox indicato MLXXXV. accidiſſe videtur, ut ex quibusdam hiſtoricis indiciis copioſe P. V. Annal. p. 519. & ſeq. argumentati ſumus, uti ita librarii errore annus mortis Severi omiſſus, & cum fundatione monaſterii Oppator. confuſus videatur. Chronicon Oppatov. apud Pezium Andreæ I. Abbatis non meminit, ſed ſubjungit: *hujus monaſterii fundatio miraculoſe contigit, prout in ſequentibus apparebit.* Iſtius igitur miraculi cum neque in Chronico Pezii, neque in præſente Epitome uſpiam ſubſequatur mentio, quis non recte argumentetur aliud integrius extitiſſe Chronicon Neplachonis, aut hodie adhuc exiſtere.

eodem anno moritur *Wratislaw* Rex & ſuccedit Dux non Rex *Cunradus, qui tres fratres habuit : Ottonem, Jaromirum & Brecislaum.* (*a*)

Anno MXCII. *Cunradus*, qui ſolum VII. menſibus XVII. diebus regnavit, habuit ſucceſſorem *Brecislaum* ſecundum. (*b*)

Anno MXCV. aquilonalis Plaga per multas noctes in cœlo apparuit rubicunda.

Anno MXCVIII. moritur *Brecislaus* dux & *Coſmas* Preſul humilis, ſimplex, & multum miſericors. *Brecislao* ſucceſſit *Boriwoy*, (*c*) *Coſmæ Hermannus*.

Anno MCIV. moritur dux *Boriwoy* & *Swatopluk* dux (*d*) ſuccedit.

Anno MCVIII. *Swatopluck* dux fundat ordinem noſtrum in Kladrub, quod *Wladislaw* ditavit. (*e*)

Anno MCIX. moritur *Swatopluck* dux & *Wladislaw* ſuccedit. (*f*)

Anno MCXVIII. in menſe Decembri fuit maxima inundatio aquarum.

Anno MCXX. fundatur Cœnob. in *Wilmbals* ordinis noſtri. (*g*)

Anno MCXXII. moritur *Hermannus* Epiſcop. Prahenſis, ei ſuccedit *Megnardus*, qui creavit V. Prebendas Canonicis in Eccl. Prahenſi. *Kal. Aprilis ecclypſis Lunæ media nocte fuit.* (*h*)

Anno MCXXV. moritur *Wladislaw* dux Boemorum, ei ſuccedit *Sobieslaus* (*i*) eodem tempore migravit ad Superos *P.* (*k*) *Coſmas* Eccl. Prahenſis Decanus, qui ſcripſit Cronicas de Boemia, quas *P.* (*l*) *Lycb* Decanus Prahenſis a tineis & antiquitate putrefactas Illuſtriſſimi Regis Boemorum *Caroli* inſtantia tribus vicibus in membranis deſcripſit (*m*) ſit utriusque memoria in Benedictione.

Anno MCXXVI. tanta magnitudo nivis fuit, qualem nullus hominum ſe

(*a*) Pez. p. 1029. (*b*) Chron. apud Pezium addit *Ducem*, ſcilicet numero *XV*. (*c*) *Dux XVI.* (*d*) XVII. (*e*) Hem! tandem ſatis idoneum documentum non Wladislaum, ſed Swatoplucum primum fundatorem fuiſſe monaſterii Cladrubienſis Ord. S. Benedicti, cujus quidem annum fundationis nuſpiam alibi me inveniſſe memini. (*f*) *Dux XVIII.* (*g*) Iſte annus fundati monaſterii Willemovienſis prorſus quoque ſingularis eſt, nuſpiam alibi, quod ſcio, proditus. (*h*) Pez. p. 1029. (*i*) *Dux XIX.* (*k*) Quid hæc litera P. nomini Coſmæ præjacta notet, an vocem *Presbyter*, an *Pater* cum ignorantiſſimis ſcio. (*l*) MS. codex Thomæus apud Lupacium IX. Cal. Sept. hunc Decanum *Plycb* nominat: Quodſi ita eſt, amanuenſis oſcitantia inter literam P. & *l* interjectum eſt punctum. (*m*) Ex his & ſupra in Obſervationibus præviis dictis conjice ſingulare Caroli IV. hiſtoriæ patriæ excolendæ ſtudium. Veroſimillime igitur codex MS. Metropolitanus Coſmæ hodie ſuperſtes, quem ex Caroli IV. ætate eſſe jam I. Parte Annalium noſtrorum p. 175. innuimus, unus ex iis codicibus eſt, quem Caroli mandato Decanus Plych, ſeu Plichta (ut cum aliis MS. codex anniverſariorum apud Peſſinam in Phoſphoro ſept. p. 609. vocat) exſcribi fecit.

ſe vidiſſe dicebat, in qua multi homines mortui ſunt, in *Curim* XXX., in *Zazaw* XLVII., in *Pſen* XC., in *Boleslaw* XX., in *Przelucz* XXII., in *Colonia* XXIII., in *Broda* X., multo plures in Pagis & Pauperum tuguriis, tandem etiam innumera bruta animalia in ſylvis.

Anno MCXXVIII. mira ſigna in cœlo apparent.

Anno MCXXIX. *Sobieslaw* Monaſterium in Wiſſograd, quod I. Rex Wratislaw fundaverat, renovavit, & in multis aliis privilegiavit, & inter alia privilegia a Papa *Alexandro* obtinuit, ut Presbyter, Diaconus, & Subdiaconus poſſint uti mitris & ſandaliis; ipſamque Eccl. S. R. Eccleſ. immediate ſubjecit.

Anno MCXXX. Dux *Sobieslaw* inſidiatores vitæ ſuæ quosdam decollavit, quosdam pedibus & manibus, viſu & lingua privavit. Eodem tempore fundantur cœnobitæ in *Bomuck* Gryſſei ordinis. (*a*)

Anno MCXXXIV. (*b*) IV. Martii *Brecislaus* Svatopluci filius Canonicis de *Premonſtrato* domum Regalis operis facit extrui in *Leutomysl* montem Oliveti appellatam. (*c*)

Anno MCXXXIII. *Ecclypſis Lunæ fuit, & poſt hæc ſequebatur* (*d*) maxima mortalitas hominum, preſertim circa *Colinam*, *Curim* & Praham.

Anno MCXXXIV. obiit *Menghardus* Epiſc. Prahenſis cui ſucceſ. *Joannes*.

Anno MCXXXV. Metropolis Praga more Latinarum Civitatum cœpit renovari.

Anno MCXXXVI. nova ſtella in cœlo apparuit, quæ majoribus noſtris nunquam viſa.

Anno MCXXXVII. *Joannes* Prahenſis Epiſcopus obiit, cui ſucceſſit *Sylveſter* Abbas in *Zazaw* ordinis noſtri.

Anno MCXXXVIII. IV. Kal. Martii quoddam ſignum admodum ſerpentis poſt occaſum ſolis per totam Boemiam verſus occidentalem plagam volabat.

Anno MCXXXIX. *Sylveſter* Epiſc. cum bona voluntate Epiſcopatum dimiſit & Abbatiam in Zazaw recepit.

Anno MCXL. mortuo duce *Sobieslaw* dux (*e*) & Rex *Wladislaw* ſucceſ-

(*a*) Id eſt: *Ciſtercienſium.* Hunc annum quoque fundati in Nepomuck monaſterii fruſtra apud alios patrios Scriptores inquiras. (*b*) Series annorum ſubſequentium præcedentiumque innuere videtur hic ſubſtituendum eſſe annum MCXXXI. aut II. (*c*) Hæc Chronologia tam de fundato Nepomuceno, quam Litomiſslienſi monaſterio; cum pugnet cum relatis ſynchroni authoris Vincentii a nobis Tomo I. Monumentorum excuſi, ſervamus hanc difficultatem enodandam noſtris Annalibus. (*d*) Pez. p. 1029. (*e*) XX. Pez. ib.

ceſſit, qui eodem anno Premonſt. Canonicis in *Stragow*, quod Sion appellavit, exſtrui fecit. Eodem etiam tempore divina diſponente Providentia fluvius *Zazawa* diſcerptionem patitur, ita ut cœnobii molendinum ſteterit in ſicco, Abbas & fratres magnos piſces & cancros in ſicco fundo collegerint, quod duravit a prima hora usque ad VI. XIII. Kal. Decembris.

Anno MCXLI. multos latrones, qui euntibus Praham ad *Auwal* nocuerunt, & eos depredati ſunt, in *Broda*, *Colina* & *Curim* ſuſpendi facit Rex *Wladislaw*.

Anno MCXLII. fundatur monaſterium in *Doxan* a *Wladislaw* Boemorum Rege, & *Erleboldus* regalis Capellanus fuit primus Prepoſitus, (*a*) qui tandem P. Abbas in *Sion*.

Anno MCXLIII. Domicelle ordinis noſtri faciunt renovari monaſt. S. Georgii, quod ante annum immiſſo igne a Condrado Moravie combuſtum fuit. Solo remanente incombuſto & incorrupto ſarcofago B. Matrone Ludomille.

Anno MCXLV. *Reinerus* Abbas *Kladrub* facit *Heremum* in Preſtitz. (*b*)

Anno MCXLVI. *Ydita* II. uxor Wladislai fundat ad calidas aquas feminas Regulam noſtram profeſſas, (*c*) eodem etiam tempore Rex fecit Cœnobitis *Gryſſei* ordinis extrui Cœnob. in Plaſs. (*d*)

Anno MCXLVIII. VI. Idus Julii moritur (*e*) Epiſc. Prahenſis, cui ſucceſſit *Daniel* Epiſcopus ante Prepoſitus.

Anno MCXLIX. *Daniel* Epiſcopus fundat Cœnobium (*f*) prope Malyn, quod miro omine *Sediec* appellat.

Anno MCL. *Wladislaw* Rex Boemorum terram Hunnorum intravit, Regem Grecorum ex ea exturbavit, & Ungarorum Optimates in ea pacificavit.

Anno MCLI. *Gertrudis* Duciſſa moribus honeſta II. nonas Auguſti moritur, & in monaſterio Syon ſepelitur. (*g*)

(*a*) Cum & iſtud de Erleboldo teſtimonium repugnet Vincentio a nobis T. I. Monumentorum vulgato, narrationem diverſam iſtarum authoritatum conciliare, aut alterutram elevare ſuo loco in Annalibus noſtris conabimur. (*b*) Ea tandem erecta fuit in Præpoſituram, habuitque anno 1359. Theodoricum Præpoſitum, uti libri Erectionum apud Balbinum Dec. 1. lib. 5. p. 46. oſtendunt. Superioribus annis Reverendiſſimus Abbas Amandus Streer Sacerdos Jubilaris iſthic tam magnificam, tamque ſumptuoſam eccleſiæ molem, aris e vivo marmore etiam excitatis, condidit, ut cum primis Bohemiæ Baſilicis merito certet. (*c*) Id eſt Teplicii. Meminit quidem hujus Parthenonis a Juditha fundati Vincentius, ſed nuſpiam annum detexit. (*d*) Et iſte annus a Vincentii Continuatore minime proditus hucusque latuit. (*e*) Subjunge *Otto*. (*f*) Ordinis Ciſtercienſium. (*g*) Cum Gertrudis prima Wladislai uxor hoc anno primum mortua fuerit,

Anno MCLII. Wladislaus Rex cum Cesare Poloniam intrat.

Anno MCLIII. maxima abundantia segerum. *Wenczslaus Dux Pragam coactus obsedit, & spe frustratus recessit.* (*a*)

Anno MCLIV. maxima mortalitas hominum.

Anno MCLVIII. *Daniel* Episcopus Prahensis ex Hungaria a Legatione redit, eodem tempore *Wladislaw* Dux Boemie a Friderico Imp. Rex creatur, *regnavit annis IV. Hic fundavit ecclesiam Strabowyensem, & sepelitur ibidem. Cujus uxor II. Regina Boemiæ vocabatur Ydita, quæ fecit pontem Pragensem, & fundavit monasterium in Teplicz, & ibidem sepelitur.* (*b*) *Leo* Boemis pro clypeo datur, milites creantur nobiles.

Anno MCLIX. consumatur monast. ordinis nostri in *Podelasitbcb.* (*c*)

Anno MCLX. V. P. *Myslico* Abbas regalis monasterii in Oppatovitz laudabiliter exstruit Eccl. S. Laurentii. (*d*)

Anno

fuerit, uti etiam Vincentius perhibet, qui fieri potuit, ut Juditha secunda ejusdem Wladislai uxor jam anno 1146. Teplicensem Parthenonem fundaverit. Videtur Epitomen istam etiam Hagecius ad manus habuisse, qui omnino annum 1146. fundati Teplicensis Parthenonis retinuit, sed cum adverteret tum Juditham seu *Yditam* necdum uxorem fuisse Wladislai, illi primam uxorem *Gertrudem* substituit. At vero indubitatum est Juditham hujus cœnobii fuisse fundatricem, ut proinde præsens Epitome in consignatione anni fundati hujus cœnobii fidem non mereatur. (*a*) Pez. p 1030. (*b*) Pez. pag. 1030. (*c*) Monasterium istud fuit virorum, turbis Hussiticis eversum, vicus cum templo hodie superest in regione Chrudimensi prope Chrast. Anno 1350. in erectione Episcopatus Litomisliensis eidem hoc monasterium adscriptum fuit, ita enim Arnestus Archiep. Prag. in sua epistola ad Clementem Papam: *In Decanatu Chrudimensi Monasterii in Podlazicz Abbatem & Conventum viginti personarum obtinens Ordinis S. Benedicti.* Balbin. Dec. 1. lib. 5. p. 36. (*d*) An non fortassis hic *Myslico* Abbas idem est, qui in codice MS. Bibliothecæ Vindobonensis, & cujus Excerpta Tomo III. Monumentorum nostrorum ded mus p. 23. *Mibloch* vocatur. Chronologia sane congruit. Memoravimus jam ibidem p. 2. & seq. ex Gentiloto, quod codex ille aliquando fuerit monasterii Oppatovicensis, quod Monachi Ordinis S. Benedicti proturbati monasterio Gradicensi Oppatovicium se receperint: quid si igitur quisquam Monachorum Oppatovicensium in cœpto Gradicensi Chronico isthic quæpiam adnotavit, historiæque Gradicensis monasterii, subjunxit seriem Abbatum Oppatovicensium sui temporis cum brevi ejusdem monasterii historia? Quodsi ita est fortassis Abbates *Oner, Blasius*, & *Mibloch*, seu *Mislico* pag. memorata 23. relati Abbates fuere Oppatovicenses; ad quam conjecturam capiendam me cumprimis inducit memoria consecrati monasterii ecclesiæque S. Laurentii anno 1163. pag. 24., quo titulo gavisum monasterium est Oppatovicense, minime autem Gradicense, quod uti ibidem pag. 22. refertur *S. Stephani in honore* conditum fuit. Quæ ut magis elucidentur, firmenturque, juvat locum ipsum exscribere. Et quidem laudata ad annum 1148. Michlochonis istius prudentia, virtuteque subjungit author: *Hic quarto electionis suæ anno monasterii hujus ædificia præ vetustate antiquitatis videns partim*

Anno MCLXI. moritur *Sylvester* Abbas in *Zazaw* ante Episc. Prahensis anno regiminis sui XXVIII. abdicato Episcopatu XXII., erat Vir omnium virtutum disciplina, & morum elegantia decenter ornatus. Plura videantur in Legenda S. Procopii.

Anno MCLXII. in Abbatem Zazavensem mortuo *Sylvestro* electus, a Rege & Episcopo confirmatus *Regnardus*, qui primo *Siloense* Cœnobium admodum honeste rexit, & in multis bonis ditavit (*a*), cujus memoria apud Siloenses in benedictione.

Anno MCLXVIII. moritur *Daniel* Episc. in Italia, cujus carnes ibi recondite, sed ossa sunt Pragam delata, Vir Cesari, Regi, Canonicis, Nobilibus, Monachis & populo acceptus, eloquens & prudens.

Anno MCLXIX. *Botpoldus* Abbas de *Sedlec* Regina instante, cui cognatus erat, vir valde idoneus & religiosus eligitur in Prahensem Episcopum, sed solo vix mense supervixit. (*b*)

Anno MCLXX. electus in Episcopum Fridericus nobilis de Saxonia oriundus.

Anno MCLXXII. Wladislaus Rex cum Cesare Poloniam intrant.

Anno MCLXXIV. moritur Wladislaus Rex Boemorum (*c*), Princeps, qui decorem domus Dei intime dilexit, qui *Premonstratensem* & *Gryseum* ordinem in Bohemiam induxit, (*d*) sepultus apud illos, quos in vivis summe dilexit, in Monte *Syon*, ante *Stragow*, ei succedit *Sobieslaw* filius, Princeps misericors, defensor rusticorum, Pater pauperum.

 Anno

tim corruisse, partim casum minari . . . fundamenta inchoavit, & fidelium administratione circum quaque succurrentium prosperatus feliciter consummavit. Mira dicturi sumus: Quotiescunque de tempore consecrandi monasterii inter fratres eo præsente collocutionis disceptatio agebatur, inter cetera non sine gemitibus hoc a Deo summo opifice obtineri desideranter deprecabatur, ut circiter festum Beati Laurentii ipsi dedicatio templi contingeret, maxime propter apparatum, qui eo tempore magnificentissime fuit, tum propter amicorum ejusdem temporis affluentiam, cujus desiderio & menti Dux haud defuit. Anno MCLXIII. Monasterium S. Laurentii a Daniele episcopo est consecratum . . . præsente Rege Wladislao & compluribus ejusdem Regis Primatibus, & hæc encænia in ipso festo ipsius sanctissimi Patroni sunt celebrata. Hem! posteaquam anno 1160. exstrui cœpit ecclesia, anno demum 1163. verosimillime consecrata. Sed hæc procul dubio elucescent magis ex diplomatibus producendis, in quorum testimoniis nos unius alteriusve Abbatis nomen ex supra memoratis inventuros speramus, ut cui monasterio præfuerit, cognoscatur. (*a*) Sed id postremum Ordini Præmonstratensi extradere compulsus, de quo vide Vincentium a nobis editum p. 103. 104. (*b*) Neplachoni inter alios ad manus fuisse Vincentium ex his aliisque compluribus locis cognoscere licet. (*c*) Chronicon apud Pezium p. 1030. ad annum 1183. mortem Wladislai perperam his verbis notat: *Mortuo Rege Wladislao Dux XXI. successit Fridericus.* (*d*) His verbis sibi contradicere visus Ne-

Anno MCLXXVIII. obiit Fridericus Episc. Prahensis, ei successit Walentinus.

Anno MCLXXX. moritur Sobieslaw Dux Boemorum, & in Wissegrad honorifice sepelitur, plura de eo leguntur in Regestris. (*a*)

Anno MCLXXXII. obiit Valentinus Epis. Prahensis, qui ordinatus duos vix annos supervixit, legitur de eo in Cronicis, quod ab Eliska (*b*) que mortuo Sobieslaw Duce publicam rem Bohemie regebat, intrusus fuerit, qui ignarus linque, nec de Gremio Prahensis Ecclesie, sed degener, obscurus, & tali officio prorsus indignus; isti successit Henricus tandem Dux.

Anno MCLXXXVI. magna mortalitas hominum.

Anno MCLXXXVI. Fridericus Dux Boemorum cum Henrico Episcopo & Nobilibus terre Ratisbone interfuit synodo.

Anno MCLXXXIX. obiit Dux Boemorum Fridericus, qui in S. Viti sepelitur, ei succedit Condradus. (*c*)

Anno MCLXXXX. fundatur monasterium ordinis sepulchri Christi in *Zderaz* ante Pragam ad Eccl. SS. Petri & Pauli, eodem anno Dux *Condradus* moritur Apulæ, (*d*) cujus ossa Pragam delata in Ecclesi. S. Viti requiescunt.

Anno MCLXXXXI. *Condradi* filius succedit in solium Paternum, quod vix tribus mensibus possedit nomine *Wenzlaus*. (*e*)

Anno MCLXXXXVII. XVII. Kal. Julii obiit *Henricus Episcopus*, qui simul fuit Dux Boemie, sepultus in *Doxan*, fuit decus Cleri, Religiosorum defensor, cui post B. *Woytech* nullus in Boemia extitit secundus, ei successit *Daniel* a Wladislao invitis Canonicis sublimatus.

Anno MCLXXXXVI. *Zlawko* Dominus in Oseck inducit fratres Grisseos in Ossek. (*f*)

Anno MCLXXXXIX. Dux *Premysl* sublimatur in Regem, & dimissa uxore ducit Constantiam sororem Regis Hunnorum. *Finem habent Duces Boemiæ, quibus amodo Reges succedent.* (*g*)

Anno

Neplacho, cum jam ante Wladislaum Præmonstratensem Ordinem Litomislium & Gryseum Ordinem Pomucum, seu Nepomucum ad annos 1130. & 1134. inductos scripsit. (*a*) Quæ hæc *Regestra* seu *libri Instrumentorum* (quo nomine tum indigitabantur) fuerint, incompertum hodie. (*b*) Ea fuit Elisabetha Friderici Ducis uxor, quod ipsum Neplacho ex Continuatore Vincentii p. 92. hausit. (*c*) Rursum perperam Chronicon apud Pezium p. 1030. hanc mortem Friderici, successionemque Conradi ad annum 1184. reponit. (*d*) Chron. apud Pezium habet: *in Apulia*, perperamque anno 1210. illigat. (*e*) Chron. Oppatov. apud Pezium habet: *Mortuo Conrado Dux XXIII. Brecislaus & episcopus Henricus successit.* Fuit autem Brecislaus seu Brzetislaus unus, idemque, qui Henricus Episcopus. (*f*) Chronologicam cognitionem fundatorum cœnobiorum jam cumprimis Epitome isti debebit historia patria. (*g*) Pez. p. 1030.

Anno Domini MCCII. Przyemisl III. Rex Bohemiæ a Philippo Imp. in Regem sublimatur, regnavit annis XXVIII. & sepelitur in ecclesia Prag. Regina autem fundavit monasterium Monialium in Tysnovicz in Moravia. (a)

Anno MCCIII. terræ motus fuit ubique locorum in Boemia.

Anno MCCIV. B. Procopius I. Abbas in Zazaw canonizatur, *& eodem anno Boemi cum Moravis bellaverunt & eos devicerunt.* (b)

Anno Domini MCCVI. Kunegundis filia Philippi Imp. datur in matrimonium Wenczslao filio Regis Przyemisl. (c)

Anno MCCVII. Sol ecclipsim passus est. (d)

Anno Domini MCCXI. Rex Przyemisl Imperatori rebellat. (e)

Anno Domini MCCXII. allatæ sunt Reliquiæ SS. Thomæ, Jacobi & Thadei, & Mauritii de Theutonia Pragam. (f)

Anno MCCXIII. *Premysl*, qui & *Otbokar*, fundat monast. in *Poliz* ordin. nostri. (g)

Anno MCCXIV. *Daniel* Episcopus *Prahensis* moritur, ei succedit *Andreas*, qui sequenti anno Rome in Eccl. Lateranensi ordinatur in Episcopum.

Anno MCCXVI. fratres B. *Woyteb* de urbe *Boleslaw* portati in Praham, *& Andreas episcopus ponit interdictum in tota Boemia, & Romam declinavit.* (h)

Anno Domini MCCXVII. IV. Kal. Junii Archiepiscopus Moguntinus interdictum (scil. Andreæ Episc. Prag.) *relaxavit.*

Anno Domini MCCXIX. Andreas Episcopus secunda vice Boemiam posuit sub interdicto.

Anno Domini MCCXX. Poloni a Prutenis, & a Rutenis occisi, & a fossoribus auri mactati miserabiliter interierunt. (i)

Anno MCCXXI. fundatur Monast. Ordinis nostri in Postopert, (k) *Honorius Papa Gregorium Cardinalem misit Boemiam, ut interdictum relaxaret.* (l)

Anno MCCXXII. stella insolite claritatis in occidente apparet.

Anno MCCXXIV. Andreas Episcopus Prahensis Rome in exilio obiit, cui succedit Peregrinus. (m)

Anno

(a) Ibid. (b) Ibid. (c) Ibid. (d) Hanc ecclypsim ad annum priorem ponit Chron. apud Pezium. (e) Pez. p. 1030. (f) Ibid. (g) Hoc anno locus ab eodem Rege donatus monasterio Brzevnoviensi, uti diploma apud Pitter p. 144. perhibet. (h) Pez. p. 1031. (i) Ibid. (k) Monasterium istud *Apostolorum Porta* dictum a plebe passim corrupte *Postoloprtb* appellabatur, posterius in appellationem hodie perstantem *Postelberg* deflexit. Quis vero ei fundator contigerit, comperire needum licuit. (l) Pez. p. 1031. (m) Hæc anno superiori adscribit Chronicon apud Pezium c. 1.

Anno MCCXXIV. Wladislaus Dux Moravie frater Regis Wenzlai obiit, & sepultus est in regali Abbatia Oppatovicensi. *Conradus Cardinalis Boemiam intravit.* (*a*)

Anno MCCXXV. Predicatores (*b*) receperunt domum in civitate Prahensi.

Anno MCCXXVII. *Bydylow* Episcopus Prahensis moritur, huic succedit Joannes, XIV. Kal. Januarii consecratur.

Anno MCCXXVIII. Dux Wenzlaus coronatur in Regem cum uxore sua *Cunegunda* a V. P. & D. Siffrido Moguntino Archiepiscopo, *in Dominica, qua cantatur* Esto mihi in Deum, *qui post coronationem regnavit annis XXIII. Iste Rex fundavit claustrum ad S. Franciscum* (videl. Pragæ Ord. Minorum) & *sepultus est ibidem. Hujus conjux vocabatur Kunegundis, quarta Regina.* (*c*)

Anno MCCXXIX. *Conradus* Abbas regalis Abbatie in Oppatoviz multum gratificatur ab *Othogaro* qui & *Premysl.*

Anno MCCXXX. *Premysl* Rex migravit ad Superos XVIII. Kal. Januarii.

Anno MCCXXXII. Fratres Minores Prage domum recipiunt.

Anno MCCXXXIII. *Agnes* filia *Premysl* assumpsit habitum pauperum Dominarum. (*d*)

Anno MCCXXXVI. *Joannes* Episcopus Prah. obiit, ei successit Bernhardus.

Anno MCCXXXIX. *Bernhardus* Episcopus Prahensis obiit, ei successit *Nicolaus.*

Anno MCCXXXX. timor Tartarorum magnus irruit super Boemos, *Constantia* Regina moritur, Heremus in *Griffober* (*e*) fundatur & Monast. regali in *Oppatoviz* emitur. (*f*)

Anno MCCXLI. ecclypsis solis facta est post meridiem, ita ut putaretur crepusculum. (*g*)

Anno MCCXLII. *Andreas* Abbas regalis Monast. in Oppatoviz multum auget *araturas* seu *Robotas* exsectis radicitus sylvis, & exstructis servilibus Tuguriis. (*h*)

Anno

(*a*) Ibid. (*b*) Id est Ordo Prædicatorum seu Dominicani. (*c*) Pez. p. 1031. (*d*) Ordinis S. Claræ. (*e*) Lege *Griffobor*, hodie *Griffau*. (*f*) Verosimillime *unitur* legendum, scribendumque erat. (*g*) *Ab hominibus* Pez. c. l. (*h*) Ex his conjice præcipuum meritum Ordinis Divi Benedicti in excolenda agricultura Bohemiæ, augendoque populo, cui passim ejusmodi silvarum tractus concessi, uti de Polizio, Siloa, Chladrubio, Braunavia, aliisque documenta hodie exstantia testantur.

Anno Domini MCCXLIV. Innocentius Papa Lugduni Concilium celebravit, in quo Fridericum Imperatorem deposuit, & loco ejus Henricus Lantravius Thuringiæ electus est in Regem Alemaniæ, & in eodem Concilio Conradus, qui fuerat in Olomucensem episcopatum per laicalem potentiam intrusus, depositus est, cui Dominus Bruno substitutus est.

Anno MCCXLVIII. Rex *Wenzlaus* de solio depellitur, & *Nicolaus* Episcopus capitur, studium Prahense perit, *Kunegundis* Regina moritur; sub hoc R. *Wenzlao* Clerus per ipsum multum (*a*) honorabatur, Civitates & Oppida murabantur, domus Religiosorum fabricabantur, *Predicat.* (*b*) ad S. Clementem, *Minorum* ad S. Jacobum, *Templariorum* ad S. Laurentium, *Hospitaliorum* (*c*) ad S. Petrum. (*d*)

Anno MCCXLIX. XI. Kal. April. Episc. *Nicolaus* Prahensis, suspendit in sua diecesi campanarum, (*e*) & omnem ornatum.

Anno MCCL. VI. Non. Julii grando magna cecidit post meridiem, que multa dampna segetibus, vineis, arboribus pomiferis, & aliis intulit, silvestria animalia plurima peremit, circa Praham homines & jumenta multa submersa, & jacuit grando VII. diebus mire magnitudinis quodam musco permixta. (*f*)

Anno MCCLI. die Purificationis B. V. Marie magna vis ventorum exorta est, & aer obscuratus, ita ut vix poterat hominum vultus dignosci, postea nix magna in plerisque partibus Boemie descendit, qualem non meminere majores. Eodem anno XV. Kal. Sept. similia orta fuerunt terribilia, ita ut multa edificia ruerent, horrea funditus eversa sunt, homines plerique fulminati, fruges grandine percusse, fructus arborei excussi, vinee lese.

Anno MCCLII. Kal. Augusti Nobiliores terre Boemorum se Regi *Wenzlao* opposuerunt, & filium suum nomine *Primisl* in Ducem acceperunt, & sibi fidelitatem juraverunt, sed Rex ex hoc provocatur, (*g*) missos ad se ad castrum *Zwyekow Nicolaum* Episcopum, *Tobiam* Prepositum, *Radoslaum* Archidiaconum, *Hermannum* Custodem detinuit & captivavit, sed post hoc eis dimissis cum filio concordavit, & (*h*) Marchiam Moravie sibi committendo. Anno

(*a*) *Diligebatur*, ac Pez. p. 1032. (*b*) Prædicatorum. (*c*) Id est Crucigerorum cum *rubea stella* dictorum. (*d*) Hanc periodum Chronicon apud Pezium p. 1032. refert ad annum 1250 postque verba *ad S. Petrum* subjungit: *& aliæ plures domus fuerunt fabricatæ. Ludus etiam tornamentorum tempore hujus Regis adinventus est.* (*e*) Verosimiliter desideratur vox *sonitum* seu *pulsum*. Cur interdictum istud positum in Annalibus nostris edocebimus. (*f*) Hæc verosimillime eadem grando est, de qua compendio Chronicon apud Pezium c. l. ad annum 1252.: *Non. Julii grando maxima cecidit, & multa damna intulit, & VII. diebus duravit.* (*g*) *provocatus* Pez. c. l. (*h*) Conjunctione & recte caret Chronicon apud Pezium.

Anno MCCLIII. *XVIII. Kal. Februarii reliquiæ Sanctorum, quas Dominus Papa misit Agneti sorori Regis Wenczslai, sunt allatæ, & cum magno honore susceptæ, & allatæ in ecclesiam S. Francisci. Eodem anno Rex Wenczslaus processit ad expeditionem versus Bavariam cum Boemis & Moravis, a quibus transeuntibus multa damna in Boemia facta fuerunt. Eodem etiam anno* (*a*) pulli equorum ita magnos dentes habentes nati, acsi essent trienncs.

Anno MCCLIV. *Multitudo Kumanorum de Ungaria prorumpentes, multa millia Christianorum in Moravia peremit, inter quos multi Clericorum perierunt. Eodem anno hyemalia mediocriter provenerunt, æstivalia autem omnino perierunt. Eodem anno* (*b*) Idus Julii fluxit sanguis de Pede Crucifixi in Eccles. S. Georgii Martiris.

Anno MCCLV. X. Kal. Octobr. Rex *Wenzlaus* obiit, cujus filius *Primisl*, qui & *Ottokar* rediens de Austria, receptus est honorifice a *Prelatis* Eccl. *S. Viti*, *Abbatibus*, Clero & *Zemanis* in Praham *XVI. Kalend. Novembris.* (*c*)

Anno MCCLVI. Cives Prahenses Confratrem nostrum *Martinum* de Porta *Apostolorum* Virum pium, doctum, & liberalibus studiis apprime perpolitum spoliant, & turpiter dehonestant, ob quod comissum eos *Petrus de Ponte Curvo* Nuncius, consentientibus Rege, Episcopo & Capitulo Prahensi excommunicavit. *Kal. Februarii Borsso vir nobilis detentus fuit, & Pragæ vinculatus carceri est mancipatus. Eodem anno Dux Przyemisl cum multis nobilibus Boemiæ & Moraviæ & Austriæ signo crucis accinctus pugnaturus contra Prutenos processit, & veniens Wratislaviam ab Episcopo & Ducibus Poloniæ honorifice fuit susceptus, & ibi Natalem Domini celebravit, & eo ibi commorante Marchio Brandeburgensis cum exercitu suo venit ad eum, & ambo profecti sunt in Prussiam.* (*d*)

Anno MCCLVII. *Dux Bohemiæ & dictus Marchio intrantes Prussiam eam vastaverunt, & multos occiderunt. Demum terrore perterriti, potentiores petierunt se baptizari, quos dicti Principes gratiose admiserunt, ipsos de sacro fonte levantes, & suis nominibus appellantes. Demum dicti Principes commissa terra in manus Cruciferorum de domo Theutunica, in prosperitate & lætitia ad propria redierunt.* (*e*) Facta est magna inundatio aquarum, quæ gravia & grandia dampna per totam Boemiam intulit hortis, segetes, edificia, omnia juxta rippas posita destruxit, imo magnam mortalium copiam suffocavit.

Anno MCCLVIII. Fratres B. Martyrum ante festum S. Wenceslai in

(*a*) Pez. p. 1032. (*b*) Ibidem. (*c*) Ibid. (*d*) Ibid. (*e*) Pez. p. 1033.

in Praham veniunt; (*a*) Monasterium in Sion incuria fratris comburitur.

Anno MCCLIX. Prymisl Rex pepulit Boemos de suburbio, & locavit alienigenas. Eodem anno Petrus Wock Ursinus de Rosenberg fundat fratres Grisseos in Hohenfurt. *Eodem anno Kal. Augusti facta est maxima inundatio aquarum, quæ plures homines suffocavit.* (*b*)

Anno MCCLX. XIV. Kal. Junii eccl. lune fuit, & mortalitas maxima hominum secuta.

Anno MCCLXI. Prymisl, qui & Ottokar ducit uxorem Kunegundam filiam Rostylai Ducis *Bulgariæ* (*c*) & eodem anno in Regem consecratur ab Archiepiscopo Moguntino V. P. Wernhero in præsentia VI. Episcoporum (*d*) Canon. & Abbatum.

Anno Domini MCCLXII. *Incendia multa fuerunt in Boemia, & fames gravissima, & eodem anno sol conversus fuit in modum lunæ. Eodem etiam anno insurrexit quædam secta per totam Boemiam, Moraviam, Poloniam & Austriam. Faciebant enim homines processiones mirabiles & inauditas: Ibant enim nudi, velato capite cantantes, & modo levabant manus suas ad cælum, modo cadebant in luto, modo in nive, modo surgebant, modo flagellis se cædebant, & hoc bis in die faciebant, nocte autem comessationibus & ebrietatibus vacabant, & absolvebant se ad invicem despicientes ordinem ecclesiasticum: cum quibus etiam ascenderant Prædicatores Majores & Minores, ita ut præcederent eos portantes cereos & vexilla. Eodem etiam anno caristia maxima, & fames fuit in Boemia.* (*e*)

Anno MCCLXIII. Ottocar Rex introducit fratres Grisseos in Monaster. spineæ Coronæ. Capella OO. SS. fabricatur. *V. Kal. Febr. venti maximi orti sunt, per quos multa ædificia corruerunt, arbores etiam in silvis radicitus evulsæ sunt.* (*f*)

Anno MCCLXIV. (*g*) apparet cometa in modum facule radium mirabilem protendens (*h*), quam secuta inundatio aquarum, ita ut multos homines, multas civitates, & villas submergeret.

(*a*) Hæc paulo aliter apud Pezium c. l. *Dominus Papa Alexander confirmavit quandam religionem novam, quæ dicitur BEATORUM MARTYRUM, cujus fratres Pragæ apparuerunt ante festum beati Wenczlai.* (*b*) Ibid. (*c*) *In castello Ungariæ, quod vulgari Ungarico* Possen *nuncupatur: quam Pragam venientem honorifice susceperunt in die Nativitatis Domini.* Ibid. (*d*) Apud Pezium nominantur episcopi: *præsentibus sex episcopis, videlicet Pragensi, Moraviensi, Patbaviensi, & duobus de Prussia: præsente etiam Marchione Brandeburgensi cum uxore sua & filiis & filiabus: præsentibus etiam Ducibus Poloniæ, & alia infinita multitudine.* (*e*) Pez. p. 1033. (*f*) Ibid. (*g*) *Regnante Rege Ottokaro.* ibid. (*h*) *Duravitque citra dimidium annum.* ibid.

Anno MCCLXV. Rex Prymisl magnum celebrat convivium pro Baptismo filiæ suæ primogenitæ, quam tres Episcopi ex sacro fonte levarunt: *Prahensis, Olomucensis & Bambergensis, & hoc in festo Purificationis Beatæ Mariæ: vocatis ad festum omnibus Nobilibus Boemiæ, Moraviæ & Austriæ. Ipso die idem Rex coronatus regia corona venit ad processionem, & Missam audivit ad altare S. Mariæ in ecclesia Pragensi, & biduo celebravit prandium cum prædictis episcopis, & Nobilibus terrarum præfatarum in aula regia in castro Pragensi. Et usque ad hunc annum, quæ acta fuerant in Cronica scribuntur: Cetera autem, quæ sequuntur, de quibusdam Quaternis recollegi.* (*a*) Huic convivio interfuerunt Primores, regni ex Clero præter Episcopum Canonici S. Viti, Archidiaconus *Curimensis, Luczensis*, Abbates *Oppatoviensis, Brzevnoviensis, Zazaviensis* nostri ordinis, *Sedlecensis, Pomucensis* Grisseі ordinis, *Sionensis* Præmon. & Abbatissa domicella de S. Georgio Mar. Eodem anno in Frauenthal edificat Monast. Grisseis sororibus.

Anno Dom. MCCLXVI. electio Regis Romanorum facta est, ad quam per Ottokarum Regem tres de Boemia diriguntur: videlicet Hron de Nachod, Gallanus de Gablona, Smylo de Swyetlyk. Et quia Hrono se ibi prudentius habuit, ideo datus est sibi clypeus: Leo niger in auro ab Imperatore; Gallus vero cum hasta obtinuit clypeum bipertitum: similiter Smylo in hastiludio carpionem nigrum.

Anno Dom. MCCLXVII. Boemi vastaverunt Bavariam usque ad Danubium, & plures Nobiles ceperunt, & Egra tradita est Regi, & plurima castra. (*b*)

Anno MCCLXVIII. Rex Premysl, qui & Ottokar fieri mandat ubivis locorum ad capiendos luppos, qui usque ad ovilia ibant, foveas, quibus superponeretur anser vel porcellus. Eodem anno cum pauperes homines multum per mensuras deciperentur, per totam Boemiam mandavit renovari pondera, & mensuras, & insigniri signo suo, quod ante cum non fuisset, Nobiles terræ & Cives, qui per hoc magna dampna habuerunt, obloquebantur; rustici & pauperes gloriabantur.

Anno MCCLXIX. Regi Prymisl, qui & Ottokar nascitur filia Non. Septemb.

Anno MCCLXX. magna charitas anone, vini vero abundantia.

Anno MCCLXXI. obiit *Vitus* Decanus Eccl. Prahensis, Predicator insignis, qui presertim in perversos mores, Zemanorum crudelitatem in rusticos predicabat, admonendo eos de lenitate, plura de eo leguntur in Cronicis.

Anno

(*a*) Ibid. p. 1034. (*b*) Ibid.

Anno MCCLXXII. *Rex Boemiæ Przyemisl intrat Ungariam, & triumphando Possonium cum aliis castris & civitatibus acquisivit, & eodem anno fuit maxima inundatio aquarum.* (a) Confractus est pons in medio fluminis Wltave IV. Idus Martii.

Anno MCCLXXIII. XV. Kal. Sept. inundatio magna in flumine Wltave, molendina omnia circa Praham confracta, defluxerunt, pars Eccl. lapidee sub ponte in insula collisa est.

Anno MCCLXXV. Rex Primysl cum magna solempnitate tradidit filiam suam cuidam Nobili de Vitra.

Anno MCCLXXVI. Joannes Ep. Prah. cooperuit Eccl. S. Viti pulchri & durabilis operis lapideis regulis, fecit etiam duas fenestras magnas de subtili opere & precioso, & vitro eas clausit, in quibus depictum erat vetus & novum Testamentum.

Anno MCCLXXVII. *Rex Przyemisl Regi Rudolpho adhæsit, & cœpit suos despicere, & extraneos ad terram suam invitare. Unde suis multas violentias inferebat, bona eis auferendo. Nam Witkonibus Wsk & Novam Domum abstulit, Czyeczony Budyegyewycz, Tachow; Dominis de Crastykow Cadanum; Dominis de Egerberck Lunam; Syrsonibus Costelecz; Domino Borssoni de Ossek Welestyn; Domino de Mychalowycz Friedlant; Dominis de Duba Ulsycz, quod modo Grafenstein appellatur; cuidam Nobili abstulit Glacz; Dominis de Lewemberk Czslamam; Domino Bleboni Podyebrad; Domino Benesso de Chusnyk, viduis & orphanis multas violentias inferebat. Claustrellum* (b) *ultra Cadanum Monachis de Porta Apostolorum; terras etiam videlicet Cubitensem, Trutnoviensem, Glacensem Theutonicis tradidit suos postergando. Zawyssium etiam & totam cognationem suam proscriptione damnavit, nec ulla misericordia flecti voluit, & in ipso etiam progressu bona ipsorum invadendo igne concremavit. Novam Domum Domino Ulrico antiquo accepit, & in quadam villa nomine Buk ipsum locavit. Hlubokam Domino Czyeczoni de Budgegyewycz recepit propter unum leporem, quem venatus fuit in sylvis regiis, & post sibi Welyss circa Gyczin dedit cum bonis ad hoc pertinentibus pro bonis supernis nominatis: quæ tamen bona occiso Przyemislone filius ejus Wenczslaus Rex filio Czyeczonis etiam nomine Czyecz abstulit, & villam nomine Olesnam in montibus dedit. Item Thuringis & Misnensibus promisit, quodsi victor fieret, terram eis Boemiæ perpetue possidendam traderet: montem etiam Petrinum* (supra Pragam) *promisit post regressum sanguine Nobilium se rubricaturum. Viduis & orphanis & virginibus multas violentias inferebat, & quod suis auferebat, hoc extraneis liberaliter*

(a) Pez. p. 1034. (b) Hodie Klösterle.

ter concedebat. Australibus comminatus est, quodsi eos expugnaret, etiam infantibus in cunis parcere nollet. Insuper Cæsari per Legatos pacem suggerenti, & in omnibus sibi acquiescere promittenti nullatenus acquievit; sed ad bellum cum omni aviditate acceleravit, cum suorum gratiam propter nimias violentias, quas ipsis fecit, ut prædictum est, non haberet. Unde Deo permittente commissum bellum duorum Regum contra unum, videlicet Regis Romanorum Rudolphi, & Belæ Regis Ungarorum contra Otokarum Regem Boemiæ: ubi fraude suorum Rex Boemiæ occisus est. (*a*) *Quem casum & mortem, & exaltationem in tanto Principe Joachim Abbas legitur ante nativitatem prædixisse, & Agnes sacratissima amita ejusdem Regis sibi ante cratem* (*b*) *ad bellum eunti, & licentiam recipienti dixit:* Ibis, sed non redibis: quia omnes Domini tui sunt contra te. *Post cujus obitum multa mala sunt in terra, & tertio anno maxima mortalitas hominum, in qua fere tertia pars hominum & amplius mortui sunt.* (*c*) Zdislaw Abbas regalis monasterii in Oppatovicz, qui magna illud opulentia auxit, multumque de codicibus pro religiosis emit, & a patre suo Boemie regulo accepit. Est ejus memoria apud nos in benedictione. Eodem anno in Syon molendinum vento rotatum, quod nunquam in Boemia visum, edificatur.

Anno MCCLXXVIII. moritur Joannes Episc. Prahensis, cui successit *Tobias* Dominus de *Becbina.* Eodem anno etiam Kunegundis Primisl Regis filia, fit pauper Domina S. Clare *in Praga cum XIV. virginibus.* (*d*)

Anno MCCLXXIX. *pugna committitur inter Regem Przyemissl & Rudolphum, & ibidem Rex Przemyessl in bello in Austria occiditur, & in Znoyma sepelitur. Regnavit post coronationem suam annis XVII., & fundavit monasterium sanctæ Coronæ: hujus conjunx vocabatur Kunegundis, nata de Ungaria, Regina V.*

Anno Domini MCCLXXX. Rex Wenczslaus de regno abducitur, & Johannes episcopus Pragensis moritur, & Tobias eligitur.

Anno Domini MCCLXXXI. discordia maxima & guerra in Bohemia oritur. (*e*) Tobias Episcopus Prahensis magna pompa in Bruxa civitate consecratur.

Anno MCCLXXXII. Agnes soror filii Regis Premisl moritur, & fames maxima exorta, quam mortalitas ingens hominum subsecuta.

Anno MCCLXXXIII. Dux Wenceslaus in regnum reducitur.

Anno MCCLXXXIX. Zavissius, & frater (*f*) Czenko decollantur. Tschaska Abbas regie Abbatie Oppatovicensis, civitatem *Prelucz*, quam *Primisl*

(*a*) Id nonnisi anno sequente factum. (*b*) Videlicet claustralem, hodie *Parlatorium* vulgo dicimus. (*c*) Pez. p. 1034. & 1035. (*d*) Ibid. (*e*) Ibid. (*f*) ejus.

Primisl Rex omnibus juribus libertatis, quibus civitates *Colonia* ad Albim & *Churim* gaudet: videlicet jure, quod habet Magdeburgensis civitas suspensionis, decapitationis, rotationis, & duelli donat, sumptuose restaurat.

Anno MCCLXXXX. obiit *Tobias* Episcop. Prahensis, ei successit *Georgius. Kunegundis filia Regis Przyemisl timore Dei abjecto de ordine S. Francisci exivit.* (*a*)

Anno MCCXCI. obiit M. *Gregorius* Decanus Eccl. S. Viti. Vir scientia & aliis laudabilibus virtutibus insignis.

Anno Domini MCCXCIV. Wenczslaus Dux Poloniam intravit, & Ducem cepit, ac multas terras sibi subjugavit.

Anno MCCXCVII. Wenzeslaus Dux Boemorum patrem suum Regem Premisl anno MCCLXXI. in Znoyma (*b*) sepultum extumulat, & in Eccl. S. Viti honorifice sarcofago infert.

Anno MCCXCIX. Wenzlaus Dux Pius in Regem (*c*) coronatur.

Anno MCCCI. *Wenczslaus Rex Boemiæ VI. occupat majorem Poloniam.* (*d*) Moritur Georgius Episcopus Prahensis, cui successit Joannes Episcopus, qui fundavit Monasterium in Rudnicz, & ibidem erexit pontem lapideum; hoc anno etiam fuit I. grossus boemicus fabricatus.

Anno MCCCIV. Wenzlaus Rex fundat in Zbraslaw Monast. ordinis Grissei.

Anno MCCCV. moritur Wenzlaus Rex, in aula regia sepelitur, (*e*) hac nocte, qua iste Rex obiit, in *Pyssek* stetit flumen octava hora a media nocte usque ad horam tertiam, omnibus, qui ad spectaculum aderant, stupentibus & mirantibus de prodigio tam insigni, & idem accidit cum filius ejus occidebatur, qui etiam ad tertiam horam fere retraxit cursum suum, forte prognosticans malum, quod morte utriusque erat multis terris affuturum, & *maxime regni gloriæ, quæ amodo consurrexit. Nam post mortem ipsorum Ungariæ, Poloniæ, Cracoviæ, Pomoraniæ maxima pars, Russiæ terra, Syrasiæ, Misnensis, omnes hæ terræ a regno recesserunt, & adversis partibus Boemiam vastare cœperunt, & in Moravia sanguis etiam in diversis partibus multus effusus est. Et fames duobus annis non ex sterilitate terræ, sed ex malitia vastantium plus quam tertiam partem hominum consumpsit. Cujus pestilentiæ & famis duæ mulieres, videlicet Regina Grecensis (f) relicta.*

(*a*) Pez. p. 1036. (*b*) *apud Fratres Minores.* Ibid. (*c*) *Boemiæ.* ibid. (*d*) Ibid. (*e*) Paulo aliter apud Pezium hæc uno anno serius: *Rex Wenczlaus moritur, qui regnavit annis VIII. & fundavit aulam regiam, & sepultus est ibidem: hujus conjunx vocabatur Gutta, Regina VI., Rudolphi Romanorum Regis filia.* (*f*) Ita dicta, quod Reginohradecium dotaliciam urbem teneret, atque illhic passim resideret.

licta Wenczlai Quarti, & Regina Boemiæ relicta filia ejusdem Regis, quam duxerat Johannes filius Henrici Imperatoris; hæ duæ, ut dixi, horum malorum causa extiterunt, & multa alia mala facta sunt, quæ numerari non possunt. (*a*) Ei successit filius Wenzlaus, qui dein anno sequenti in *Olomucz* anno etatis XVIII. occiditur, & in aulam regiam transfertur, & penes Patrem humatur, *ejus conjunx vocabatur Elizabeth filia Ducis de Tyessin, Regina VII.* (*b*) cujus utriusque epitaphium legimus.

Anno MCCCVI. Heremus ad Przimdam immatriculatur monasterio in Kladrub.

Anno Domini MCCCVII. (*c*) *Wenczslaus juvenis in Regem Boemiæ coronatur, & primo anno regni sui regnum Ungariæ Stephano Duci Bavariæ filio Henrici, qui habuerat filiam Belæ Regis Ungariæ, & ex ea genuerat prædictum Stephanum, eidem Rex Boemiæ & Ungariæ cum insigniis regalibus in Praga prædictum regnum, pro quo coronatus fuerat, tradidit, & Ungariam transmisit. Terram autem Misnensem Johanni filio Rudolphi quondam Regis Romanorum possidendam tradidit, & terram Cracoviensem pro Ducatu Opaviensi commutavit. Regnum vero Poloniæ majoris cum terra Syrasiæ, Pomeraniæ, ac omnibus terris inferioribus Duci Glogoviæ Boleslao jure fœdi vel servitii commendavit.*

Anno MCCCVIII. *occiso Rege in Olomucz, Rex Ungariæ Stephanus a suis Ungaris defraudatur, & infidelibus ultra partes Russiæ venditur. Item Johannes Marchio Misnensis ab Henrico ejusdem terræ quondam Marchione debellatur, & sic ab eo terra tollitur. Item Nicolaus Dux Opaviensis in terra Cracoviæ a Wladislao Duce Syrasiensi opprimitur, & sic terra a Boemis perditur. Item Dux Boleslaus suos Barones opprimit, & post in brevi moritur, & filii a Baronibus pelluntur, & sic ab ipsis terra perditur, & Pomorania Cruciferis per eosdem venditur. Eodem anno* (*d*) Rudolphus Dux Austrie in Regem Bohemie eligitur.

Anno MCCCIX. Rudolphus ante Hradyscz moritur, & Thomas Magnus & Henricus eliguntur, & *Sezema de Radynicz occiditur.* (*e*)

Anno Domini MCCCX. obiit Fridericus de Symburk, cujus pater castrum Dyeczin primum fundavit: quem Rex Wenczslaus III. propter victoriam habitam contra filium, & per suam industriam procuratam in regno suo collocavit, & regno tanquam fidelem & strenuum incorporavit. Eodem anno Sabbatho ante Dominicam Invocavit *cives Pragenses, & Montani quatuor Nobiles potentiores de regno ceperunt: scilicet Dominum Reimundum, Henricum de Lipa*

(*a*) Pez. p. 1036. (*b*) Ibid. (*c*) Annus iste corruptus est, substituique debet superior. (*d*) Ibid. (*e*) Pez. p. 1037.

pa, Johannem de Straz, & Hinconem Scholarem. Eodem etiam anno Fridericus de Symburk in Praga interfectus est, & Praga per eosdem Nobiles capta, & cives, qui fuerunt causa efficiens illius captivitatis, expulsi sunt: & Montani videlicet Rutbardus & Peregrinus per Lipensem capti & humiliati sunt: Et eodem anno Albertus Rex Romanorum occiditur. (a)

Anno MCCCXI. Joannes filius Henrici Imperatoris circa festum S. Catharine Boemiam ingreditur, (b) & per Nobiles terre in Regem Boemie eligitur & coronatur. *Et VII. Kal. Augusti in Glacz maxima inundatio fuit, & innumeras domos abduxit, & homines utriusque sexus (ut refertur) ad mille animas submersit.* (c)

Anno Domini MCCCXVI. in civitate regia Hradecz dieta facta fuit XII. duellantium, in XII. dextrariis gravissima pugna. Sex enim ex adverso dicti de Gossycz, & sex ex parte alia de Trzyessycz strenue atque fortissime direque dimicantes. Eorum tandem sex de Trzyessycz victores triumphi absque homicidii crimine extiterunt. Eodem etiam anno Henricus de Lipa per Wilhelmum Leporem capitur. (d)

Anno MCCCXVII. Dom. Joannes de Straz in Kostelecz sagittatur.

Anno MCCCXIX. bellum inter Regem Boem. Joannem & Leporem depastum (e) fuit, sed Lepus victoriam obtinuit.

Anno MCCCXII. Ego D. M. Abbas regalis monasterii in Oppatoviz, qui hec pueriliter scribo in carnis brivio in Horzinoves in antiqua curia in domo valde simplici natus fui. (f)

Anno Domini MCCCXXII. in festo SS. Johannis & Pauli ecclypsis solis fuit hora diei secunda, & duravit usque ad horam quartam, & Dominus Lepus de Waldek ab avaris sagittatur. (g)

Anno Domini MCCCXXIII. bellum magnum inter Ludovicum electum & Fridericum: ubi Ludvicus & Rex Johannes Boemiæ vincunt, & Duces Austriæ Fridericum & Henricum capiunt, & Dominus Plychta ibi occiditur. (h)

Anno MCCCXXII. Bawor Abbas divina miseratione in Brewnow facit exstrui Monast. in Braunow.

An-

(a) Ibid. (b) *& Praga per ipsum capitur, & despoliatur.* ibid. (c) Ibidem. (d) Ibidem. (e) Voce *depastum* caret Chronicon apud Pezium, nec quid ea sibi velit, conjicere licet. Ceterum per *Leporem* hunc intelligitur Baro Boemiæ *de Hazmburk.* (f) Memoratum Chronicon ad annum MCCCXXII. periodum hanc, truncatis ceteris, incipit a verbis: *In carnis privio*, loquiturque in tertia persona *fuit.* (g) Pez. p. 1038. qui autem fuerint hi *Avari*, a quibus *Lepus* sagittatus fuit, quis divinet. Memoriæ populi: *Avarum*, seu uti etiam nonnunquam vocantur *Avarorum* multis sæculis prius interiere, verosimillime litera *b* spectat ad sequentem vocem *a Bavaris.* (h) Ibid.

Anno MCCCXXII. M. Ulricus de Babieniz Doctor Decretalium, & Prepoſ. Eccl. S. Viti aſſumunt cuculum in Sedlez (*a*) eodem anno, qui hec pueriliter tracto, in feſto S. Georgii in monaſt. Oppatovicenſi ad ſcholas appoſitus fui. (*b*)

Anno Domini MCCCXXVIII. Joannes Rex Boemiæ terram Cracoviæ ingreditur, & nihil deſiderii ſui conſequitur; ſed Drensdorff vallavit, & cepit plures civitates & caſtra.

Anno Domini MCCCXXX. Johannes Rex Bohemiæ Auſtriam uſque ad Danubium incendio vaſtat & civitates videlicet Welſperg, Egenburk, Droſſendorff, & alias cum caſtris & oppidis capit, & vallat. (*c*)

Anno MCCCXXXI. Fratres Marianus (*d*) & Henricus Predicatores Minores capti ſunt ad S. Jacobum, qui rebellarunt contra Epiſcopum.

Anno MCCCXXXII. die ult. menſis Martii fui ſuſceptus ad ord. noſtrum per V. P. D. Hroznatam Predeceſſorem meum in Abbatia Oppatovicenſi.

Anno MCCCXXXIII. *Nobiles quidam de Boemia capti ſunt in bello circa Laam: & Dominus Beneſſius de Wartemberk, & Marſſyko de Wlaſſim, & Jeſſo de Polyczan ibidem a Swevis & Auſtralibus interfecti ſunt.* (*e*) Excommunicantur Fratres Minores & Majores Predicatores author. Sedis Apoſt. Ab illo tempore etiam, quia multa mala in Praga fecerunt, nam convenerunt diebus Dominicis in Eccleſia Prahenſi S. Viti ad populum facere ſermones. Conſtituit V. P. D. *Joannes* Ep. Pragenſis Capellanum & Penitentiarium ſuum quondam Rectorem ſchole in Wiſſehrad *Franciſcum* Canonicum Prahenſem Virum divinis & humanis rebus perpolitiſſimum, qui deinceps Verbum Dei populo ſeminaret, & iſte *Franciſcus* compoſuit *Chronicam Prahenſem.*

Anno MCCCXXXIV. in die dedicationis Eccl. Oppatov. feci ad manus V. P. Hroznate Predeceſ. mei Profeſſionem Monachalem. (*f*) Eodem anno feria II. poſt feſtum SS. Simonis & Jude ventus maximus ortus fuit, qui

(*a*) Narrationem hanc refert Chronicon apud Pezium ad annum 1327. (*b*) Hæc quoque in memorato Chronico annis ſex poſterius ad annum 1328. commemorantur. Ex omnibus vero conjecturam capere fas eſt, Amanuenſium oſcitantia tam in Chronico Pezii p. 1038., quam in præſente Epitome errores quosdam irrepſiſſe in Chronologicam ſeriem circa Neplachonis *nativitatem*, *appoſitionemque ad ſcholas.* Nam in præſente Epitome perturbato Chronologiæ ordine annus 1312. perperam poſtponitur annis 1317. & 1319. In Chronico vero Pezii annus nativitatis 1322. ſuſtineri haud poteſt, cum Neplacho jam anno 1332. *ad ordinem ſuſceptus*, & anno 1334. profeſſionem in eodem ordine emiſerit. (*c*) Pez. p. 1038. (*d*) *Mauricus* ibid. (*e*) Ibid. (*f*) *In monaſterio Oppatovicenſi* Pez. p. 1038.

qui non ſolum domus, muros, verum etiam arbores radicitus evulſit, & confregit.

Anno MCCCXXXV. *Illuſtris Princeps ac Dominus Dominus Karolus Marchio Moraviæ Boemiam intravit. Et eodem anno* (*a*) totus Clerus Pragenſis Diœceſis contra Ordines mendicantes inſurrexit, & ipſos utpote minus exemplariter viventes excommunicari procuravit.

Anno Domini MCCCXXXVI. in Boemia circa Cadanum ad milliare unum in villa dicta Blow quidam paſtor nomine Mislata moritur. Hic omni nocte ſurgens circuibat omnes villas in circuitu homines tenendo, (*b*) *& jugulando, & loquebatur. Et cum fuiſſet cum palo transfixus, dicebat: Multum nocuerunt mihi, nam dederunt mihi baculum, ut me a canibus defendam. Et cum cremandus effoderetur, tumebat ſicut bos, & terribiliter rugiebat. Et cum poneretur in ignem, quidam accipiens fuſtem, fixit in eum, & continuo erupit cruor ſicut de vaſe. Inſuper cum fuiſſet effoſſus, & in currum poſitus, collegit pedes ad ſe, ſicut viſus.* (*c*) *Et cum fuiſſet crematus, totum malum conquievit, & antequam cremaretur, quemcunque ex nomine in nocte vocabat, infra octo dies moriebatur.* (*d*)

Anno Domini MCCCXXXVII. Joannes Rex Boemiæ fugato Duce Auſtriæ terram ingreditur, ipſam incendio vaſtando, & plura quam prius caſtra & civitates capiendo, & militibus muniendo, ita ut Auſtrales ab una parte a Rege Ungariæ, & ex alia Boemiæ & Poloniæ Regibus premerentur. (*e*)

Anno MCCCXXXVIII. Judei per totam Boem. Moraviam, & Auſtriam etiam cum uxoribus & infantibus in cunabulis occiduntur, & mirabile contigit, quod de nullo Judeo ſanguis emanavit, ſed omnes ſine ſanguinis effuſione mortui ſunt. *Judæi etiam propter Hoſtiam inventam in Pulka* (*f*) *in multis locis deleti fuerunt.* (g)

Anno MCCCXXXIX. *regnante Rege Johanne, & filio ejus Karolo Moraviæ Marchione* (*h*) circa feſtum Jacobi locuſtarum infinita multitudo *ab extremis partibus Ungariæ & Græciæ veniens non ſolum Boemiam, & Moraviam, ſed etiam Auſtriam, Bavariam, Franconiam more avium per aera volantes, ac loca mutantes, & (quod mirabilius eſt) ſeſe quotidie naturali propagatione multiplicantes, univerſa* (*i*) ubi reſident, conſumunt.

Anno Domini MCCCXL. Ludovicus Bavarus, qui gerit ſe pro Imperatore, cum Rege Boemiæ Johanne concordavit: & Rex Boemiæ feudum ab ipſo recipiens ipſum Dominum ſuum recognovit. Eodem etiam anno (*k*) ego Joan-

(*a*) Idem p. 1039. (*b*) Fortaſſis *terrendo.* (*c*) Fortaſſis *vivus.* (*d*) Ibid. (*e*) Ibid. (*f*) Auſtriæ oppido. (*g*) Ibid. (*h*) Ibid. (*i*) Ibid. (*k*) Ibid.

Joannes Neplach Abbas in Oppatovicz per V. P. & D. Predecessorem meum (a) missus sum ad studium Bononiense.

Anno MCCCXLI. Clemens VI., qui mihi de Abbatia providit, sedit annos XI. (b) intravit secta Flagellantium Boemiam.

Anno MCCCXLII. Illustris Princeps ac D. Karolus in Regem Boem. eligitur, cui Deus longævam vitam tribuere dignetur in secula seculorum.

Anno MCCCXLIII, Joannes Episcopus Prahensis moritur, qui multa preclara fecit, isti successit Venerab. Arnestus Vir doctus, prudens, sobrius, cujus consecrationi interfuimus.

Anno Domini MCCCXLIV. quædam mulier in Lewyn mortua fuit, & sepulta. Post sepulturam autem surgebat, multos jugulabat, & post quemlibet saltabat: & cum fuisset transfixa, fluebat sanguis sicut de animali vivo, & devoraverat slogerium (c) *proprium plus quam medium, & cum extraheretur, totum fuit in sanguine. Et cum deberet cremari, non poterant ligna aliqualiter accendi, nisi de tegulis ecclesiæ ad informationem aliquarum vetularum. Postquam autem fuisset transfixa, adhuc semper surgebat. Sed cum fuisset cremata, tunc totum malum conquievit.* (d)

Anno MCCCXLV. in decoll. S. Joannis Babtiste ventus, grando, fulgura in Klatovia & in Pomuk, ac tota illa provincia mirabilia sunt operata.

Anno MCCCXLVI. tanta fames in Boemia fuit, ut de frumento, quantum scilicet asinus portare posset, vix XXXIX. florenis emeretur. Eodem anno (e) Joannes Rex Boemorum multis Nobilibus Regni Boemiæ scilicet filio D. Petri de Rosenberg, & filio D. Henrici de Lichtenberg (f) vadit in subsidium Franciam, & ibidem occiditur, & in Lucemburg translatus cum eis ibidem sepelitur. Hic fundavit monast. Cartusianorum prope Pragam, (g) & ut mors tanti in memoria habeatur, scribuntur isti versus:

Anno

(a) Chronicon Pezii habet *per Dominum Hroznatam* p. 1039. (b) p. 1027. (c) Quid vox hæc, omnibus Glossariis medii ævi incognita, notet, quis divinet? nisi fortassis vox slavo-latina est ex germanico nomine Schleyer prognata, ut ita peplum, seu sindonem mediam, qua tecta & obvoluta fuit, devoraverit. (d) Hem! duo luculenta exempla ex hac antiquitate, scilicet ex anno præsente & 1336. iis, qui historiam Wampyriorum scripsere. Sed quam fallax fuerit hominum per tot sæcula persuasio (mendacibus auritis solum, nunquam oculatis testibus prognata) ostendit gloriose imperans AUGUSTA nostra, cum renascentem ejusmodi persuasionem in Hungaria unico Decreto, seu Majestalibus literis confixit, sopivitque. Vide hac de re eruditissimi Viri Constantini de Cauz doctissimum Commentarium *de Cultibus magicis* p. 193. & seq. (e) Sequentia refert Chronicon Pezii ad annum 1348. (f) *Lychtenburk* Pez. 1040. subditque: & *aliis multis in subsidium Regi Franciæ contra Regem Angliæ intravit in regnum Franciæ prohabito regno cum infra scriptis Nobilibus.* (g) *Hujus uxor vocabatur Elizabeth, Regina VIII, Wenceslai Regis II. filia,* ibid.

Anno dum Domini transissent mille trecenti
Et quadrageno tunc sexto numero pleno,
In Ruffi festo mors accidit Regi honesto,
Regi modesto condoleas corde molesto,
Licet orbatus imo tota luce privatus
Vir talis natus, semper ad bella paratus.

Anno MCCCXLVII. Illust. Princeps Karolus in Regem Boem. ab Arnesto Episcopo coronatur, cui & nos Abbas preter alios interfuimus.

Anno MCCCLI. Innocentius VI. (scil. creatus Romanus Pontifex) *ad quem per Imperatorem Dominum Karolum modernum in principio suæ creationis in Papam, in legatione missus fueram, quot annis sedebit, nescitur.* (*a*)

Et hec breviter & pueriliter ad instantiam Illustrissimi Regis Boemie Karoli scripta sufficiant, (*b*) cetera, que scribantur, erant de gestis ejusdem Illustrissimi Principis ac D. D. Caroli Rom. Imper. & Regis Boemiæ, de quo quid actum, vel gestum sit temporibus suis, vel quoto anno a quadragesimo sexto anno usque ad sexagesimum libentissime vellem ab aliquo edoceri, quam aliquid temerarie scriberem, & taliter finitur Epitome Cronice Boemice.

(*a*) Pez. p. 1027. (*b*) Horum loco ista in exemplari Pezii exarata sunt: *Hae pueriliter de Romanis Pontificibus ac Imperatoribus, necnon de Regni Boemiæ Ducibus paganis & Christianis, ac etiam de octo Regibus videlicet Wratislao, Wladislao, Przyemisl, Wenczslao I., Ottokaro (qui & præmeditaus, id est, Przyemisl vocabatur) Wenczlao II., Wenczlao III., Johanne VIII.* (scilicet Rege non numero) *& ultimo breviter dicta sufficiant. Cætera autem, quæ scribentur, erunt de factis & gestis Illustrissimi Principis &c.*



OBSERVATIONES PRÆVIÆ
IN
TRES CONTINUATORES PULKAVÆ.

Crebrius in superioribus Tomis Monumentorum nostrorum Bohemiæ mentionem ingessimus plures ad manus nobis esse Continuatores Pulkavæ necdum typis uspiam excusos, cum itaque Tomo III. Chronicon Pulkavæ in lucem emiserimus, e re nos facturos arbitrati sumus, si isthic aliquos ejusdem Continuatores subjecerimus, quorum narrationibus annorum subsequentium historia suppleatur. Et quidem in pluteis Collectionum nostrarum manuscriptarum tres istiusmodi Continuatores reperimus a vetustate commendatos, quos nempe ipsis sæculis, de quibus scripsere, vixisse tum proditæ quæque memoriæ, tum codicum antiquitas declarat.

Primus depromptus est ex sæpius memorato codice nostro Stehlikiano, e quo seriem Ducum Bohemiæ & Episcoporum Pragensium, tum Chronicon Anonymi denique variantes lectiones Pulkavæ Tomo III. Monumentorum nostrorum Bohemiæ nuspiam antehac editorum dedimus, is ipsus ejusdem scribæ characteribus Excerptori Chronici Pulkavæ subnexus est. Memorias vero nonnisi breves Joannis Regis, cum quo Pulkava historiam suam abrupit, tum nonnullas fusiores Caroli IV. & Wenceslai filii complectitur, quas non tam quadam stata annorum serie, quam uno veluti contextu enarrat. Subjungit tandem quosdam *de morte*, alios rursum *de Avaro* versus, quos quoniam ad rem præsentem nihil faciunt, merito prætermisimus.

Alter in eodem codice Stehlikiano postremum omnium locum paginarum obtinet, orditurque cum anno 1310., desinit cum anno 1419., post quem annum repetitur exustio Hussi anno 1415. Constantiæ peracta, clauditur memoria anni 1432., quo nimia Moldavæ effusione pons Pragensis ruptus. Scriptus vero est præ priore paulo majoribus characteribus, qui tamen sæculi XV. ætatem

tem innuunt. Reperimus alium Codicem chartaceum ejusdem ætatis in Bibliotheca Excellentissimi D. D. Comitis Emanuelis Ernesti de Waldstein Episcopi Litomericensis, in quo ab anno 1340. usque ad annum 1399. eadem vernaculo nostro sermone, eodemque ordine chronologico referuntur, ad quem tamen postremum annum hæc adscripta leguntur: *Et sic finis est Chronice istius per me Joannem Tschaudermann natione de Brunow post Nachod tria milliaria anno Domini MCCCLXVI. Sabbatho post festum Corporis Christi amen.* Quæ apposita clausula merito nos ancipites reddit, ut definire haud nobis liceat, Joannesne Tschaudermann is ipsus fuerit, qui vernaculum Chronicon Pulkavæ continuavit (nam uno filo iisdemque characteribus prædicto Chronico subjecta est hæc continuatio) an Tschaudermann hanc continuationem ex alio codice non secus atque Pulkavam exscripserit, an non denique Chronographus Stehlikianus, qui longius progressus memorias suas ex Tschaudermanniano exemplari hauserit, illasque in latinum sermonem transtulerit? Ceterum omni impensa opera nullam porro aliam cognitionem Tschaudermanni istius, quis quis fuit, indipisci nobis licuit.

Tertium Continuatorem (duobus superioribus modis omnibus præferendum) vernaculo sermone exaratum, ejusdemque scribæ manu mox memorato Tschaudermanni exemplari subjectum deprehendimus in eodem Litomericensi codice, qui codex, uti supra meminimus, chartaceus est sæculo XV. scriptus formæ oblongæ in octavo, ut vocant. Ante ipsam chronologicam annorum seriem præmittitur *Nota de Domino Wilhelmo Zagicz*, huic subjungitur notum illud miraculum, quod anno 1338. circa sacram hostiam Eucharisticam Pulkaviæ loco Moraviæ vicino in Austria accidit, denique transit author ad res gestas Caroli IV., atque uno filo, justoque demum ordine chronologico historiam patriam usque ad annum 1470. persequitur. Fortuito anno superiore accidit, cum plane animus & voluntas nobis esset hanc ipsam Bohemicam Pulkavæ continuationem, propter insignes quasque patrias memorias in latinum sermonem transferendi, ut scriba noster in latinum hujus continuationis exemplar incideret recentiore manu

scri-

ſcriptum, quod a Micro-Pragenſi librorum nundinatore pretio redemit, nobisque extradidit. Collato mox utroque exemplari reperimus non modo annos annis, ſed & memorias, narrationesque memoriis atque narrationibus, imo nonnunquam ſcrupuloſius (ne dicam ineptius) verba latina Bohemis reſpondere, ut etiamnum hæreamus, vernaculane an latina continuatio primigenia ſit atque autographa; ſi codicis Litomericenſis antiquitatem ſpectare libet, omnino illi præ latino exemplari prærogativa concedenda, at ſi contra latini exemplaris barbaries, & genus ſcribendi ſæculo illi XV. proprium expendatur, vix quidem induci poſſumus, ut credamus translationem hanc ex ſæculo præſente eſſe, quod ipſi characteres innuere videntur. Hæc fluctuatio animi noſtri incitamento nobis fuit, latinum exemplar potius, quale quale deprehendimus, iſthic excuſum dare, quam quibusvis verborum noſtrorum pigmentis vernaculam hanc continuationem latinam reddere. Non diffitemur tamen nos nonnunquam addendo, truncando, ſupplendoque quasdam voces latini hujus exemplaris ex vernacula continuatione reformaſſe, quando ſcilicet ob narratorum obſcuritatem Lectorem metuimus ſenſum difficulter, aut prorſus nullum eliciturum. Tanta quidem vitia an ipſi authori, an tranſumtoris oſcitantiæ tribuenda fuerint, ignoramus. Et vero quanquam Chronicon iſtud coenoſa quadam, & Bartoſſii (quem Tomo I. evulgavimus) ſimillima latinitate ſcateat, volupe tamen non eſſe non poterit hiſtoriæ patriæ ſtudioſo ex hoc coeno gemmas plurimas nuſpiam alibi detegendas, hiſtoricas, inquam, veritates delegiſſe. Nam author, quisquis ille fuit, non obſcuris verbis, quæ infra recitabimus, teſtatum reliquit ſe ſe ætati illi contemporaneum fuiſſe, & ab anno 1412. uſque ad annum 1470. omnium pene narratorum oculatum auritumve teſtem fuiſſe. Quam rari autem perpaucique ab ea ætate nobis ſuperſint patrii ſynchroni ſcriptores, nemini hiſtoriam patriam tractanti poteſt eſſe incognitum, cum ſcilicet Huſſiticus furor longe lateque graſſaretur, cum ſectarum quædam illuvio Bohemiam, Moraviamque inundaret, cum expulſis regno morteque affectis plerisque monachis atque ſacerdotibus res iſtius temporis notandi evanuit ſpes & occaſio, cum metus

metus veritatem ſcribendi calamos hebetavit (non enim aliam ob cauſam is ipſus præſens author ſe ſe quæpiam prætermiſiſſe verbis expreſſis teſtatur) cum verbo, omne patriæ hiſtoriæ ſtudium penitus intercidit. Nuſpiam quidem author noſter nomen ſuum prodit, at non obſcura indicia reliquit (quæ ſuis locis adnotavimus) ſe ſe ex *Fratrum Boemorum*, qui Georgii Regis imperio, Rokyczanæque Pſeudo-Archiepiſcopi Pragenſis temporibus altiùs criſtas erigere auſi, coetu fuiſſe. Nam Huſſo, Hieronymoque Pragenſi, atque eorum ſectatoribus crebrius velificatur, Taborienſium Fratrum ſuorum (ab his enim etiam hodie ſeſe originem trahere haud diffitentur) atque Ziſcæ victorias, ne dicam carnificinas, paſſim præſentis Numinis auxilio, imo loco uno etiam miraculo adſcribit, Georgium Regem ſummis laudibus extollit, quem turpiter a Proceribus catholicis deſertum, innocenterque Romano Pontifici exoſum factum aſſerit. Inter hæc tamen minime mordax, minime maledicus aut contumelioſus ſeu in Romanum Pontificem, ſeu in Orthodoxos, communicantesve ſub una ſpecie, qui imo bis terve tantum ſtylum ſententiasque attemperavit, ut vix dignoſcas eum e ſodalitio Fratrum Bohemorum fuiſſe; ſcilicet prudente circumſpectione atque cautela uſus, ne chartæ ſuæ detectæ malum ſibi concieant, quæ ipſa præcipua ſuppreſſi nominis cauſa fuiſſe videtur. E ſodalitio præterea eum Collegii Academici Pragenſis fuiſſe dubitare vix velim, nam ea præſertim, quæ circa Huſſum, Hieronymumque in Academia Pragenſi geſta ſunt, graphice, copioſeque expromit, indicatis non ſolum Rectoris, præcipuorumque Magiſtrorum nominibus, ſed etiam diſputationum argumentis, quæ tum publice diſcuſſioni examinique fuere propoſita. Neque ſe penitus literarum inexpertem probavit, cum quorundam ea ætate doctorum Virorum ſcriptorumque atque librorum mentionem ingeſſit. Vitam authorem hunc diu produxiſſe, & ad ætatem fortaſſis etiam octogenaria majorem protraxiſſe ex ipſa rerum narratarum ſerie & contextu recte conjicitur, nam ab anno 1412. uſque 1470. res paſſim tanquam ſibi præſentes enarrat. Ita enim de Wenceslao IV. filio Caroli IV. Romanorum Rege loquitur: *Noluit patris conſilia ſequi, & obedire mandatis*

uſque

usque ad diem hodiernum, & agit prout ei libet, & videtur; ubi tamen per hæc in Imperio omnia perdet, quia non agit secundum mandatum paternum. Itaque eum relinquemus in hoc, prout agit usque ad Dei ordinationem. Ad annum 1408. ait: *Notitiam hanc nobis dedit Magister Joannes Przibram, Magister Borotin, Mathias Lauda, Joannes de Wiekowec*, qui omnes Hussi fuere contemporanei. Ad annum 1412. memorat de tribus in captivitatem ductis, & postea capite plexis, unde omnium turbarum Hussiticarum prognatum principium: *Fui enim tunc præsens die Lunæ hora quasi tertiarum.* Ad annum 1416. de Poggio Florentino loquens ait: *non pridem mortuus est*, constat autem Poggium hunc anno 1459. fatis cessisse. Ad annum 1417. *In his tamen actis ipsemet præsens non fui in castro, sed extra castrum.* Atque ut plures istiusmodi memorias prætermittam, unam adhuc postremam ad annum 1469. apponere libet, quo loco de Mathia Hungariæ Rege in Morovia a quibusdam Bohemis Proceribus electo loquens, scribit: *sed ille nec Pragam, nec Carlsteinam pervenit, hucusque, nec coronam Bohemiæ adeptus est.* Tot autem narrationum diversis temporibus gestarum memoriæ, quæ facile sexaginta annorum periodum exæquant, merito mihi suspicionem dubiumque injecere, ut hæsitarem, an non præ uno plures istius continuationis synchroni scriptores fuerint? at fluctuationem istam suppressere repetitæ provocationes ad posterius dicenda, quæ cum accurate expleta repererim, hæsitare desii unum eundemque continuationis fuisse authorem, virum scilicet ad summam ætatem provectum. Ceterum nonnisi uno loco ad annum 1416. meminit se Crumlovii extra castrum fuisse, ex reliquis omnibus fere narrationibus conjicere fas est, eum Pragæ & moratum & scripsisse. Jam si postremum ad res ab eo narratas transeamus, magno in pretio habendus author, a quo plures res edocemur, quas quarumve circumstantias & personarum tum viventium nomina frustra in aliis patriis scriptoribus hucusque cognitis exquiras, quas hic præoccupare superfluum duximus, cum a patriæ historiæ studioso facile dignoscendæ sint, & collatæ cum aliis se se ipsas manifestent.

I.

DE JOHANNE.

Johannes filius *Henrici* Imperatoris Rex *Bohemie* octauus duxit *Elizabeth* filiam *Wenceslai* pii regis *Bohemie*, hic occiditur in bello in *Francia* per regem *Anglie*, anno Domini MCCCXLVI. die sancti *Ruffi* martiris, hic fundauit monasterium *Carthusiense* prope *Pragam*.

Anno Domini MCCCXXXIIII. Kalend. Octobris obiit Domina *Elizabeth* regina *Bohemie*, coniunx Domini *Johannis* regis, que fuit mater Domini *Karoli* Imperatoris.

De Karolo quarto Imperatore.

Anno Domini MCCCXVI. in die sancti *Bonifacii* martiris natus fuit *Karolus* filius Domini *Johannis* regis Bohemie, qui eligitur in Regem Romanorum in *Renze* iuxta *Renum* per *Treuerensem* Archiepiscopum *Balduinum* & *Coloniensem* Archiepiscopum *Wilhelmum*, & Ducem *Saxonie* & coronatur in *Bunna Coloniensis* dyocesis, anno natiuitatis sue XXIX. in die *omnium Sanctorum*. Transacto vero uno anno, videlicet anno natiuitatis sue XXX. infra octauam natiuitatis beate *Marie* Virginis die Dominica in ecclesia Pragensi idem *Karolus* coronatur in regem Bohemie per dominum *Arnestum* primum Archiepiscopum pragensem. Item anno D. MCCCLV. anno vero natiuitatis sue XL. coronatur in Imperatorem *Rome* in ecclesia sancti *Petri* in die Pasche per Cardinalem *Hostiensem* de licencia *Innocencii* Pape sexti.

Item anno Domini MCCCLXXVIII. in vigilia beati *Andree* Apostoli hora noctis quasi secunda obiit serenissimus Princeps predictus Dominus *Karolus* Imperator Romanorum & Bohemie Rex in castro Pragensi, & idem post sollempnes exequias per ciuitatem Pragensem habitas XVI. die a morte ipsius sepultus honorifice in ecclesia Pragensi requiescit. Hic dum feliciter vixit, fundauit in ecclesia Pragensi *Mansionariorum* & in capella *omnium Sanctorum*, & in *Karlsteyn* collegia Canonicorum. Item in *Praga* monasteria ad sanctum *Karolum*, ad sanctum *Ambrosium*, ad *Slauos*, ad sanctam *Katharinam*, ad sanctam *Mariam in Viridi*, & ad *Carmelitas*. Item in castro *Moybin Celestinos*, & in *Engelheym* Moguntinensis dyocesis, & in *Charencz* monasteria *Parmensis* dyocesis Canonicorum Regularium; Et in *Nuornbergh* collegium *Mansionariorum*, hic etiam Dominus *Karolus* in signum memoriale pro suis successoribus & subiectis sibi ordinauit, videlicet

cet ecclesiam Pragensem a *Moguntino* Archiepiscopatu eximens in Metropolitanam erigi impetrauit per dominum *Clementem* Papam sextum, & demum per *Urbanum* Papam quintum Archiepiscopum Pragensem Legatum natum creari procurauit. Cuius legationi *Ratisponensem*, *Bambergensem*, *Misnensem*, *Olomucensem*, & *Luthomyslensem* ecclesias, Episcopos, Clerum & populum subdidit, & subiugauit. Item prefatus Dominus Imperator incepit suis sumptibus opere magnifico de nouo ecclesiam Pragensem edificare, ampliare, sicut hodie apparet cernentibus, & personaliter lapidem primarium posuit, assistentibus multis & presentibus Prelatis, Baronibus, & specialiter Domino Archiepiscopo, & Domino *Johanne* tunc *Olomucensi* Episcopo, postea vero Cardinali. Item pro ejusdem regni gloria & decore *Generale studium* instituit, & per Dominum *Clementem* Papam predictum obtinuit, Doctores, Magistros sacre Scripture Professores, & arcium liberalium Magistros sufficienter dotauit, quibus & domos sollempnes in ciuitate Pragensi cum libertate & exempcione ab omni iurisdiccione, exaccione, ad legendum, & habitandum tribuit, & sollempne collegium capelle Regie, scilicet *Omnium Sanctorum* in castro Magistris collegii Pragensis, cuius collegii fundator & dotator ipse Dominus *Karolus* exstitit, incorporari procurauit per Dominum *Innocencium* Papam sextum. Item Marchionatum *Brandeburgensem*, *Luzacie*, & *Slezie*, *Bawarie* ducatus *Muhlbergh*, & *terram Aduocatorum*, (a) & alia plura dominia pro regno & Regibus Bohemie obtinuit, & quedam comparauit, & aliis multis virtutum operibus claruit, que in Cronicis Bohemie plenius continentur.

Sequitur

Anno Domini MCCCLXI. tercia die post festum *Mathie* Apostoli natus fuit Dominus *Wenceslaus* in *Nurembergh* filius Domini *Karoli* predicti, qui coronatur in Regem Bohemie etatis sue anno secundo. Item Dominus *Wenceslaus* electus fuit in Regem Romanorum in prato super *Rensen* anno Domini MCCCLXXVI. in die *Basilidis* & sociorum eius, item in *Frankefurd* in Ecclesia sancti *Bartholomey* apostoli in vigilia *Barnabe* apostoli, & nominatus Rex Romanorum per Electores infrascriptos, videlicet Dominum *Karolum* Imperatorem tanquam Boemie Regem, per *Ludevicum de Myssna*, prouisum *Maguntinensem*, *Kunonem Treverensem*, & *Fridericum Coloniensem* Archiepiscopos, per Ducem *Robertum* Palatinum *Reni*, per *Vencze:* Ducem *Saxonie*, per *Sigismundum* Marchionem *Brandeburgensem* germanum prefati Domini *Wenczeslay* electi Romanorum Regis; in octaua autem

(a) Id est: *Vogtlandiam*.

tem Apostolorum *Petri* & *Pauli* coronatus *Aquisgrani* per Dominum *Fredericum* Archiepiscopum *Coloniensem*. Eodem anno, quo & supra, cum eodem Domina *Johanna* filia Domini *Alberti* Comitis *Hollandrie*, *Hanonye*, & *Selandie*, ac Ducis *Bawarie* est coronata, presentibus Domino *Karolo* Imperatore Romanorum, *Wenczeslao* Duce *Brabancie*, prefato Comite *Hollandrie*, & omnibus principibus Electoribus supra dictis, necnon domino *Johanne* Archiepiscopo Pragensi, qui postea in Cardinalem Romane Ecclesie fuit assumptus, & aliis multis assistentibus. Item ipse Rex *Wenczeslaus* post mortem Imperatoris, videlicet anno Domini MCCCLXXVIII. postquam successit in Regnum Bohemie, eciam fuit adeptus regnum Romanorum, regnauit multis annis.

Anno Domini DCCXI. studium generale ab urbe *Romana Parisios* est translatum, & hoc tempore *Karoli* Magni Imperatoris & Regis *Francie*.

II.

CRONICA.

Anno Domini MCCCX. Heres ultima (*a*) Regni Bohemie data fuit *Johanni Henrici* filio Imperatoris Romanorum septimi. Et eodem anno fuit coronatus ad regnum Bohemie.

Anno Domini MCCCXVI. natus est Rex *Karolus* Idus Magy, fuit autem nomen eius impositum in Baptismo *Wenceslaus*, sed in confirmacione rex *Francie* nomine *Karolus*, & eum tenuit, & nomen suum sibi imposuit, & sic dictus *Karolus*, & non *Wenceslaus* &c.

A. D. MCCCVIII. (*b*) natus est secundus filius nomine *Praemisl.*

A. D. MCCCXXII. natus est *Johannes* Marchionis pater.

A. D. MCCCXXXVIII. locuste fuerunt in Bohemia, & *Elizabeth* Regina *Bohemie* & *Polonie* mortua est.

A. D. MCCCXL. excecatur *Johannes* rex Bohemie a medicis, quia aliunde a toxico priuari (*c*) non potuit, nisi unum ex sensibus corporis amittat.

A. D. MCCCXLI. fundatur ordo *Cartusiensium* prope Pragam.

A. D. MCCCXLIIII. eligitur *Arnestus* primus Archiepiscopus.

Eodem eciam anno Ecclesie *Pragensis* noua (*d*) fundata est.

Eodem eciam anno *Mansionarii* fundantur in ecclesia Pragensi.

Eodem eciam anno Episcopatus *Litbomislensis* dilatatur & fundatur.

(*a*) Elisabetha. (*b*) Lege MCCCXVIII. (*c*) Id est: *liberari* seu sanari. (*d*) Scilicet Sedes Metropolitana, constituto isthic Archiepiscopatu.

Eodem eciam anno ruptus eſt pons Pragenſis in die ſancti *Blaſii.*

A. D. MCCCXLVI. eligitur Rex *Karolus* in Regem Romanorum.

Eodem anno vel ſeptimo inſtante *Johannes* rex Bohemie ab *Anglie* populo (*a*) in *Francia* occiditur, & *ibidem ſepultus eſt.*

Eodem anno locuſtæ fuerunt in Bohemia, & omne frumentum conſumpſerunt.

A. D. MCCCXLVII. confirmatum eſt ſtudium, ſeu *Collegium Clericorum* in Praga.

A. D. MCCCXLVIII. (*b*) Rex *Karolus* coronatus eſt cum ſua uxore ad regnum Bohemie.

Et eodem anno obiit Rex *Luduicus*, qui ſe ſcripſit Regem Romanorum.

Eodem anno fundantur duo ordines *Karmelitarum* & *Sclauorum* in Noua ciuitate. (*c*)

A. D. MCCCXLVIII. fundata eſt *Noua Ciuitas* Pragenſis.

Eodem anno fuit terre motus magnus in die Conuerſionis *S. Pauli* hora veſperarum.

Eodem anno *Anna* copulata eſt Regi *Karolo* in coniugium.

A. D. MCCCXLIX. venerunt *Mrzkaczy* (*d*) in terram Bohemie.

Eodem anno reliquie Imperiales portate ſunt in terram Bohemie.

A. D. MCCCL. inchoatus eſt primus annus Jubileus *Rome.*

A. D. MCCCLI. fundati ſunt Canonici Regulares. (*e*)

A. D. MCCCLIII. fuit coronatus Rex *Karolus in Imperatorem.*

A. D. MCCCLVI. quidam coronabatur ad imperium, ſed poſt cerunum currens, mortuus eſt.

A. D. MCCCLXI. natus eſt Rex *Wenceslaus* in *Norberga* ciuitate, & ibidem eſt baptizatus in die Translacionis ſancti *Wenceslai.*

A. D. MCCCLXIIII. nata eſt (*f*) *Elizabeth* Ceſariſſa, & Regina Bohemie.

A. D. MCCCLXV. portate ſunt reliquie *S. Sigiſmundi* Pragam in vigilia *S. Wenceslai* de ciuitate *Aganenſi.*

A. D. MCCCLXVI. nata fuit *Anna* heres prima & Regina *Anglie.*

A. D. MCCCLXVIII. natus eſt Rex *Sigiſmundus*, Rex *Ungarie.*

A. D. MCCCLXX. natus eſt Rex ſeu Princeps *Johannes Luſatie Marchio.*

Eodem

(*a*) Belli. (*b*) Tſchaudermannianum exemplar habet: *Eodem anno.* (*c*) Supple Pragenſi. (*d*) Id eſt: *ſecta Flagellantium.* (*e*) In Carlshof Neo Pragæ. (*f*) Oſcitantia Amanuenſis eſt, legendum: *deſponſata* Carolo, niſi forte legendum *coronata.*

Eodem anno combuſta eſt ciuitas *Slana*, & populus multus in ea in die ſancti *Pangracii.*

A. D. MCCCLXXIIII. fuit inundacio magna aquarum in Praga uſque ad portam (*a*) *S. Egidii*, Dominica ante carnis priuium.

Eodem anno *Dominica prima Quadrageſimæ* fuit iterum magna aqua *Prage* uſque *S. Leonardi* (*b*) molendina & multas domos deſtruxit.

A. D. MCCCLXXVIII. obiit *Karolus* Imperator in vigilia *S. Andree.*

Et eodem die crematum eſt hoſpitale circa pontem in *Praga una cum quibusdam pauperibus.*

A. D. MCCCLXXX. & 81. fuit peſtilencia per totam terram Bohemie, incepit a feſto *S. Margarethe*, & durauit uſque feſtum *Omnium Sanctorum.*

A. D. MCCCLXXXX. vel XC. annus Jubileus ſecundus fuit *Rome.*

A. D. MCCCLXXXXIX. cremati ſunt *Judei*, & domus eorum deſtructe ſunt.

A. D. MCCCXCII. obiit *Elizabeth Karoli* Regina & Imperatrix.

A. D. MCCCLXXXXII. coronatus eſt Rex *Sigiſmundus* ad Regnum *Ungarie.*

A. D. MCCCLXXXXII. in vigilia *S. Nicolai* fuit magna inundacio circa *Pragam*, & celaria plena in Hoſpitali, (*c*) & circumquaque, & molendina deſtruxit.

A. D. MCCCLXXXXIII. vel XC. annus Jubileus fuit *Prage* tempore Regis *Wenceslai* & tempore *Johannis* Epiſcopi, & Archiepiſcopi.

A. D. MCCCXCIIII. Rex *Wenceslaus* fuit captiuatus *a Regni Proceribus* in ciuitate *Werona* in octaua Oſtenſionis Reliquiarum, ſcilicet in die *Stanislai*, & fuit dimiſſus poſt XV. ſeptimanas, Principe *Johanne Gerlicenſi* diſponente.

A. D. MCCCXCIX. in die ſancti *Nicolay* combuſtum eſt Pretorium cum multis armis in antiqua ciuitate Pragenſi. (*d*)

A. D. MCCCXCVII. profuſio data eſt Dominis quibusdam in *Carlſtein*, (*e*) & loco pinguedine, ſanguine eorum perfunditur coquina per *Hanuſſium* Principem de *Opauia*, ex mandato Regis *Wenceslai.*

A. D. MCCCC. Habundabant indulgencie in Bohemia, quia non fuit clauſtrum, quod indulgenciis Papalibus caruiſſet.

Tunc

(*a*) Eccleſiæ. (*b*) Subintellige rurſum *eccleſiam.* (*c*) Crucigerorum cum rubea ſtella. (*d*) In Exemplari Tſchaudermanniano demum ſequuntur hæc verba: *Et ſic eſt finis Cronice iſtius per me Joannem Tſchaudermann natione de Brunow, poſt Nachod tria milliaria, & eſt finita anno Domini MCCCCLXVI. Sabbatho poſt feſtum Corporis Chriſti. Amen.*
(*e*) Id eſt: profuderunt ſanguinem, interfecti ſunt.

Tunc auaricia ſacerdotum nimis dilatabatur. Tunc magni peccatores leniter abſoluebantur propter pecuniam. Tunc penitencia ſolum pecunialis iniungebatur, unde predones, fures, homicide & occulti magni peccatores proniores ad peccata reddebantur, & tunc honor ſacerdotum & poteſtas Eccleſie cepit vilipendi.

A. D. MCCCCII. facta diſſenſio inter Magiſtros *Theutonicorum* & *Bohemorum* propter bullam Cruciatam ſuper *Ladislaum* Regem *Napolie* (*a*) datam. Hanc plebani *Theutunicorum* ſuſceperunt, & diuulgauerunt, dicentes: Non licet literas Domini Pape iudicare, ſeu diffinire, ſed obedire, Magiſtri vero Bohemorum dixerunt, bullam illam non eſſe ſacra Scriptura regulatam, addentes in verbis ſuis, non licet Pape ſuper Criſtianos Crucem dare, niſi a fide receſſerint. Sed Magiſter *Johannes Hus* contra bullam predicauit, & contra plebanos & Prelatos Pragenſes mala eorum coram populo detegendo. Ideo citatur & appellacione facta ad futurum Papam non paruit; ideo contumacia ſuper eum datur, & per totam *Pragam* interdictum propter eum ponitur, unde multi ex predicatoribus contra *Hus* predicabant, & populus laycalis eis reclamabat in eccleſia, quia *Huſſio* adherebant, & ſic contigit & clerum & populum in Praga in ſe eſſe diuiſum.

A. D. MCCCCVII. Magiſtri *Theutonicorum* cum ſtudentibus ſuis exierunt de Bohemia, eo quod a collacionibus ſeu beneficiis mediis bohemis cedere noluerunt, unde recedentes Bohemos confundebant, hereticantes per uniuerſas terras, in quas diſperſi ſunt, ſed in viis multi ſpoliati, & percuſſi ſunt, qui a Bohemia exierunt.

A. D. MCCCCVIII. ad augendum malum in Bohemia, Archiepiſcopus alienigena nomine *Conradus* Theutunicus & nigromanticus, qui antea fuit Camerarius terre, & vir ſanguinum, iudicia ſectans, iſte nullus protector Cleri fuit, ſed ſpoliator, quia bona temporalia ab epiſcopatu Pragenſi omnia alienauit. Et militibus & ſecularibus pro ſeruicio dedit, cetera cum hyſtrionibus & meretricibus vane expendit. Et quia per Symoniam Epiſcopatum obtinuit, ac multam pecuniam dedit, profectum nec felicitatem habuit, ſed in hereſim magnam decidit.

Eodem anno Canonici Pragenſes & plebani diuites eis adherentes in *Praga* & circum ſpoliabantur, & percuciebantur, & diffamabantur a ſecularibus ex conſenſu Regis *Wenceslai*,

A. D. MCCCCIX. facta eſt viſitatio plebanorum per manum ſecularium per totam terram Bohemiam ex mandato Regis, & clauſtra omnino non preteriebant; tunc ſpoliati ſunt plebani, & quidam varie confuſi & captiuati in

(*a*) Id eſt: *Apulia*.

in mediastinum ciuitatis positi, nudi ducti, luto maculati, in aquas proiecti, postea confusi de ciuitatibus expulsi, tunc cessauit honor Clericorum. Et si quis ex secularibus talibus contradixit, statim fuit spoliatus, & a bonis de ciuitate expulsus.

A. D. MCCCCXV. sinodus in *Constancia* celebrata fuit, & ibidem *Hus* Heresiarcha fuit combustus, quia noluit reuocare suam heresim, & post eum statim *Jeronimus*.

Eodem anno Magister *Jacobus* heresiarcha cum magistris Theutunicorum de *Brazdan* (a) incepit communicare populum laycalem *sub utraque specie* contra consuetudinem *Romane* ecclesie, & contra preceptum sinodus *Constancie*, tunc multi ex sacerdotibus simplicibus eis adheserunt, & per totam terram discurrentes populum sub *utraque specie* communicabant, asserentes in predicacionibus: antiquos sacerdotes fures esse huius Sacramenti, tunc eciam paruulos in baptismo sanguine & Corpore Cristi communicabant, alia Sacramenta non curabant.

A. D. MCCCCXIX. Consules *Noue Ciuitatis* de pretorio proiecerunt, eo quod prohibebant communionem calicis, & processiones populi in turbis.

Eodem anno Rex *Wenceslaus* Bohemie moritur pre nimio tedio, eo, quod videbat populum contra se insurgere, & in Castrum *S. Wenceslai* defertur, & in ecclesia collocatur, & post aliquot dies delatum est corpus eius in *Aulam Regiam* tempore noctis.

Eodem anno multa mala illicita in omni parte terre augentur, & succrescunt in Bohemia, ita quod non fuit aliquis homo in terra, qui eorum maliciam & turbacionem effugeret. Audi ergo mirabile & terribile de hoc populo, qui pre ceteris in mundo erat in sciencia, veritate, & cognicione Dei illuminatus, in sanctitate & iusticia perfectus, & in laude habundancia, & honore exaltatus. Et ecce scientifici & illuminati in errores ceciderunt, ut Clerus, qui plus sapere quam necesse, voluerunt; & simplices populi utriusque sexus, qui in sanctitate & iusticia stabant, ceciderunt, & malefactores facti sunt, nullibi ergo securum te reddas in hoc mundo ne cadas, quia ut lux solis nebulis, sic & viri claustrales errorum tenebris obumbrati sunt, & deuiauerunt.

Anno ergo MCCCCXX. & sequentibus, conuenit magna multitudo, populus laycalis obmissis pastoribus, & parrochiis propriis, alienis Sacerdotibus per campos, montes, domos, vicos & platheas predicantibus adherebant, predicabant autem illo anno diem iudicii extremi adesse, & omnia annichilanda esse, & ideo omnibus relictis eos sequebantur. Altero vero anno

(a) Lege *Drazdan*, id est Dresda.

anno videntes sibi populum magnum adherere, predicabant Laycis, omnia esse communia, & non soluere, nec censum Domino, nec decimas plebano, sed solos esse Dominos. (*a*) Conuenit ergo magna multitudo populi circa *Usk* Sazemonis (*b*) & *Thabor*, & *Hradisst*, & venerunt cum Corpore Cristi Pragam, & isti nomen sibi imposuerunt *Thaborite*. Alii venerunt de districtu *Plznensi* cum *Zizka*, qui instruxit eos cum curribus pugnare, & postea omnium hereticorum effectus est Dux. Alii autem venerunt *de Zacz*, *Luna*, *Slana*, & circum. Alii de *Grecz Regine*, & hos omnes Pragenses susceperunt cum honore, & pauerunt multis diebus sine solario, & ibi fecerunt inter se consilium, non habere Regem, neque Cesurem, neque Dominos, neque Nobiles, neque alios esse regi tributarios, sed per se dominari. Clerum vero omnino nihil habere dixerunt, (*c*) quem primum persequebantur & spoliabant. Cum autem Rex *Sigismundus* venisset in terram cum magna multitudine ad Pragam, ut coronam & regnum susciperet, Pragenses autem cum quatuor ciuitatibus, scilicet *Zacz*, *Klatouia*, *Grecz*, *Pisek*, & aliquot Baronibus & *Ziska* Regi resistebant, & Rex sermone dominorum placatus, dimisit populum.

A. D. MCCCCXXI. congregauit Rex populum ad iuuandum *Wissegradenses*, ibique multi Barones interfecti a Pragensibus. Cum ergo Pragenses vicissent Regem, & multos Barones Bohemicales occidissent, iratus Rex venit iterum cum magna multitudine *Ungarorum* & *Thartarorum*, qui & pueros in lanceis occisos portabant, quibus *Zizka* cum Pragensibus obuiarunt, & vicerunt Regem cum suis, & multos occiderunt circa Brodam Theutunicalem, & Rex vix fugit. Tunc Electores Imperiales de *Reno* cum magna multitudine nimis iacebant circa *Zacz*, & audientes, quod Rex esset fugatus, & ipsi timentes fugierunt. Tunc *Zizka* cum Pragensibus totam terram expugnabat paucis resistentibus eis.

A. D. MCCCCXV. *Hus* est combustus in *Constancia* in Octaua *Petri* & *Pauli*, anno sequenti *Jeronimus* conhereticus sequebatur eum equipolenti pena.

A. D. MCCCCXXXII. in die *Marie* Magdalene fuit inundacio magna aquarum, & pons Pragensis rumpebatur, & in *Crumlow* ambo pontes destruebantur.

III.

(*a*) Idiotismus Bohemicus, quasi dicas: *se ipsos esse supremos Dominos*. (*b*) Ita in MS., sed legendum Sezymonis seu Sezymæ ex aliis Historicis cognitum est. (*c*) Id est: voluerunt, ne quid possessionum habeat, sed in summa paupertate viuat.

III.

NOTA DE DOMINO WILHELMO ZAGICZ. (a)

De damnis totius gentis Bohemice illatis Honorandus Dominus *Wilhelmus de Waldek* (b) fautor lingue Bohemice valde condoluit, cuius arma ob fidelitatem suam alienorum infidelitatem represserunt, qui Bohemos defendens, Germanos (c) ex omni parte confudit. Dolere deberent Bohemi de Domino illo amisso, agnoscentes qualia damna exinde sentiant; illi, qui tum de amissione illius gaudebant, forsan eum nouiter ex tumulo effodere cuperent, & pro auxilio implorarent. Infausti euentus, que egistis? quid lucri exinde habuistis, dum tam Generosos Viros tumulo recondidistis, Juniorem *de Zleb*, *de Wartemberg*, heroem *Hynek* iustum, & *Wilhelmum* laudandum; Veram ulcionem Diuinam experiuntur Bohemi Proceres post peccata commissa. Jam Bohemi omnes, qui dure ceruicis alias fuerant, & Dominum *Zagicz* odio habuerant, ex omni parte affliguntur; ideo conspirarunt Germani, recia sua posuerunt, ut Wilhelmum *Zagicz* perdant, & in Bohemia potentes fiant; Percipite hec Bohemi! veritatem hanc agnoscite, fraudulenter vobis recia ponunt, cauete illa. Honorandus ille Wilhelmus *Zagicz* continuo plurimum defendit Bohemos, hinc veri Bohemi incessanter pro eo Deum exorate. Dum excrescent *Zagiczii*, expellent Germanos, & maxime *Bauaros* occisores infideles. Cogitate de his *Zagiczii*, corda vestra sint leonina, similia presumite, capita ac dentes acuite; Exaltate vestrum *Waldek*, quod illi omnes timent, ut infelices ille copie in *Bauariam* denuo repellantur. Rogemus sanctum *Wenceslaum*, ut ne hec aprina capita vincantur, & dentes suos non acuant. Adiuua nos sancte *Adalberte*, & prebe nobis auxilium, atque tecum sanctus *Vitus* scutum suum extendat. *Zagiczii* consilium est, ut Germanis barba crescat, si vero hec non suffecerint, vindicate modo, quo potestis *Zagiczii*, hunc merorem conuertite in opus bonum, Germanos non curantes. Sequamini *Wilhelmum Zagicz*, qui ut fax exstinctus est, & ideo in Bohemia ut rane aucti sunt Germani. Rogate Deum Christiani, & maxime fideles Nobiles, ut Domini *Wilhelmi* stirps dilatetur, & omnes exclamate, Amen.

(a) Hæc tandem subjiciuntur Chronico Tschaudermanni tam in latino, quam vernaculo exemplari. (b) Is Wilhelmus Zagicz de Waldek gente Hassenburgius a latinis etiam *Lepus* dictus, verosimillime idem fuit, qui in Chronico Oppatovicensi apud Pezium pag. 1038. ad annum 1322. dicitur *ab Avaris* (fortassis Bavaris) *sagittatus*. (c) Per Germanos, uti infra se expressit author, maxime intellexit Bavaros, qui his temporibus multum invaluere in Boemia propter favorem, quem Joannes Rex Ludovico Bavaro Rom. Regi, generoque suo Henrico Duci Bavariæ impenderat.

De Corpore Christi.

Anno Domini 1338. Dominica post Resurrectionem Domini factum est miraculum, quod testor: *Judei* hostiam sacram vulnerarunt, portantes eam per loca inhonesta, ideo illis infortunium accidit. Maledictus homo hereticus vendidit hanc sacram Hostiam in manus Judeorum, quam decem annis habuerunt. Dum in nuptiis quibusdam fuissent & saltantes ibidem, Judei hac sacra hostia luserunt, quidam hebreus bombardam (*a*) explosit contra illam. Quanti vero vendita fuerit, ignoro, sed quantum ex dictis constat in Pulkaviam (*b*) delata fuit. Id a Judeis manifestatum fuit; & die lune mane proditum fuit: Audite fideles Christiani; dum hostiam hanc sacram vulnerarunt Judei, sanguis floridus ex illa fluxit, quod videntes Judei timuerunt valde, & infra portam in terram Hostiam hanc sacram infoderunt. Ancilla quædam clauda desuper veniens ante domum huius Judei & attingens locum istum, ubi sacra Hostia defossa fuit, sanata recte incedens abiit; tandem duo ciues huius ciuitatis illac transeuntes hoc aduertentes factum, interrogarunt Judeos, que ibidem agantur, & dum a Judeis rescire nihil potuissent, loco illi magis appropinguarunt, & Hostiam sacram sanguine madentem conspexerunt, hoc videntes, admirabantur, Judeique se absconderunt. Locuti autem inter se Christiani illi ciues duo hec se velle Sacerdotibus manifestare, de quibus illico uno abeunte, alter ibidem permansit. Interim exiens ex domo hebrea calcauit pedibus locum istum, hoc videns Christianus, fleuit amare. Judeus etiam quidam hanc Hostiam sacram auferre voluit, sed eam obtinere & accipere non potuit. Venientem eciam Sacerdotem, qui hoc anno primicias celebrauit, repulerunt, sed Sacerdos ille conspiciens hoc Sacramentum, & videns in sacra hac Hostia esse sanguinem recentem & floridum, ideo ob timorem magnum conuocari iussit plures homines & Sacerdotes, & venientes cum signo Crucis, in omni humilitate & deuocione in Ecclesiam Hostiam sacram deportarunt, & in illa Hostia sacra sanguinem verum esse conspexerunt pulchrum & floridum. Multa eciam miracula ibidem facta sunt, ceci & claudi sanati. Parochus de *Hamburg* (*c*) eciam de terra illa accepit porcionem, ubi hec sacra Hostia infossa fuit, sanguine madentem; Hec signa in illa regione facta sunt, hinc Corpus Domini omnes laudemus. Judei partim combusti sunt, aut partim aliter interfecti fuerunt. O heretici! ite, & querite inter vos similia miracula.

(*a*) Subintellige *manuariam* seu *catapultam*, qua sagittæ, globive ferrei vibrabantur, nam inventio pulverum pyriorum posterius enata. (*b*) Pulkavia hodie *Pulkau* oppidum Austriæ, de hoc breviter Chronicon Oppatovicense apud Pezium ad h. a. (*c*) Itidem oppidum Austriæ.

racula. Christe, per vulnera tua sancta miserere nostri, ignosce peccata populo tuo, ut ad te peruenire possimus. O Maria Virgo purissima, credo per te nobis aduenire graciam certam, ora pro nobis Jesum Christum, ut liquefaciat duriciem peccatorum nostrorum, ut sumere possimus fontem scaturiginis eius, & cantemus cum Sanctis, Amen.

Imperator *Carolus* auxilio fuit valde inimicis suis, & filios suos dilexit, & dum in senectutem deuenisset, & debilitatem in se sensisset, apud Electores hoc effecit, magna illis dona offerens, quod filium suum seniorem (*a*) unanimiter in Regem Imperii Romani adhuc se viuente elegerint.

Anno 1376. dum Imperator *Carolus* in Judicio sedisset, aut res quasdam ponderosas & necessarias egisset, aut de illis deliberasset, semper filius ille (*b*) assidere sibi debuit, eundem admonens dicendo: Chare fili, aduerte diligenter, & disce sapienciam & sciencam a me, ut prout ego ago, ita & tu eciam postmodum agas, dilige eciam amicos, non diuicias, diuicie enim te non effecerunt supremum Regem Christianitatis; si illud egeris, facile victoriam reportabis, & quod bonitate vincere potes & efficere, in his pugnas & bella non adhibe, bella enim tam facile non succedunt; exhibe ut diuiti, ita pauperi honorem, esto alacris ad iuuandum, & age cum illis beneuole & graciose. Non confide in propriam potenciam & proprias vires, & serua amiciciam cum Romano Pontifice, Episcopis & Germanis, si hos conseruaueris, facilius quiete frui poteris. Tali modo instruxit Imperator *Carolus* filium suum in rebus bonis, ducens eum ad sciencias. Hec dogmata filio cor non mouerunt, nec ab illo in memoria seruata sunt, noluit enim consilia eius sequi, & obedire mandatis, usque ad diem hodiernum, & agit, prout ei liber, & videtur; ubi tamen per hec in Imperio omnia bona perdet, quia non agit secundum mandatum paternum. Itaque illum relinquemus in hoc prout agit, usque ad Dei ordinacionem. (*c*)

Imperator ille (*d*) bonam ac magnam pacem ac tranquillitatem induxit ferme in omnibus regionibus, & presertim in Bohemia, & procurauit omnium mercium, que *Venetiis* aduecte sunt, deposicionem primo Prage, quas merces deinde Praga in alias regiones vexerunt, quod commercium adhuc multis annis sub Rege *Wenceslao* durauit; perinde Praga valde populosa facta fuit, mercatores enim ex omnibus ferme regionibus eo cum mercibus suis aduenerunt, alii vero iterum abinde nempe Praga cum mercibus coemptis alio perrexerunt. Et postquam Imperator cum filio suo *Wenceslao* bene tribus annis regnasset, ac feliciter, ante filium suum

(*a*) Wenceslaum. (*b*) Wenceslaus. (*c*) Hæc scriptorem synchronum manifesto innuunt. (*d*) Scilicet *Carolus IV.*

autem 30. annis prospere cum magno Dominatu in Imperio & Bohemia terras gubernasset, Prage morbo correptus, & mortuus est in vigilia *S. Andree* vesperi post Christi *Natiuitatem* 1378., & in arce Pragensi inter fletum & gemitum populi sepultus, nam regnante illo pax, & omnia bona inducta fuerunt; multa monasteria fundauit, antequam obiisset, 33. annis Rex Romanorum fuit, & Imperator 24., edificauit Castrum *Carlstein*, in illo Capellam preciosam construxit, in qua Regni Clenodia & Reliquie asseruabantur, est enim Castrum formosum, & munitum. Item edificauit Castrum *Carlsperg* in limitibus Bauarie ad oppidum *Hor* & *Raystein*, ubi aurifodine sunt. Item fundauit in Noua Ciuitate monasterium *Carlshoff* nominatum, hoc abundanter dotauit. Fundauit & construxit eciam *Nouam Ciuitatem* Pragensem, atque muro cinxit a Wissehrad incipiendo, usque ad *Porzicz*. Item murum edificauit circa urbem *Minorem Pragensem*, a monasterio *Strabouiensi*, per montem *Petrzin*, usque ad *Paruam partem* (*a*) per vineas, volens & ibidem urbem ampliare. Alii dicunt, quod illum murum ideo edificari mandauerit, ut, cum tunc temporis magna annone caricies fuerit, populus laborans alimenta sibi promereri possit. Post mortem suam reliquit quinque filios; *Wenceslaum* filium seniorem, qui mortuo Patre Rex Bohemie effectus fuit; *Joannem*, qui Marchionatum *Lusicensem* possedit, *Sigismundum*, qui factus fuit Rex *Hungarie*, *Josephum* & *Procopium*, qui Marchionatum *Morauie* obtinuerunt. (*b*)

Wenceslaus Rex Romanorum & Bohemie antedicti *Caroli* Imperatoris filius, electus fuit in Regem Romanorum viuente adhuc Patre suo anno 1376. Rex ille Bohemie antequam ad coronationem se contulisset, in regno suo summam magnam pecunie ac rerum aliarum, Equitumque magnum numerum congregauit, & cum tanto apparatu Romam pro coronacione perrexit per *Bauariam* & *Sueuiam*, & quacunque perrexerat, ubique in diuersoriis magna liberalitas fuerat, & rerum abundancia, *Rome*que primo coronatus fuit corona ferrea, sicut moris & Juris est, quamuis autem magnam copiam pecunie habuerit, attamen dum abinde rediuisset, consumptis iam omnibus egebat valde, ita, ut quidam de Proceribus in via fideiussores agere, ac permanere debuerint. Dum tandem in Bohemiam reuersus fuisset, opposuit se illi Dux *Bauarie Klem* dictus, Rex Romanorum esse pretendens, in Bohemiam irrupit, omnia destruens, tandem denuo in Bauariam recessit. Idcirco Rex Wenceslaus misit *Zbinconem* Archiepiscopum, & *Sulek* Prepositum *Chotiescbouiensem* cum exercitu in *Bauariam*, & collocantes se ad pisci-

(*a*) Id est: Micro-Pragam. (*b*) Id est: *Jodocum* & *Procopium*, qui tamen non Caroli IV., sed fratris Joannis Marchionis Moraviæ filii fuere.

piſcinam magnam dictam *Landgrauii*, damna ingencia *Bauarie* intulerunt, volebant quidem piſcinam hanc deſtruere, & aquam dimittere, ſed timuerunt ſubmerſionem hominum copioſorum, qui in pagis infra hanc piſcinam ſitis habitabant, ſecuturam. *Klem* deinde a *Mediolanenſi* magnam ignominiam paſſus fuit, qui maiorem fauorem exhibuit *Wenceslao*, quam Duci *Klem*; interea *Klem* mortuo nullus amplius ſe Regi *Wenceslao* in Imperio oppoſuit. Rex vero *Wenceslaus* habitans in Regno ſuo Bohemie, ad nullas alias regiones amplius, quamdiu vixit, ſe recepit, quamuis eum in Italia continuo deſideranter exſpectaſſent, & vix peruenit, ut coronam Imperialem ſuſciperet. Hoc Rege regnante armis ſe oppoſuit Dominus *Marquardus de Zleb*, inde Rex Wenceslaus indignatus mandauit, ut *Zleb* oppugnetur, & expugnetur, inde Dominum *Marquardum* tranſtulerunt *de Zleb* in captiuitatem, diruerunt & vaſtarunt bona *Zleb Robozicz* & *Zbirob*, tandem mandauit Rex, ut vexilla eius deſtruantur, quia valde contra Regem deliquit.

Rex Wenceslaus a Proceribus captus.

Tandem anno Natiuitatis Domini 1393. Proceres Bohemie ceperunt Regem *Wenceslaum* in die ſancti *Stanislai*, & poſt 15. ſeptimanas iterum eum dimiſerunt. Hec fuit prima eius captiuitas, & ab hoc tempore Rex non fuit auſus unquam fidere Proceribus. Ante hec quatuor annis cicius *Judei* Pragenſes, qui baptizari noluerunt, combuſti ſunt in Paſchate.

Anno 1393. ſubmerſus fuit Venerabilis Doctor *Joannes* Vicarius Archiepiſcopalis Pragenſis ſub ponte Pragenſi ad mandatum Regis *Wenceslai*, ex cauſa, quia contra voluntatem eius confirmauit Abbatem *Cladrubienſem*, & ſepultus fuit in Arce Pragenſi apud *S. Wenceslaum*, ubi nomen eius lapidi inſculptum exiſtit cum ſigno Crucis, quam Crucem in hodiernam usque diem pedibus nullus calcare audet.

Eodem anno annus fuit Jubileus in *Wyſſebrado*, quod Papa *Bonifacius* ad preces Regis *Wenceslai* conceſſit, inceptum hoc Jubileum fuit in Quadrageſima Dominica *Letare*, & durauit usque ad diem Exaltacionis S. Crucis.

Anno Domini 1394. Rex *Wenceslaus* captus fuit non procul a ciuitate *Verona* in *Aula Regia* a Proceribus ſuis Bohemis procurante id Rege *Hungarie Sigiſmundo*, & Joſepho (*a*) Morauie Marchione, abinde deuectus fuit in

(*a*) Ex his jam confirmamur *Jodoci* nomen slavicum eſſe *Joſephum* notans. Nam idem Marchio ſeſe in diplomatibus vernaculis *Joſſt* ſcribit, unde nomen latinum *Jodoci* profluxiſſe videtur, a quibusdam etiam vocatur *Juſtus*, id num originem ſuam ex eadem slavica voce *Joſſt* trahat, an quod fortaſſis *Joſephus* per antonomaſiam *Juſtus* appellatus, quod affirmem, aut negem, non inuenio. Et vero *S. Jodoci* nomen nuſpiam in Martyrologio Romano comparet.

in Arcem Pragensem & turri magne inclusus maxima diligencia custoditus fuit. Post quinque septimanas delatus est *Crumlouium* in Castrum Domini Henrici *de Rosemberg*, tandem ulterius missus *Viennam* usque, ibidem in carceribus munitis tam diu asseruatus est, donec illum Deus iuuisset ex his carceribus per quemdam *Crucigerum Strakonicensem*, qui tandem factus fuit Parochus *Manetinensis*. Rex *Sigismundus* illo tempore ex *Hungaria* in Bohemiam veniens oppugnauit Castrum *Stolycz* non procul a *S. Procopio* distans; & dum intellexisset, quod Castrum expugnaretur, noctu occulte cum omnibus suis recessit, ita quod preter unam vetulam neminem in castro repererint. Ob quam causam Rex *Wenceslaus* a Proceribus captus fuerit, dicitur, quod Imperium sub eo in malo statu constitutum fuerit. Plurimi ad eum, utpote Regem Imperii, aduenerunt, suas illi necessitates exposituri, ille vero hec parum curauit. Admonebant illum sepius Proceres regni, ut actus suos emendet, *Wenceslaus* vero Rex his aurem suam non prebuit, de quo valde dolebant, qua de causa amorem erga eum nullum fouebant, ad hec eciam Rex *Sigismundus* & alii contra illum agebant. Rex tandem eis nunquam amplius fidebat, neque Proceres Regi; Rex itaque sibi familiares de hominibus simplicioribus elegit, talesque dilexit, & plurimum adiuuit, Proceres regni autem non curauit, sed spreuit.

Retro actis tandem duobus annis, anno videlicet 1396. in die estiuali occisi sunt in *Carlstein* Proceres isti: Dominus *Stephanus Opoczensky*, *Stephanus* dictus *Poduschka de Martinitz*, Dominus *Strnad*, & *Markolt*, *Magister Strakonicensis* ab *Hanussio* Duce *Ratyboriensi* patre Ducis Nicolai, atque ita Ducatum suum inquinauit, ut ab illo tempore non nominaretur Dux, sed *Magister Hanussius*, quia Magisterium exercuit cum suis famulis in illos bonos homines. (*a*) Bohemis nulla fortuna in illa gente *Ratiboriensi* fuit, filius enim Magistri *Hanussii* Dux *Nicolaus* etiam deinde quatuor Bohemos Equites Regi *Hungarie* in carnificinam tradidit, ut suo loco dicetur.

Tandem anno a Natiuitate Filii Dei 1400. Magister *Joannes Huss*, *de Hussinecz* patria, cepit concionari in *Bethlehem* veraciter uniuersim, quem, quamdiu concionatus fuit contra malos actus Procerum, Equitum, Ciuium, Operariorum, omnes laudarunt, & amauerunt, quam primum autem se Clero opposuit, Pape, & statui Clericali contradixit, statim multi ab eo recesserunt, vituperarunt eum, apud Papam accusauerunt, & excommunicacionem contra eum ediderunt.

Anno deinde 1403. *Sbinko* Archiepiscopus expugnauit *Milsonem* Zule in

(*a*) Slavicus idiotismus cum ironia cubat in voce *Magister* & *Magisterium*, qui carnifici & carnificinæ applicari solitus.

in *Esaychanow* Castro, quod nunc vocatur Castrum *Kostke*, & mandauit omnes suspendi in Pragensi patibulo, *Zule* vero in supremo loco patibuli cum sociis suis, quos Magister *Huss* comitatus fuit usque prope patibulum, persuadens illi, ut respiciens ad populum dixerit: *Pia Communitas precor, orate pro me ad Dominum Deum.* *Zul* ille pependit 7. annis in unco ferreo, cui insanus mente quidam volens eum detrahere ex patibulo, pedem extraxit, ille enim solebat quemlibet suspensum, quem apprehendere potuit, deponere, & sepelire, aut Pragam deportare, & noctu ante domum collocare aliquam, ut ita ad *S. Stephanum* deportari & sepeliri debuerit, ubi omnes tales homines supplicio affecti sepeliebantur.

Anno Domini 1408. orta fuit discordia inter Magistros Collegii studii Pragensis *Bohemos*, & Magistros *Germanos*, de Vocibus; Germani enim obtinere volebant tres voces, & Bohemi ut tantummodo haberent unam vocem; Id enim factum fuit, dum *Carolus* Imperator Pater Regis *Wenceslai* hoc studium Pragense fundauit, & pro tunc tot Magistri Bohemi non fuerunt, sed ex aliis terris aduenerunt Germani, Magistri facti, Imperator autem volens ampliare studium Pragense pro Jure Magistrorum Germanorum, admisit & concessit, ut Magistri Germani 3. voces habeant, Bohemi vero Magistri unam solummodo vocem obtineant, tamdiu, donec Bohemi Magistri augeantur, ac plures numero efficiantur. In literis eciam his Maiestatis *Caroli* cum aurea bulla, quas concessit pro libertate Magistrorum Pragensium, continebatur, quod hoc studium instituat ad similitudinem studiorum aliarum Regionum; ideo Magistris Bohemis videbatur id non procedere secundum Institutum Cesareum, ideoque coram Rege *Wenceslao* conquerebantur, proficiscentes utrique Magistri ad Regem in *Tocznik*, & alio. Interea conspirauerunt Magistri Germani cum studentibus Germanis, coniurantes, quod si illis 3. voces dempte fuerint, & iuxta voluntatem eorum res non processerit, quod omnes Praga, uno die ex tota Bohemia discedere velint, quod eciam postmodum factum fuit; Rex enim *Wenceslaus* cum Consiliariis suis, Clericis & Secularibus recto iudicio & literis Imperialibus decidit, Magistros Germanos iniusta pretendere contra Bohemos; qua de causa Germani omnes Magistri, Doctores, Baccalaurei, studentes & alii Collegiati una die exiuerunt in alias regiones, in *Saxoniam, Frieslandiam, Bauariam*, & alias terras *Teutonicas*, ita, quod Praga pro tunc exierint numero plures, quam 20000. De quo exitu Germanorum dolentes valde conquerebantur Pragenses, magnos enim fructus ab illis percipiebant, per illos enim Praga valde populosa fuit; multi enim filii magnorum Principum, Procerum, Comitum, Nobilium & aliorum diuitum hominum Prage stude-

ſtudebant & habitabant, mercatores eciam diuites aduehentes merces varias Pragam filiis ſuis Prage ſtudentibus, ut illas vendant, & alias merces Prage coementes Parentibus ſuis ad regiones alias tranſmittant. Tanta illo tempore copia ſtudioſorum Prage exiſtebat, ut qui oculis propriis non conſpexit, nemo credere poſſit; qui omnes Collegio adſcripti fuerunt, prout mihi bene conſtat, & a Magiſtris ſenioribus relatum fuit; noticiam nempe hanc dedit nobis Magiſter *Joannes Przibram*, Magiſter *Borotin*, *Mathias Lauda*, *Joannes de Wiekowec*, & alii ſtudentes, aſſerentes, quod illo tempore inrotulati, id eſt ſtudio adſcripti fuerint 34000., exinde non tantum Pragenſis ciuitas, ſed totum Bohemie regnum honorem & fructum retulit. Verum deinde Germani valde aduerſabantur Bohemis, opprimentes illos, & linguam Bohemicam ſpernentes, & ideo ab illis ſimilia Magiſtri Bohemi amplius ſufferre non volebant. Omnes illi, qui Praga exiuerunt, longo tempore in vera fide Prage commorabantur, tandem autem dum Magiſter *Huſs Conſtanciam* perueniſſet, contra illum agebant, & magna pars illorum cauſa fuit illius mortis. Exiuerunt autem Praga Germani anno Domini 1409., prius vero plus quam unius anni ſpatio controuerſia inter Germanos & Bohemos durabat.

Anno a Natiuitate Domini 1410. die Mercurii poſt feſtum Diuiſionis SS. Apoſtolorum in area Archiepiſcopali in Minori urbe Pragenſi combuſti fuerunt libri cuiusdam Magiſtri *Wykleffii* nacione *Angli;* Ob hoc magna contencio exorta fuit, quidam enim aſſeuerabant, quod preter *Wykleffii*, multi alii libri combuſti fuerint, ideoque conſurrexerunt maxime Aulici Regii contra Canonicos, & Clerum, & cum illis uniuerſus populus ac communitas Pragenſis, quidam enim adherebant Canonicis ac Clero, alii partem tenebant Magiſtri *Huſſii*, ita, quod cantus contra ſe inuicem compoſuerint, & ab hoc tempore magne diſcordie inter incolas vertebantur. Clerus, qui in arce habitabat, hec aduertens, eos, qui Magiſtro *Huſs* adherebant, immiſericorditer puniebat, virgis flagellans, ideo odium magnum in populo contra Clerum fuit exortum, & eciam inter incolas ipſos, contra ſe inuicem componentes, & per ciuitatem ambulantes cantarunt, contendentes de concionibus Magiſtri *Huſſii;* Quidam dixerunt eum veritatem contra Clerum predicaſſe, alii id negabant, & ita rixabantur, ut tandem grandia mala & bella exinde orta ſint, ut poſtea dicetur.

Sequenti anno 1411. *Sbinco Zagicz de Haſenburg* mortuus fuit *Presburgi* in *Hungaria* in feſto *S. Wenceslai*, abinde deuectus Pragam, fuit ſepultus in arce Pragenſi ad *S. Wenceslaum* infra nouam turrim, ubi campane aſſeruantur, honorifice cum magno populi planctu, multi enim illum lauda-

laudabant, & in hodiernam diem laudant, qui eum nouerunt, afferentes eum fuisse virum bonum & estimandum alias, si modo illum Canonici ac Clerus consilio suo non peruertissent. Quidam dixerunt, illum ideo ex Bohemia recessisse, quod Pape noticiam dederit de heresi in Bohemia exorta, petens, ut hanc Pontifex remedio quodam impediat, antequam inualescat, tandem ab illo petitum fuerit, ut illos deferat, & nominet, qui hanc heresim causauerunt, quo citius illis emendatis malum hereseos auertatur. Super que petita autem ille non respondit, & aduertens, quod de his plura duriora perferenda haberet, discessit ex Bohemia volens pergere ad Regem *Hungarie Sigismundum*, antequam autem ad illum peruenisset, mortuus fuit *Presburgi*. Tandem factus est Archiepiscopus in Bohemia *Albik* Magister magnus in medicina, Germanus, de quo populus dicebat, quod Archiepiscopatum hunc sibi pecunia comparauerit, diues enim valde fuerat, hic sibi sepulchrum valde decorum ad Beatam *Matrem ad Cunas* fieri fecit, ibi sepeliri volens, quod autem illi non successit, nam deinde sepulchrum illud totum destructum fuit, & pecunia in hoc impensa inanis fuit. Hic Magister *Albik* auarus valde fuit, Equitatum nullum, nec armigeros clientes, inseruientesque habere voluit, ne stipendia illis extradere & soluere cogatur. De hoc Archiepiscopatu & *Wissebradensi* Decanatu permutando post aliquot septimanas egit cum illo *Conradus* Sub-Camerarius ante Laicus, ac Judicii assessor. Magister *Albik* tandem adhuc aliquo tempore Prage morabatur, ac postea ex Bohemia discessit alio, & ibidem mortuus fuit.

Conradus vero eciam Germanus, & etate prouectus oppignorabat ciuitates & bona Archiepiscopatus, & pecuniam congregabat, que bona hucusque oppignorata existunt, solum *Raudnicium* sibi reseruans, ubi habitauit, donec tandem eciam *Raudnicium* tradidisset Domino Joanni *Smirziczky*, qui *Conradum* ad mortem usque aluit, & tunc cessauit Clero ordines conferre, ita quod propter dissensiones in Bohemia & *Morauia* ordinatio Cleri per Suffraganeos admissa non fuerit, timebatur enim, ne plures adhereant Magistro *Joanni Huss*, qui contra Clerum predicabat, prout & iam aliunde multi de Clero, & de Magistris adherebant illi, imo fere tota communitas Pragensis, exceptis Germanis, & Senatoribus; in Senatu enim tunc in urbe antiqua Pragensi omnes Germani fuerant.

Anno Domini 1412. die lune ante festum *S. Margarethe* capite truncati fuerunt tres in Antiqua urbe Pragensi propter Indulgencias. Indulgencie vero erant tales; miserat tunc Papa literas suas & bullam Pragam, notificans, quod ediderit Crucintam contra Regem *Apulie Ladislaum*, ut incole Papam adiuuent congregata quadam pecunia, quod participes fient

bonorum operum omnium, acsi presentes ibidem forent, & quod absoluentur a pena & culpa &c. Contra quas Indulgencias se opposuit Magister *Joannes Huss*, cum multis aliis Magistris, & die indicta intimationes scriptas ubique Prage secundum consuetudinem Magistrorum, ferme in omnibus Ecclesiarum portis Pragensium, & in arce ad *S. Wenceslaum*, & alibi ubique distribui & affigi iusserunt, ubi plurimi homines transire solent; inuitantes omnes, & singulos Doctores, Magistros, Licenciatos, Baccalaureos, Studiosos, Monachos, Clericos, & omnes, qui venire, & se opponendo contradicere ei vellent, ut veniant ad Collegium *Lectorum ordinariarum Disputacionum* (ibi enim se magna copia hominum congregare potuit) sub Rectore Uniuersitatis Magistro *Marco*. Positio autem latina hec scripta fuit ubique: *Utrum secundum legem Christi licet & expedit pro bonore Dei, & salute populi Christiani, & pro commodo Regni bullas Pape de ereccione Crucis contra Regem Ladislaum Apulie & suos complices Christi fidelibus approbare.* Hec intimatio ideo scripta & portis appensa prius fuit, ut omnes sciant, super que respondere debeant, & de hac Posicione preuie cogitare possint. Die itaque assignata de posicione hac Magister *Huss* omni eloquencia sermocinatus fuit, & conclusit multis pregressis probacionibus, quod non competat Pape pecunias expetere contra effusionem sanguinis Christianorum. Tandem Doctor senior, Doctor *Wlk*, Doctor *Gbel*, & alii, prout illis expedire videbatur consiliis suis & votis, sedentes in stallis suis, respondebant, & multi Magistri sine omni contradiccione assenciebant sentencie Magistri *Hussii*. Dum vero votum deuenisset ad Magistrum *Hieronymum*, hic eciam Magistro *Huss* consensum suum prebuit prolixo & eloquenti valde sermone, & loquens adhuc surrexit de sede sua, volens adire Curiam ad Senatum, ibidem propositurus, falsas esse has Indulgencias, cum quo simul magna copia studiosorum assurgens, eum comitari voluit; Rector autem Uniuersitatis pulchro sermone hanc rem sopire satagebat, super que Magister *Hieronymus* his verbis Magistrum *Marcum* bohemice allocutus est, dicens: Audi Magister *Marce*, tu pro me collum tuum & vitam non perdes, ego ipsemet illam dare paratus sum. His dictis denuo latine proposuit: *Nonne sanctus Paulus dixit; scio amodo, cui credidi, & certus sum, quia potens est, depositum meum seruare in illum diem.* Postquam hec acta finita fuissent, longe plures studiosorum hac die secuti fuerunt Magistrum *Hieronymum*, quam Magistrum *Hussium*, comitantes illum ad diuersorium, valde enim illis placuit sermo, quem in hoc actu proposuit. Magister *Huss* deinde in omni fere concione sua in *Bethlehem* persuadebat populo, ne pro his Indulgenciis pecuniam ullam dent, nam erant preparate tres valde bene

bene ferro munite ciste, quibus homines pecuniam imponere debebant, pro subsidio aduersus Regem Apulie dando, quarum una cista fuit in Ecclesia Arcis Pragensis apud *S. Wenceslaum* retro altare S. Viti, ubi plurimi hominum transeunt. Altera cista fuit in *Wissebrado*. Tercia apud Beatam Matrem in *Teyn*.

Tres illi igitur, de quibus supra dictum fuit, quia aduersus prohibicionem Senatus Indulgenciis contradixerunt, dicentes, illas esse falsas, in Urbe Antiqua capite plexi sunt, sed cum magno timore id factum fuit. Multa dicenda essent, que, antequam illi decapitati fuissent, facta fuerint, illud enim contigit die Lune; pregressa autem die Dominica tempore concionum illos ceperunt, quorum unum adduxerunt ex arce, alterum ex monasterio *S. Jacobi*, tercium ex *Teyn* ex Ecclesia Matris Dei; hoc solum enarrabo (*fui enim tunc presens die Lune hora quasi terciarum, quando auditum fuit, quod illi tres capti fuerint propter Indulgencias*) que fama eciam ad Magistrum *Huss* deuenit, quibus auditis, Magister *Huss* cum multis aliis Magistris & studiosis processerunt ad Curiam, petentes, quod velint captiuis colloqui. Itaque factum fuit, quod aliquot Magistros ad Senatum admiserint, alii omnes Magistri cum studiosis manserunt ante Curiam stantes, quorum ad duo millia fuerunt. Ibi Magister *Huss* Senatum allocutus fuit, petens, ut illis tribus captiuis propter has Indulgencias nihil mali inferatur, dicens, se ipsum esse causam, quod his Indulgenciis contradicatur, sed antequam illis tribus mala inferrent, ut pocius sibi id faciant. Senatus ei respondit, & aliis Magistris, qui cum illo adfuerunt, quod his tribus personis nullum malum inferetur, ut cum suis domum recedant. Magister *Huss* confidens dictis illorum, quod nil mali pacientur, bono animo cum omnibus suis recessit in *Bethlehem*, alii vero eum prius comitati, in suas iuerunt habitaciones, populus vero uniuersus permansit in foro expectans euentum huius rei. Altera die mane mandatum fuit preconi, proclamaret, ut omnes incole pauperes & diuites in foro conueniant; & mox desuper promulgatum fuit denuo, ut omnes ex foro domum se conferant. Tandem mandatum fuit a Senatu Judici, ac carnifici, ut ille tres persone educantur, & capite plectantur. Omnes tunc Senatores Germani fuerunt una cum militibus Curie; exiuerunt igitur de Curia milites copiosi, & circumdantes hos tres supplicio afficiendos arcte, non deduxerunt illos ad locum supplicii ordinarium & consuetum, sed ante domum telonceariam illos decapitauerunt, ubi quedam pietatis amans mulier telam pro inuoluendis illis corporibus ac tegendis obtulit.

His peractis Magister *Gitczin* cum magna copia Magistrorum, Bacca-

laureorum, ſtudioſorum, & aliorum de communitate hominum tranquille ſine omnibus armis venientes, & corpora hec leuantes, non inſinuantes ſe, nec petentes a Senatu, deportauerunt in *Betblehem*, reſponſorium illud: *Iſti ſunt ſancti &c.* alta voce cantantes (quod reſponſorium diebus ſanctorum Martyrum canitur) illaque audacter, & cum leticia magna ad ſepeliendum tradiderunt; hoc videntibus militibus armatis cum Senatoribus, multi eciam ſtudioſi cum virginibus, & Dominabus ſecuti ſunt hec corpora cum magno fletu & planctu deuote ad ſepulchra uſque deplorantes illos, utpote hanc mortem non promeritos. Illo tempore, dum hos carnifex decollare voluiſſet, ſtatim in eodem loco ſe populus oppoſuit, antequam Magiſter *Gitczin* veniſſet, & quamuis quidam propterea incarcerati fuerint, nulli tamen nocere auſi ſunt, videntes magna diſturbia in populo eſſe propter hos ſupplicio affectos; ſed relicti ſunt in carceribus per noctem. Altera die mane incarceratis mandatum fuit, ut apud Senatum compareant, dum autem ex carceribus exiuiſſent, clauſis denuo carceribus, & curia, domum eos ire iuſſerunt, & ne ante Curiam ſtantes permaneant, ſed domum abeant, compulerunt. Sed quo magis illos abegerunt, eo plures conuenerunt, & quamuis hos ſepe diſpulerint, poſt exiguam temporis moram iterum congregati fuerunt, & de rebus his actis diſcurrerunt; que autem lictores cum illis egerint, omittam, ne mala incurram.

Prima Dominica de preterito actu Magiſter *Huſs* in concione nullam fecerat mencionem, quamuis magna copia hominum propterea in *Betblehem* conuenerit, ita ut dixerint aliqui, quod eidem lictores & Senatores os occluſerint; altera ſtatim deſuper Dominica de his ſermonem valde dilatauit, actui huic ſe opponens, illosque tres laudans, atque quemlibet illorum decapitatorum pro tanta parte auri eſtimans, quantum quilibet ponderaret. Plura de his inuenies latine deſcripta, ſi indagare libet.

Hoc anno 1412. ingens ventus fuit in die *S. Catharine*, quem alias fuiſſe nullus meminit ad hec usque tempora, qualem deinceps auertere dignetur Deus; hic ventus in toto Regno aduertebatur, ita, quod per eum multa edificia corruerint, in ciuitatibus & pagis; item tecta de domibus deiecit, arbores fregit, & euertit.

Anno Domini 1413. fuit interdictum Prage a Papa publicatum, ita, quod in tota ciuitate Pragenſi, excepto *Wiſſebrado*, Diuina officia celebrari non potuerint, id factum fuit propter Magiſtrum *Joannem Huſs*, quamdiu Prage moraretur. Hoc intelligens *Huſs*, diſceſſit Praga, in aliam Prouinciam *Kralowecz* dictam, abinde pergebat in oppida varia, & in pagos, & ibidem concionabatur, maxime ubi aduertit feſtum aliquod vel Encenia celebra-

lebrari, quocunque autem se receperat, secuta est eum copia hominum, & ex omni parte ad eum confluebant; ibi tamdiu morabatur, donec perrexisset *Constanciam*.

Anno Domini 1414. dum ex *Kralowecz* perrexisset *Constanciam*, Rex Romanorum & Bohemie *Wenceslaus* misit cum illo pro securitate & saluo conductu Nobiles Dominos Wenceslaum de *Lestna*, & D. *Joannem* Equitem de *Chlum*, *Lepka* dictum, ubi in via nihil mali illi contigit, sed dum *Constanciam* peruenissent, statim Magistrum *Joannem* ceperunt, & uno anno in carceribus detinuerunt.

Hoc anno, quando in duris carceribus *Huss* detentus fuit, Magister *Jacobellus Misa* (a) scripsit intimacionem, & inuitauit Doctores, Magistros, Baccalaureos, & alios, ut respondeant super illa, que in scriptis suis posuit de Communione Corporis & Sanguinis Christi, & horum distribucione inter populum, & de his agebatur in Collegio, in sedibus Magistralibus secundum ordinem, ritum & consuetudinem Collegiorum, quo eodem anno statim populo distribuere inceperunt, & communicare *sub specie duplici*, incepit hoc agere Prage sacerdos apud sanctum *Martinum*, & populo distribuit communionem *sub utraque specie*.

Hoc anno Rex *Wenceslaus* misit quemdam *Raczek Kobyla Kuttenbergam*, ut sibi quandam solucionem de pecunia sua tribuant. Hoc intelligentes metalli fossores conuenerunt in magna copia, & aggressi sunt domum illam, ubi *Raczek Kobyla* hospicium gerebat, & eiecerunt atque expulerunt omnes ex illa domo mactantes omnes, *Raczek* & seruos eius, excepto *Borzita de Strzedek*, qui se abscondens euasit mortem. Rex *Wenceslaus* his offensus eo proficisci, & vindicare constituit, sed donis argenteis placatus, fossores reliquit impunitos, ipsimet vero fossores duo scuta fieri fecerunt pro pena, ut Rex sibi persuaderet, illos de hoc actu dolere.

Non pridem ante hoc factum, quidam de illis fossoribus processerunt ad Encenia ad oppidum *Malin* non procul *Kuttenberga* distans, de quibus aliqui intrarunt agrum, ubi pisa maturescebant, & aliquid de pisis decerpserant, rustici hoc aduertentes, ex agro illos pepulerunt; fossores illi euntes ad ciuitatem *Kuttenbergam* congregarunt ingentem copiam aliorum metalli fossorum, & intrantes oppidum *Malin* incenderunt illud, qui igitur ex oppido illo de incolis fugerunt, occisi sunt a fossoribus, qui vero in oppido permanserunt, combusti sunt. Hoc factum fuit in Enceniis illorum, & hodiedum hoc oppidum in ruinis iacet.

Anno Domini 1415. in octaua sanctorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum com-

(a) Id est Misnensis, seu Strzibrensis.

combuſtus fuit Magiſter *Huſs* Conſtancie, condemnatus ad hoc a Concilio *Conſtancienſi* propter quosdam articulos, quos Prage & in Bohemia docuit, ad quedam reſpondebat in Concilio, quedam negauit quamdiu potuit, quedam confeſſus eſt, quedam ſeu non ſua eſſe, ſeu immutata, ſeu adiecta, ſeu truncata dixit. Recedere vero noluit a ſuis ſentenciis, quas Prage, & in Bohemia predicabat, niſi ille ex ſcriptura textu meliori improbate (*a*) fuerint. Combuſtus vero fuit in preſencia Regis *Hungarie Sigiſmundi*. Rex Bohemie *Wenceslaus* cum ſuis aulicis, & aliis multis Nobilibus exinde valde indignatus fuit, dicens illud ipſi fieri non debuiſſe cum tali saluo conductu & ſecuritate data in contemptum Regni & Corone Bohemie, & contra Clerum valde exacerbatus dicebat, illum magnam cauſam fuiſſe combuſtionis *Huſſii* propter teſtimonium, quod contra eum ſcriptum ediderant; quidam eciam perſonaliter ibidem adfuerunt, prouti *Michael de Cauſis*, Parochus a S. *Adalberto ex Smradars &c.* qui hac de cauſa nunquam amplius in Bohemiam reuerti auſi ſunt. Qui de his plura reſcire vult, quomodo *Conſtancie* cum illo egerint, legat vitam Magiſtri *Huſſii*, quam ſcripſit Magiſter *Petrus de Mladiegowicz*, qui illo tempore ſcribam egit *Conſtancie* apud Dominum *Wenceslaum de Leſtna* ſupra nominatum.

Anno tandem Domini 1416. die Sabbathi in feſto Aſcenſionis Domini *Conſtancie* combuſtus fuit Magiſter *Hieronymus Pragenſis*, condemnatus a Concilio, maxime ideo, quia edixit, & confirmauit, quod Magiſter *Huſs* innocenter morte affectus fuerit; qui reſcire vult, qualis ille homo fuerit, legat epiſtolam, quam ſcripſit *Pogius Leonardo Kretinenſi*, qui his omnibus preſens interfuit. *Pogius* ille fuit ſupremus ſcriba & Cancellarius in aula *Eugenii* Pape, & non pridem mortuus, (*b*) nacione *Italus*, ille in ſua epiſtola maxima laude effert Magiſtrum *Hieronymum*.

Eodem anno die Jouis & Veneris poſt feſtum ſancti *Mauricii* viſa fuit Crux rubra cum ſerpente & enſe ſanguineo in medio firmamenti, eo loco, quaſi ſol in meridie ſubſiſteret.

Eodem anno, ſicut & precedenti *Tiſta de Przimda* cum ſuis magna damna cauſauit ciuitatibus & bonis regiis, de quibus Dominus Joannes de *Leskow* Sub-Camerarius quodam tempore, die Martis Bachanalium in oppido noctu ſub arce aleis ludentes cepit plures quam triginta, qui omnes Pragam aduecti ſuſpenſi fuerunt, inter quos tres fratres fuerunt.

Tan-

(*a*) Id eſt: confutatæ. (*b*) Ex his conjice, quo tempore author hic ſcripſerit, ſcilicet circa annum 1460. Nam Poggius hic prænomine *Franciſcus* paſſim *Florentinus* dictus mortuus eſt anno 1459., quem a ſuis vehementibus minusque civilibus ſatyris ipſi heterodoxi damnant. Epiſtolam vero hanc de laudibus Hieronymi, nusquam ab authoribus relatam reperio, qui ejusdem opera recenſuerunt.

Tandem anno Domini 1417. Dominus *Czenek*, & Dominus *Ulricus de Rosenberg* die Jouis in octaua Corporis Christi *Krumlouii* preceperunt Capellano suo *Joanni Biskupecz*, ut in Cathedra promulget, ut omnes Parochi quot quot sunt in Dominio Domini de *Rosenberg*, qui non voluerint Communionem *sub utraque specie* populo administrare, ut commutent Parochias suas cum illis qui *sub utraque specie* Communionem exercent, hec gracia, quod illis faueatur, & id quidem ad tempus prescriptum. Qui vero id agere noluerint, parochiis priuabuntur. Idcirco inuitauit omnes suos Parochos ad Castrum pro prandio, quo prandio finito preceperunt hi Domini de *Rosenberg*, ut Parochi propius accedant, quos quidam Dominus *Lopata* Patruelis Dominorum de *Rosenberg* allocutus fuit, hoc modo, sicut mane Capellanus *Joannes Biskupecz* ex mandato Dominii populo proposuerat. Abbas *Trebonensis* iniens consilium cum suis fratribus locutus fuit loco aliorum sacerdotum, ut sibi concedatur ad hec cogitanda & perpendenda longius temporis spacium, quod illis eciam admissum fuit; interea tamen Magistrum *Wissnie* Parochum de *Swiniow* remouerunt, & elegerunt sacerdotem *Mnischbek*; ille Magister *Wissnie* quidem fratrem habuit *Krumlouii* Burgrabium Dominum *Mathiam Wissnie* multis annis existentem, ideo tamen nihil efficere potuit frater pro fratre intercedendo. Item ex *Wlaschim* Parochum expulerunt, & loco illius assignarunt sacerdotem *Martinum Sowa*; quod & in aliis Ecclesiis fecerunt; In his tamen omnibus actis ipsemet presens non fui in Castro, sed extra Castrum.

Anno Domini 1418. & paulo cicius Dominus *Plawensky* bellum mouit contra Regem *Wenceslaum* succurrens *Tiste de Przimda*, Rex hec aduertens misit copias contra Dominum *Plawensky*, & expugnauit Castrum *Hasystein*. Agnoscens autem *Plawensky*, quod bello contra Regem parum efficeret, gracie Regis se subiecit, & veniens Pragam ad Regem sine omni comitatu se obtulit, Rex vero vita illum non priuauit, sed eum ad carceres curie Antiquo-Urbensis custodiendum tradidit, ubi tamdiu detentus fuit, donec Rex *Wenceslaus* finiuisset vitam. Quomodo autem ex hoc carcere liberatus fuerit, an cum honore, aut aliter, loco suo dicetur. Interim copie Regie conuertentes se versus *Przimdam*, hanc oppugnare voluerunt, quod *Tista* intelligens, pacem iniuit & concordiam cicius, quam illuc peruenissent. Qualiscunque enim Rex *Wenceslaus* in moribus & voluntate fuerit, attamen ubicunque bellum gerebat, omnia illi feliciter succedebant, prout id tentauit in *Skal* & alibi, & plus pacis effecit Prage existens aut in *Toczník*, in *Nouo Castro*, aut in *Kundraticz*, quam frater illius *Sigismundus* Rex Hungarie per alias regiones proficiscens.

Anno

Anno Domini 1419. die Dominica in ſyllaba *ab -- da -- pe -- Steph* (*a*) grandis & inauditus caſus contigit in *Noua Ciuitate* Pragenſi, Senatores enim ex feneſtris Curie deiecti ſunt, & Judex *Nicolaus* immiſericorditer interfectus fuit. Statim deinde poſt hec die 18. id eſt die Mercurii poſt Aſſumpcionem Beate Virginis *Wenceslaus* Rex apoplexia tactus mortuus fuit ob affliccionem nimiam, quod Pragenſes rebelles facti Senatores ex Curia deiecerint, & decidentes lanceis, gladiis, enſibus exceperint, perforatos autem iam occiderunt; ſed veſtibus non exuerunt, imo veſtes, quibus induti fuerant, & circumdati, reliquerunt, cingula & mitras ſuper eos ponentes. His auditis Vetero-Pragenſes Conſules inierunt concordiam cum Ciuibus & communitate ſua formidantes, ne hec ſibi, ſicut Neo-Urbenſibus accidant.

Fama hucuſque in toto Regno diuulgata eſt: quod ſub imperio Regis *Wenceslai* tanta quies & tranquillitas fuerit in Regno Bohemie, ut aurum in capite portantem, & in via publica procedentem, nemo impediuiſſet, aut perturbaſſet. De hoc Rege eciam dicitur, quod iuſticiam tam pauperi, quam diuiti equaliter adminiſtrari preceperit. Imo ipſemet omnibus attendens veſtes ſepe permutauit, piſtores acceſſit, panem conſiderans, & emens, quem ſi iuſti ponderis eſſe deprehendit, illum ſoluens abiit, ſi vero debitam quantitatem panis non habuit, ſe, quis ſit, agnoſci procurauit, panem hunc auferri iuſſit, & pauperibus ac ſcholaribus diſtribui, piſtorem vero in vita vel bonis puniuit. Similiter eciam fecit lanionibus, epocillatoribus, & aliis omnibus operariis, alio & alio modo, pro cuiusuis circumſtancia opificii, eos tentando in vendicione illorum, & probando; quadam eciam vice ad labores vinee ſe contulit, conſiderans, quomodo inter illos laborantes agatur, ac tota die cum illis fodens laborauit, & reſciens eorum laborandi conſuetudinem, ſtatuit, ut operarii ad tempus meridianum ſumentes prandium, una hora quieſcant, ſimiliter eciam, quando a laboribus ceſſandum illis ſit, conſtituit. Multa ſcribenda forent, quomodo cum Compagnia quadam egerit, noctu cum illa *Prage* obambulans, & alia multa; ſed hec omittam, tantum Deus anime illius miſereri dignetur.

Mortuo itaque Rege *Wenceslao*, ſtatim altera die Jouis populus ac Communitas, nullum timendum habens, aggreſſi ſunt monaſteria, & alias Eccleſias, ibidem primo imagines, & organa concuſſerunt, deinde monaſteria

(*a*) Hem rurſus Calendarii illius *Ciſio Janus* veſtigium, de quo copioſe egimus T. III. Monumentorum. Legendum vero *Ab - don*, quæ ſunt duæ poſtremæ ſyllabæ menſis Julii, & *pe Steph* primæ incipientis Auguſti, ita ut in dierum horum aliquam Dominicam incidiſſe perhibeatur. Fuit autem anno 1419. litera Dominicalis A, ut proinde id 30. Julii geſtum fuiſſe ſciamus.

ria & habitaciones Monachorum diruerunt. Die Veneris statim post mortem Regis monasterium *Carthusianorum* combusserunt, & monachos Pragam perduxerunt. Quidam de his induit vestem Monachorum, & ornatum sacrum pro Missa, irridens eos, & ita Pragam intrauit; Pragenses deinde eum ideo capite truncari iusserunt. Diruta sunt eciam monasteria *Brzewnouiense, Strabouiense, Plassense, S. Thome* Pragense in Parua parte, Beate *Matris* ad pedem pontis, *S. Clementis, S. Benedicti*, sancte *Marie Magdalene*, in *Carlshoff, S. Catharine*, ad *S. Ambrosium*, ad *S. Franciscum*, in *Borzicz*; valde magnus tumultus itaque Prage fuit, Canonici, mercatores, Ciues diciores multi *Praga* recesserunt, alii se receperunt ad arcem ad *S. Wenceslaum*, quibus omnibus recedentibus ciste fuerunt euacuate, & bona ablata.

His diebus Dominus de *Plawna*, qui iam diu in carceribus detentus fuerat, dimissus fuit, id quidem hoc modo; Primo promittere debuit sub fide & honore cum Pragensibus esse, & hanc partem tenere, que *sub utraque specie* communicat. In testimonium, & confirmacionem statim sub duabus speciebus omnes communicarunt. Secundo promisit sub eadem fide Pragensibus, quod pro hac ex carceribus dimissione 22. vascula pulueris pyrii dare velit, dedit illis autem tantum puluerem de carbonibus tilee, solum in parte superiori consperssum puluere pyrio. Nulli igitur promissioni Pragensibus facte satisfecit, sed usque ad mortem contra illos agebat, ideoque vexillum eius diu in urbe antiqua in loco inhonesto (*a*) pendebat ultra duos annos, una cum vexillo Domini *Joannis Misteczky Rzebrzik*, qui eciam Pragensibus adherere promisit, tandem se illis opposuit, & contra illos egit, preſertim de Castro *Liebemburg*, ubi valde ferocem Burggrauium habuit *Lisska* dictum, quem quidam nomine *Mocibus* adiuuit, ubi tandem cum fratribus ad mortem usque habitauit. Seuerus contra fures fuit, quos omnes suspendi iussit, fuit eciam *Wlassimii* Burggrauius apud Dominum *Trczka* usque ad mortem.

Tandem illo anno in die sancti *Michaelis* magna colleccio & conscripcio hominum fuit apud cruces in via publica; qua *Beneschouio* Pragam itur, huc venerunt ex variis urbibus & pagis, sed Praga plurimi hominum exierunt, quidam in curribus vecti ad hanc colleccionem, aggregauerunt autem eciam sibi sacerdotes. Imo iam viuente Rege *Wenceslao* inceperunt homines congregari in montibus, quos nominabant *Horeb* & *Tabor*, alii *Beranek*, (*b*) alii *Virides montes*, *Nicolaus Husky* nominauit *Montem Oliueticum*,

(*a*) Scilicet ad columnam profanam, seu numellam. (*b*) Id est: *Agnum*. Hem veram & propriam originem, quod *Fratres Bohemi* se etiam *Aguinos* Lammbrüder appellaverint, ho-

cum, dum se ibidem collocassent, multi hominum occisi, & combusti a *Boburslao de Sswamberg*, prius quam annus elapsus fuisset. Homines autem illi tantum congregati fuerunt, qui *sub utraque specie* Sacramentum sumpserunt, alii vero se illis non facile immiscuerunt. Populus autem a Crucibus illis in magna copia cumulatim Pragam properauit versus *Wissebradum*, & transierunt *Wissebradum* accensis facibus, nox enim tunc fuerat. Hic aliquis mirari posset, quare *Wissebradum* militibus non muniuerint, illud transeuntes, de quo tamen Castro paulo post Pragensibus eodem anno multa mala illata sunt, & illud cum expensis & profusione sanguinis magna expugnare debuerunt? Judicamus id eo factum fuisse, quod nempe *Wissebradum* ideo non militibus obsederint, quod necdum bellum inceptum fuisset; His dein se adiunxit sacerdos *Koranda*, qui eo tempore concionator extitit *Plsne*, hic exiuit urbe cum Corpore Christi magna copia hominum eum comitante, & dum ad urbem *Rokyczanam* venisset, incole illos in ciuitatem immittere noluerunt, sed debuerunt ex parte circa ciuitatem procedere. *Rokyczanenses* vero ex ciuitate exiuerunt ad quandam vineam, ibidem armati & muniti eos expectabant, furentes enim fuerant contra *Plsnenses*. In hac hominum colleccione quidam Nobilis nomine *Zawissius* equitans admonebat populum, ut cuidam homini pauperi soluant semen in campo a populo transeunte & equis conculcatum, ob quod congregauit multum pecunie, quam dedit illi rustico, cuius ille ager fuerat; ab illo vero tempore viam non excesserunt, quando ad montes procedebant, nec amplius per agros profecti sunt, ut incolis in fructibus agrorum non nocerent, & solummodo baculos gestantes, veluti peregrinantes processerunt; hec autem omnia paulopost mutata fuerunt. Antequam vero *Pragam* iuissent, intimauit Clerus populo, ut conueniant omnes in die sancte *Ludmille* ante festum *S. Martini* Prage.

Dum igitur tempus aduenisset, quo populus pro illa die se *Prage* congregare debuit, tunc illi Proceres, qui a Rege *Hungarie Sigismundo* soluti fuerunt (*a*) & in Castris Regiis munitis constituti erant, omni conatu dehortabantur populum, ne se conscribi, & congregari sinant; & ob hec postea bellum inceptum fuit. Quando enim *Plsnenses, Clatowienses, Tustenses*, & *Suticenses* pro illa die indicta conuenerunt, prius sibi notificarunt, ut prima die pro pernoctacione conueniant *Zynkouium*, quod & factum fuit, & hi primo conuenerunt armati & muniti cum curribus, nam dum voluerunt ad peregrinacionem ire, mandauit eis *Coranda*, ut arma secum accipiant.

hodieque appellent, qui scilicet & hodie agnum Apocalypticum libro signaculis munito incubantem pro signo passim gerunt, ut vel ex ipsorum impressis hoc sæculo libris liquet.

(*a*) Id est Regis Hungariæ stipendiarii erant.

ant. Altera pernoctacio eorum fuit *Brzeznicii*, & tercia *Knine*, ubique populus magis ac magis augebatur, & ita congregata fuit magna copia hominum. Eadem nocte ad illam collectam multitudinem missus fuit nuncius ab *Ustensibus*, qui eciam iam ad hanc peregrinacionem exiuerant, postulantes ab his, ut expectarent, quod iisdem associati una cum illis pergere, ac procedere intendant Pragam; Illis solis enim esse difficile transire, cum in via inuigiletur illis, & impediantur a Regiis militibus, prout eciam illud in veritate fuit factum. *Kninenses* igitur obuiam illis processerunt armati in quinque curribus, atque transire debuerunt fluuium, & antequam a fluuio medio milliari progressi fuissent, conspexerunt duplices copias hominum, quorum pars una equestris armata fuit missa a Domino *Petro de Konopischt* cum aliis militibus *Kuttenberga*. Altera pars, & hominum copie, fuerunt *Ustensium*, ille, quibus obuiam missi fuerunt *Kninenses* cum illis quinque curribus, quorum circiter trecenti numero fuerunt una cum mulieribus. Conspicientes hoc illi, qui missi sunt obuiam *Ustensibus*, consuluerunt inuicem, quid agendum sit, anne *Kninam* reuertendum, aut versus *Ustenses* procedendum; conuenerunt igitur in hoc, ut mittant pro reliquis *Kninensibus*, atque statim omnes se sequantur. Interim *Ustenses* elegerunt sibi quendam montem, in quem omnes confugerant. Dominus *Petrus* pariter prius cum suis copiis ad montem alium se recepit prope *Ustenses*, & non diu expectans (ne *Kninenses* congregari possint, & uniri *Ustensibus*) aggressus fuit cum parte sui populi *Ustenses*, & illos ita repressit, quod equestres copie eius omnes pertransiuerint *Ustenses*. (*a*) Fuerunt autem Domini *Petri* equites numero 1400. cum multis vexillis, dum vero pars altera de copiis Domini *Petri* eos aggredi voluit, subdiderunt se *Ustenses* Domino *Petro*, ubi occisi & vulnerati eciam aliquot in loco iacuerunt. In hoc conflictu *Kninensibus* se iunxerunt plures quam 100. *Ustenses*, non procul enim abinde eciam se in monte quodam *Kninenses* collocauerant, defendere se volentes, & murum subito de lapidibus siccis edificantes, ut equites tam facile eos aggredi non possint. Equites Domini *Petri* inceperunt illos aggredi, cogere eos volentes, ut se Domino *Petro* subiiciant, ne illis id accidat, sicut *Ustensibus* euenit; Quod illi facere renuerunt, confidentes in succursum venturum, sicut & factum est; statim enim conspexerunt populum illum integrum, qui *Knine* fuerat, sibi in auxilium venientem cum vexillis ciuitatis. Hoc videns Dominus *Petrus* cum suis non expectans illos, cum captis *Ustensibus*, & copiis suis recessit versus *Kuttenbergam*. Populus vero hic ibidem loci permansit per noctem, ubi hec facta sunt, al-

(*a*) In vernaculo sensus est *reditu intercluserint*.

)era die mane sacerdotes missas celebrarunt, & occisos sepeliuerunt, & tandem *Pragam* se receperunt, & quamuis in via inimici eis inuigilauerint, ad ciuitatem tamen *Gilouii* dictam multi per flumen *Sazawam* tranantes, altera die mane cum tota potencia sua *Pragam* versus, transierunt Castrum *Kunraticz*, ubi tunc Regina *Offka* (*a*) fuerat. Hec ideo apposui, ut posteri resciant, quam graue ac durum bellum post mortem Regis *Wenceslai* in Regno Bohemie fuerit.

Antequam autem populus hic *Pragam* aduenisset, Pragenses de Antiqua & Noua Ciuitate die Sabbathi ante diem sancti *Martini* insultum tentarunt in Paruam partem, multi enim milites in area Archiepiscopali, & alibi collocati fuerant, nam tunc Rex Hungarie *Sigismundus* omnibus militibus pro quolibet equo septimanatim cuilibet mediam sexagenam dedit, & id quidem antequam in Bohemiam aduenisset; Pragenses vero hac die milites solucione (*b*) priuarunt, nam in equis, armisque magna damna intulerunt, & Curiam Archiepiscopalem combusserunt, cum aliis Domibus in Parua parte. Hanc Minorem itaque Ciuitatem igne destruxerunt partim Pragenses, & partim ex Castro venientes integram igne consumpserunt. Pragenses domum *Saxonicam* in Parua parte prope pontem sitam militibus prouiderunt, & impleuerunt, seruantes illam usque ad finem belli. Die Sabbathi post festum *S. Martini* facte sunt treuge, aut pacis intersticia inter Pragenses, & exercitum Regium, usque ad diem *S. Georgii*, *Zizka* autem se *Plsnam* contulit, ibi multos conflictus gessit cum *Bohuslao de Schwamberg*, de quibus multa scribenda forent.

Ciuitas *Ustensis Sezime* spectans, in Bachanaliis expugnata fuit a *Taboritis* anno Domini 1420. (*c*)

Illo tempore ciuitas *Thabor* a quodam scholari *Hromadka* dicto cum quibusdam *Fratribus* (*d*) occupata fuerat, qui *Hromadka* a *Zizka* petiit, ut copias quasdam auxiliares sibi mitteret, quod oppidum aptum inuenerit, & muniuerit. *Zizka* misit quendam *Chwal Rzepiczky* cum quibusdam *Fratribus* pro auxilio, itaque illum montem munierunt copiis, & *Tabor* nominauerunt, antea *Hradischt* nominatum, ibidem enim quondam ante complures annos ciuitas fuit, sed propter contumaciam ciuium, quod se suis Dominis opposuerint, Domini de *Ust*, ciuitatis possessores hanc urbem funditus vastarunt, & eradicauerunt, que ad hec usque tempora deserta in ruinis

(*a*) Scilicet *Sophia* uxor secunda Wenceslai Rom. & Boh. Regis. (*b*) Id est stipendiis. (*c*) Civitatis hujus rudera hodie haud procul Taborio spectantur, nam a Taboritis penitus deleta fuit. (*d*) Hem *Fratrum* postea *Bohemorum* seu *Moravicorum* appellatorum prima indicia.

nis iacuit. Dum itaque *Zizka* eisdem Plsna quosdam pro auxilio transmisisset, aduertens pars aduersa eum debilem in ciuitate esse, inceperunt in ciuitate *Plsnensi* incole contra se inuicem agere, & domus se opponere inter se domibus, ille aduertens, quod in ciuitate hac discordie sint, exiuit cum suis ex ciuitate quadam die ante festum Beate *Matris* in quadragesima. Hunc insecuti fuerunt inimici cum magna hominum ac militum copia, simul & Dominus *Henricus Hradeczky* Cruciger *Strakonicensis*; *Zizka* vero ultra 400. non habuit de militibus, currus bellicos duodecim, equos nouem pro equitacione, & de Proceribus unicum Dominum *Bunnek* de *Ryzmberg*, vel *de Dolan*, eum sequentem, & quando versus *Sudomirz* processit, insecuti sunt eum hostes; Nam tempore illo Regius exercitus valde numerosus equestris, & bene armatus ac munitus *Pisekam* venit, qui hodiedum vocantur ferro induti aut catafracti Viri, hi dum in via resciuissent ab exploratoribus, quod *Zizka* versus *Sudomirz* procedere intendat, insecute sunt illum omnes copie, & ex parte altera venit Dominus *Henricus Strakonicensis* Cruciger cum multis *Plsnensibus*, qui de his cataphractis viris nil sciuerunt, sed soli cum suis copiis auxiliaribus *Zizkam* superare intendebant. Coniuncti tandem omnes in ingenti copia processerunt contra paucos; *Zizka* itaque transiens *Sudomirz* processit versus piscinam **Rybnjk Ssmatedý** (*a*) dictam, ulterius enim ire non valebat propter inimicos presentes, ac impedientes, ibidem se muniuit curribus, quos secum habuit, & tante copie hostium cum paucis suis se opposuit; circumdederunt enim illum inimici, piscina eciam, ad quam steterunt, exsiccata fuit. Miles Cesareus igitur valde clamabat, dicens: non esse necesse hostes concutere armis, sed solum equis conculcare; Cum vero Deus illa die *Zizke* adstiterit, mira res facta fuit, sol enim tum in loco suo quasi tempore vesperarum persistens, mox ad occasum properauit, atque statim tante tenebre facte sunt, ut videri non potuerit, quis quem percutere debeat. Hic occisus fuit Dominus *Brzenek* antea nominatus, qui *Zizce* in auxilium venit, & in Regio exercitu multi occisi, & vulnerati sunt; Dominus *Henricus Cruciger* eciam vulneratus fuit, & in hoc vulnere, decumbens fere uno anno, vitam finiuit. Hoc miraculum (*b*) inimici videntes, ita loquebantur: *Lancea mea eos non perfodit, ensis meus non vulnerauit, sagitta mea illos non occidit.* Recesserunt itaque cum magno damno & dedecore, *Zizka* vero victoriam obtinens in campo certaminis permansit per noctem, mane facto cum exercitu & curribus

(*a*) Id est piscinam fœtidam aut lutulentam. (*b*) Hem! quale quantumque novum Josue miraculum somniaverit author Fratrum Bohemorum alumnus, quibus ejusmodi somnia atque vaticinia spuere familiare fuisse produnt libri ipsorum ex hac ætate.

ribus, qui integri permanserunt, se preparans ulterius in campum versus Castrum *Ugezdecz* processit, & ibidem permansit, donec *Taborienses* pro eo mittentes in ciuitatem suam eum honorifice cum plausu magno suscepissent. Mox tandem in die Parasceues exiens *Ziska* cum suis *Fratribus* de *Tabor* in silencio, & pertransiens obstacula, quibus ciuitas circumdata & munita fuit, processit in *Ozicz* oppidum, ac ferreos illos Cesareos viros, ibi pernoctantes, aggressus est cum suis, qui tumultum concitantes oppidum incenderunt, multos de viris cataphractis Regiis occiderunt, arma illis, & equos, & ferrea indumenta abstulerunt, quibus equites suos, apciores nempe rusticos famulosque, induerunt, atque ita pro exerciciis bellicis adaptarunt.

Eodem anno die Mercurii post festum Reliquiarum Dominus *Czenek de Wartemberg*, *Weselsky* dictus, Burggrabius Castri Pragensis proditorie tradidit Pragensibus Castrum Pragense, & multos incolas Pragenses, qui in arce habitabant, bonis priuauit, tandem denuo obtinens hoc Castrum a Pragensibus, tradidit illud Regi *Hungarie*.

Hungarie Rex *Sigismundus* deinde cum magno exercitu paulo post versus *Kuttenbergam* aduenit, & ibidem moratus citauit Pragenses, ut coram eo compareant, prius autem stiterat *Wratislauie*, ubi multos ex Senatu capite plecti, & duos Pragenses Ciues comburi iussit. Postquam igitur Pragenses ad Regem *Kuttenbergam* peruenissent, precepit illis, ut catenas omnes & alia obstacula Prage in plateis facta auferri & destrui curent, que iuxta mandatum omnia facta sunt. Secundo mandauit, ut arma, & indumenta bellica, & apparatus, que Pragenses in ciuitate antiqua possident, in arcem Pragensem, Neo-Urbenses vero in *Wissebrad* deportent. Cui alteri mandato Pragenses obedire noluerunt, sed opposuerunt se illi contrarium facientes, nam ubi antea fuit una catena in plateis, duas fieri curarunt, & obstacula (Schrank) in Noua Ciuitate multa fecerunt. Ob quam contumaciam Rex valde indignatus, versus Pragam progressus fuit, & collocauit se cum exercitu suo uno milliari ante Pragam in Aula Regia ex altera parte fluuii, non ausus enim fuit ex parte hac, ubi fluuius non erat, permanere, si enim Pragenses accessum ad eum habuissent, & fluuius illos non impediuisset, facile illum vi omni aggredi potuissent. Igitur in Aula Regia subsistens citauit omnes Electores Principes Imperii, utpote Rex Romanorum, ut cuncti ad illum cum suis copiis versus *Pragam* veniant. Dum ergo magna copia illorum eo peruenisset, Rex *Sigismundus* cum exercitu propius *Pragam* accessit, & collocauit se in *Brusca* retro fluuium prope Ciuitatem, (*a*) Pro-

(*a*) Videlicet Micro-Pragam.

Proceribusque mandauit, ut ſe in Arce coronent in Regem Bohemie, permanensque ibidem, theſauros a fratre ſuo Rege *Wenceslao* pro bono Regni congregatos diſtribuit inter milites, & dum hi non ſuffeciſſent, argentum de imaginibus ſumens militibus dedit, ultimo Imperii Reliquias ſacras cum argento *Norimbergenſibus* oppignorauit, quarum Regnum Bohemie copiam habuit.

Hoc anno die Lune poſt feſtum *S. Margarethe Miſnenſes* Germani, aliique alienigene impetum tentarunt contra *Zizkam* in *Witky* monte caſtra metatum, ſed ab eodem *Zizka* & Pragenſibus repulſi fuerunt, tercia tandem die Rex cum ſuis a Praga receſſit.

Eodem anno die Veneris feſto *Omnium Sanctorum* ante *Wiſſebradum* Rex *Hungarie* cladem magnam paſſus fuit, volens *Wiſſebradum* defendere, ibidem multi Proceres & Nobilitas *Bohemie* & *Morauie* occiſi ſunt, Rex vero fuga ſalutem querere debuit, hinc ſtatim *Wiſſebradum* traditum fuit Pragenſibus, qui muros Ciuitatis & domos diruentes nec Eccleſiis pepercerunt.

Eodem anno *Zizka* cum Pragenſibus oppidum *Rziczan* Domino *Beneſch* ſpectans expugnauit, ubi *Zizka* ſeptem ſacerdotes educens comburi iuſſit.

Eodem anno eciam *Zizka* expugnauit *Prachaticium* in feſto *S. Martini*, ubi pariter multi hominum occiſi & combuſti fuerunt, imo fere omnes Ciues, incluſerunt enim illos in Eccleſiam, illam accendentes, & quem deinde viuum adhuc inuenerunt, ad fontem proiicientes ſubmerſerunt, tali modo his hominibus tres fontes aut plures impleuerunt. Dein *Koranda* turrim inuadens ſtrenue ſe defendit, donec de *Taborio Buchowecz* ei in auxilium veniſſet, ubi multi milites *Roſmbergenſes* occiſi fuerunt, & Epiſcopus *Hermannus* combuſtus. Hic Epiſcopus prius multos ſacerdotes *Taborienſes* ordinau t in *Lipnicz* cogente Domino *Czenkone*. Caſtrum nouum *Kunraticz* non procul Praga diſtans, in quo Rex *Wenceslaus* obiit, a Pragenſibus expugnatum fuit die Lune ante feſtum *Purificacionis*, tandem combuſtum, & dirutum.

Anno Domini 1421. Rex *Sigiſmundus* obſedit monaſterium *Cladrubienſe*, hoc audientes Pragenſes cum *Zizka* proceſſerunt *Cladrubium* in auxilium *Chwaloni Rzepiczky*, & repulerunt Regem cum exercitu illius abinde procedentem *Litomericium*.

Eodem anno *Pragenſes*, & *Zizka Plſnam* obſederunt in Quadrageſima, ſed non obtinuerunt, timuerunt enim Burggrabium nomine *Czykau*, & procedens *Zizka* expugnauit Caſtrum *Willſtein*.

Eodem

Eodem anno in Dominica Palmarum *Zizka* cum Pragenſibus obtinuerunt *Chomotouium*, ibidem multos ſacerdotes, Nobiles, Ciues, & alios incolas opifices occiderunt, & combuſſerunt, & prout communiter dicitur: periuerunt tunc duo millia & trecenti hominum.

Hoc anno *Verona* Ciuitas ab his pugnantibus expugnata fuit, ubi Generoſi Bohemi, & Equites, Dominus *Koblyk*, Dominus *Bobuslaus Rupowec* cum Patre ſuo, & aliis Nobilibus ante Ciuitatem combuſti ſunt.

Eodem anno in craſtino *S. Tiburcii* expugnatum fuit Caſtrum *Tuſſen* ſupra *Albim* pertinens Domino *Michalek.*

Paulo poſt hec eodem anno a Pragenſibus obtenta fuit Ciuitas *Bohemo-Brodu*, in qua multi homines occiſi ſunt, milites Germani in turrim fugerunt, qua combuſta teſtudo decidit, militibus vero nihil nocuit, qui tandem educti ante ciuitatem, tribulis occiſi fuerunt, alii vero combuſti ſunt.

Hoc alie ciuitates audientes, timuerunt eos, nempe *Nymburg, Kolin, Kuttenberga, Chrudimium*, & ſubdiderunt ſe eis, que autem ſe illis oppoſuerunt, facile expugnate ſunt; ut *Jaromirz, Mutha, Turnouium.* Tandem Pragenſes, qui domi remanſerunt in die Penthecoſtes obſederunt Caſtrum *S. Wenceslai* Prage, & dum alie plures copie *Jaromirio* aduenilſent, traditum illis fuit Caſtrum.

Eodem anno die Sabbathi, ante feſtum *S. Margarethe* urbs *Bilina* a Pragenſibus expugnata fuit, ubi plures Sacerdotes, Equites, Nobiles combuſti ſunt. Ante hec debellauit *Zizka* Ciuitatem *Wodnianum*, incolas plurimos occidit, & combuſſit in fornace calcaria, ita quod urbs vacua ſteterit per plures annos.

His temporibus *Zizka* obſedit Caſtrum *Raby*, ibidem altero oculo priuatus fuit, quidam enim ei illum ex caſtro iaculans excuſſit. Jam quidem Caſtrum hoc antea obtinuerant, ſed non auſi fuerant in illo permanere, ſed exurentes illud, & ultra decem Sacerdotes comburentes receſſerunt. Antecedenter etiam *Zizka* oppugnauit *Bor* Caſtrum ſitum prope *Horazdouicium*, ibidemque cum ſuis ſterit, donec ſe illi ſubdidiſſent, his obtentis ſuccendit illud, neſciens, quod preſidiariis iam captis, ſuccurſus aduenit, procedens itaque ſurſum collocauit ſe penes Eccleſiam, & pro defenſione ſe preparauit. Contra quem proceſſit Dominus *de Roſenberg* cum ingenti copia militum, & cum eo Dominus *Kragirz* cum multis Germanis, & variis aliis militibus, altera ex parte aduenit Dominus *Bobuslaus Schwamberg* cum *Plauenſi* pariter cum Germanis plurimis de *Plſna*, qui illum undique circumdederunt, copia enim magna populi erat in hoc exercitu; *Zizka* vero ſe ſtrenue defendit, confidens omni tempore *in auxilium Diuinum*, multos inimi-

inimicos cum suis *Fratribus* prostrauit, aut saltem vulnerauit, *(a)* & talem ignominiam & damna illis intulit, quod omnes cum ingenti pudore recedere debuerint, *Zizka* vero solus campum obtinens, ibidem perseuerauit, & eo tandem processit, quo sibi placuit.

Item illo anno in die sancti *Oswaldi* ingentem stragem perpessi sunt Bohemi apud Ciuitatem *Pontensem*, ubi Pragenses & aliarum ciuitatum copie magne ex campo fugere coacte sunt, relictis ibidem curribus, bombardis, & omnibus aliis armis. Post hanc cladem Germani *Misnenses* cum Electoribus & Imperii Ciuitatum copiis conuenerunt cum ingenti exercitu, & intrarunt Regnum Bohemie obsidentes *Satecium* & *Bilinam*, quam expugnantes, Comitem ac Possessorem eius *(b)* occiderunt cum multis copiis, dein loca Regni hinc inde spoliarunt, & deuastarunt, rescientes vero auxilium & succursum Bohemis aduenire, cum magno pudore & damno aufugerunt.

Eodem anno *Zizka* cum Pragensibus miserunt nuncios ad Regem *Polonie*, Dominum nempe *Wilhelmum Kostka*, *D. Hlosa*, *D. Waniek*, & eiusdem *D. Waniek* filium, Dominum *Pawlik* Equestris status. Hi dum *Ratiborinm* peruenissent, *Nicolaus* filius Magistri *Hanuss*, qui *Carlsteinii* Proceres occidi fecit, cepit illos, & Regi *Hungarie* in *Spimberg* *(c)* tradidit, quorum omnes famuli ac seruientes *Brune* capite truncati ad mandatum Regis *Sigismundi*; Domini autem eorum *Trenczinium* ad carceres missi fuerunt, ubi integro anno detinebantur, donec expugnata *Broda Teutonicali* eciam captiuitas eorum cessasset.

Anno Domini 1422. Rex *Hungarie* cum suis copiis intrauit Bohemiam, exussitque *Kuttenbergam*, mox autem desuper a *Zizka* & Pragensibus ex regno pulsus fuit, *Broda* eciam *Teutonicalis* expugnata fuit, ubi multi hominum occisi sunt.

Eodem anno prima Dominica Quadragesime decollatus fuit in urbe antiqua Pragensi in Curia sacerdos *Joannes* Concionator a Beata Matre *ad Niues* dicta, cum aliis duodecim, ob quorum capitum vindictam spoliati sunt rebus suis omnibus primo hebrei, tandem omnes domus Senatorum, Collegia, & domus Clericorum; Magistros Uniuersitatis captiuarunt, eos in Curiam includentes, deinde die Mercurii decapitati fuerunt notabiliores Senatores quinque, nempe: Dominus *Procopius Gidassek*, Dominus *Joannes Rytirz*, Dominus *Jacobus Helmerz*, homo prudens, *Joannes a Bubus* *(d)* An-

(a) Hæc, aliaque manifesto innuunt authorem asseclam & sectatorem fuisse Fratrum Bohemorum. (b) Exemplar vernaculum *Mouoleum* appellat. (c) Ita etiam MS. vernaculum, est autem hodiernum castrum *Spielberg* supra Brunam. (d) Ita domus illius, Vetere-Pragæ sita, appellata fuit.

Antonius bibliopega valde pius homo, imo si Rex *Hungarie* cum centum millibus militum circa *Pragam* iacuisset, incolis tantum damnum illatum non fuisset, quantum his temporibus factum fuit.

Anno eodem Castrum *Krziwoklad* conflagrauit, ubi tabule Regni asseruate fuerant, & abinde *Plsnam* deuecte, sed iam in *Carlstein* custodiuntur cum regni Bohemie & Regiis Jurium libris.

Eodem anno Dux *Sigismundus Lituanie* cum multis *Polonis* Pragensibus in auxilium venerunt fere cum quinque millibus militum.

Eodem anno in Paschate Pragenses expugnarunt *Zluticium.*

Eodem anno obsessum fuit Castrum *Carlstein* a Pragensibus & a *Polonis.*

Anno eciam eodem *Zizka* expugnauit Castrum *Krasykow*, ubi magnus aduersarius Dominus *Joannes de Schwamberg* captus est, & in *Przibenicz* ad carceres missus, qui videns, quod Rex non curans eum ex captiuitate liberare, accessit ad partem *Taborieusium*, & cum illis permansit usque ad mortem.

Anno eodem in die *S. Michaelis Taborienses* cum Domino *Bohuslao de Schwamberg*, cum *Bzdin* Capitaneo contendebant de Urbe Antiqua Pragensi; sed Pragenses Urbis Veteris cum *Polonis*, & Domino *Wilhelmo Kostka* expulerunt illos ex Ciuitate, & multos ceperunt, & tunc *Taborienses* contra Pragenses agere inceperunt, & a se inuicem diuisi fuerunt, ideoque a *Carlstein* recesserunt.

Tandem anno Domini 1423. die Martis ante festum *S. Georgii* cladem ingentem perpessus est a *Zizka* Dominus *Czenek* cum suis copiis, ubi eidem currus & arma ablata fuerunt.

Eodem anno die Martis ante festum *S. Petri* circa *Pragam* grando decidit. Post hec statim *Zizka* in *Regino-Hradecium* immissus fuit, ubi ante eandem Ciuitatem a *Zizka* Pragenses cesi fuerunt in campo. Hoc eciam tempore *Tynecii* non procul *Kuttenberga Lapac* Capitaneus *Taboriensis* victus fuit a Pragensibus cum suis copiis, tandem *Zizka Czaslauie* obsessus fuit.

Item anno 1424. ante festa Pentecostalia denuo *Zizka* obsessus fuit in *Kostelecz* ad *Albim*, cui in auxilium venit Dominus *Hinco de Podiebrad*, & *Zizkam* cum populo suo abinde eduxit, processerunt deinde iuxta fluuium *Albim* insimul, donec eos per *Albim* perduxisset Dominus *Boczek*; Hic contra inuicem pugnauerunt: Dominus *Boczek* captus fuit, & in *Mielnik* ad D. *Swirziczkium* deuectus, *Zizka* vero *Maleschouium* processit, & dum Pragenses in viam quandam profundiorem peruenissent, a *Zizka* obruti ac cesi fuerunt, tunc, ut fama communis est, mille & quadringenti occisi sunt, raptis eisdem omnibus curribus & armis. Hic interierunt Dominus *Petrus Turkowecz* Eques, Dominus *Hlas de Dube*, Dominus *Henricus*

eus de Dube Zizce amicus, & alii multi, & tunc prouerbium ortum fuit: Pragenſes ſiliginem *Maleſſouium* inuexerunt; Nam omnes Pragenſes pro ſigno ſtramen ſiligineum in capitibus gerebant.

Hoc anno *Zizka* in Bohemia multa oppida & pagos combuſſit, etiam Monachi *Turnauie* combuſti ſunt.

Eodem anno *Zizka* cum *Zatecenſibus*, *Lunenſibus*, *Klatouienſibus*, & aliis collocauit ſe in campo apud *Liben*, contra Pragenſes, & in die *S. Crucis* inter Ducem *Lituuienſem* (*a*) & Pragenſes ex parte una, & *Zizkam* parte ex altera concordia facta eſt; In cuius memoriam lapides in cumulum unum comportati ſunt in *Noua Ciuitate* Pragenſi apud *S. Ambroſium*.

Eodem anno poſt hanc concordiam *Zizka* cum ſuis *Fratribus* proceſſit in Morauiam, & ibidem apud Caſtrum *Przibislaw Zizka* mortuus eſt, & tunc populus & copie ipſius nominate fuerunt *Orphani*, illud nomen eis durauit, donec omnes occiſi fuiſſent.

Anno eodem Ciuitas *Lithomiſchlienſis* a *Taboritis* obſeſſa fuit, & expugnata, quam tenebat *Diuiſſius Borzek* a Pragenſibus. Item Dux *Litauienſis Sigiſmundus* cum Pragenſibus poſt mortem *Zizce* multas ciuitates in *Morauia* expugnauerunt.

Item eodem anno *Taborienſes* cum *Orphanis* noctu Pragenſes muros tranſcendere voluerunt, Pragenſes vero illos a meniis repulerunt.

Item eodem anno urbs *Slanenſis* a *Taboritis* & *Orphanis* oppugnata fuit, adiuuantibus *Zatecenſibus* & *Lunenſibus*, in qua Ciuitate populus & ſerui Nobilis Domini *Hinconis Kolſtansky* ſe generoſe defenderunt, tandem die *Jouis Magno* fraudulenter de conſilio quorundam ex Caſtro & aliorum expugnata fuit, multi hominum interfecti, Nobiles & Primarios alios in turrim ſe recipientes, ſcilicet Judicem, Senatores, & alios ſeniores ciues combuſſerunt, bona eorum diripuerunt, & ciuitatem integram combuſſerunt. Hec vero omnia acta ſunt die Martis poſt feſta Paſchalia, tunc occiſi ſunt Venerabiles & Nobiles Sacerdotes *Chriſtianus* & *Wenceslaus de Zbierowecz*, nihilque illos adiuuit, quod populo *ſub utraque ſpecie* Communionem adminiſtrauerint; etiam hic interfecti fuerunt *Joannes Srza* monoculus, *Petrus Kamenecz*, & alii boni viri.

Item eodem anno Caſtrum *Kwietnicz* expugnatum fuit, tandem dirutum, & *Kolmannus* cum famulis combuſti ſunt.

Eodem anno *Sſwibouium* expugnatum fuit; item Caſtra *Rychmberg*, *Michalowicz*, & alia multa Caſtra expugnata ſunt a *Taboritis* & *Orphanis*.

Item eodem anno in autumno expugnatum fuit *Wozicium*.

X 2 Eodem

(*a*) Id eſt Sigiſmundum Lituaniæ Ducem.

Eodem anno *Taborienſes Wrſſouicium* prope Pragam aduenerunt, volentes id oppugnare, die Mercurii vero die *S. Luce* denuo cum Pragenſibus concordes facti ſunt. Hac concordia facta Dux *Sigiſmundus* cum *Pragenſibus* & *Taboritis* proceſſerunt in *Morauiam* & *Auſtriam*, & expugnarunt in *Auſtria* ciuitatem *Recz*, abinde aduexerunt Pragam Comitem de *Hardek*, qui in captiuitate ibi aſſeruatus fuit. In hoc conflictu Dominus *Bohuslaus Sſwamberg* Capitaneus *Taborienſium* ex ciuitate traiectus fuit, & in *Morauia Crumlouii* ſepultus, Comes autem intra duos annos eciam in captiuitate mortuus fuit.

Anno 1426. die Dominica poſt feſtum *S. Viti* Dux *Litauienſis Sigiſmundus* cum *Pragenſibus*, & *Taborienſibus*, & *Orphanis* obſederunt ciuitatem *Uſt* ad Albim, *Miſnenſes* autem cum pluribus aliis Principibus, Comitibus, Equitibus & Dominis proceſſerunt in auxilium *Uſtenſibus*. Hic Bohemi cum illis acrem conflictum iniuerunt, Germani autem ceſi fuerunt, & valde multi occiſi, alii capti, alii cum pudore fuga ſe ſaluauerunt, ut vitam conſeruent, ubi tamen in via ob calorem nimium ita debilitati ſunt, ut deinde eciam vitam finierint, nam a campo *Uſtenſi*, ubi conflictus fuerat, uſque ad montes *Miſnenſes* tam copioſi iacuerunt concuſſi, ſicut tempore meſſis in agro faſciculi iacere ſolent, & riuus ille, qui per ciuitatem *Uſtenſem* fluit, totus ſanguine coloratus fuit. Poſt hanc ſtragem Ciuitatem illam obtinuerunt, incolas quoſdam occiderunt, & ciuitatem exſpoliantes, ac comburentes vacuam reliquerunt.

Eodem anno *Taborienſes* & *Orphani* obſederunt Dominum *Hinconem Boczek* in *Podiebrad*, quibus ille tam fortiter reſtitit, quod ab illa ciuitate recedere debuerint; tandem paulopoſt procedens contra ciuitatem *Nimburg*, cum ſuo ſcriba occiſus fuit, & alii aufugerunt.

Eodem anno in die ſancti *Wenceslai* in aurora *Przibik de Klenow* obtinuit ciuitatem *Miſenſem*, illamque poſſedit uſque ad aduentum in Bohemie regnum Imperatoris *Sigiſmundi*, ubi tandem Imperator eidem pro hac ciuitate *Miſa*, quam *Przibik* ceſſit, urbem *Wolinenſem* tradidit, atque in his Dominiis ei duo millia oppignorauit; hec bona vero poſſedit tamdiu, uſque ad tempora Regis *Georgii*, que tandem cedere debuit Domino *Joſſt*, filio *Roſenbergii*, qui fuerat Prepoſitus Pragenſis, tandem Magiſter Ordinis *Strakonicenſis*, ultimo Epiſcopus *Wratislauienſis*, hoc autem Dominium *Wolinenſe* cum magna difficultate obtinuit, pecuniam Prage pro eo deponens.

Anno Domini 1427. magnus conflictus fuit non procul a ciuitate *Swietlenſi*, ubi Germani concuſſi, & urbs exuſta fuit.

Eodem anno Dux *Litauienſis Sigiſmundus* proditus fuit Prage die Jouis

uis

uis Magno, (a) per quosdam presertim *Swoyssium*, & *Ramess* proditores, hi enim illum Praga extulerunt, cucullo caput eius recondentes, quod impune Deus non reliquit, *Ramess* enim deinde paulopost a suo famulo traiectus, *Swoysse* vero ante mortem mente captus fuerat.

Eodem anno post Pascha Precellens, & doctus Astrologus, & Medicus Magister *Christianus*, & Magister *Przibram*, ac Magister *Petrus de Mladiegowicz* Praga expulsi fuerunt, instigante *Englischio*, prius autem Magistrum *Christianum* cum quibusdam in curia incarceratos detinuerunt. Illud vero eis factum fuit propter septem Sacramenta Ecclesie sancte, & quod noluerint ita credere, sicut *Englisch* hereticus credidit, & quod illis non videretur competere seruire sub *Rokyczano*.

Eodem anno *Taborienses* & *Orphani* in *Silesia* multas ciuitates expugnauerunt, ac Castra, & redeuntes obtinuerunt violenter *Zleb*, diruerunt illud.

Eodem anno Germani Electores, & alii intrantes in Bohemiam, ciuitatem *Misam* obsederunt fortiter, & oppugnarunt bombardis maioribus. Contra quos se generose defendit *Przibik Klenowsky*, cui in succursum Bohemi aduenerunt, qui dum adhuc *Rokyczane* fuissent, Germani cum magno dedecore aufugerunt, Bohemi vero eos insequentes, expugnarunt *Tachoniam* ciuitatem, & Castrum, ac cum bombardis magnis *Chmelik* obtinuerunt, in Castro vero multos Germanos occiderunt. Captus hic fuit Dominus *Wilkelmus Sswibowsky*, quem obligauit sub fide & honore Nobili Dominus *Towaczowsky*, ne ullo discedat, quamuis posset, & dimisit eum liberum ambulantem, ille vero sui honoris & fidei immemor, noctu discessit, per quod suo honori, fame, & statui in hanc usque diem noxam intulit.

Eodem anno Dominus *Hinko Kolsteinsky* cum *Smirziczky*, ac cum famulis Domini *Joannis de Miestecz*, & Domini *Petri de Czastalowicz* processerunt *Pragam*, ibidem insidiis ac dolo quorundam ciuium Pragensium, presertim Judicis Neo-Urbensis, qui illos Pragam adduxit, Dominus *Hynek* occisus fuit in *domo eburnea* dicta, *Smirziczky* captus, & multi alii occisi & capti, equi & arma illis ablata fuerunt, alii vero fugere volentes *Praga* per fluuium *Wltauam* versus pontem & Paruam partem submersi sunt; ideoque capite plexus fuit *Jurcsky*, & filius *Krokowy* in urbe antiqua.

Eodem anno in die Exaltacionis S. Crucis *Colinium* acriter oppugnatum fuit a *Pragensibus*, *Taboritis* & *Orphanis*, qui castra metati sunt, ibidem permanentes fere usque ad festa Natiuitatis Domini, tandem inita concordia urbs eis tradita fuit.

Eodem

(a) Id est: *Cœne Domini*.

Eodem anno ante diem *S. Galli Procopius Holy* (a) cum *Taboritis* & *Orphanis* obſederunt Caſtra *Bechynie* & *Richmberg*, & utrumque obtinuerunt.

Anno Domini 1428. die Martis *S. Egidii* Vetero-Pragenſes cum Neo-Pragenſibus iniuerunt concordiam apud *S. Ambroſium*, antea enim diſcordes fuerunt propter bona Eccleſiaſtica, que ſibi appropriabant.

Anno Domini 1429. conuentus magnus inſtitutus fuit Prage poſt feſtum SS. *Trinitatis*, inter populum Bohemum, Proceres, Nobiles, Equites, *Orphanos, Taboritas*, ubi in Collegio egerunt de pace, & quomodo concordiam inire poſſent cum Rege *Hungarie*, eumque ut Dominum & heredem regni Bohemie ſuſciperent, huic omnes conſenſerunt, excepto *Wolek Kudelnik Orphanorum* Capitaneo, qui cum Neo-Pragenſibus aſſentiri noluerunt, ſed contradixerunt, ideoque indignati valde Vetero-Pragenſibus poſuerunt inter ciuitates ſuas impedimenta lignea alta (Pſaňky) contra illos, ciuitates diuidentes: die Mercurii tandem in die Exaltacionis S. Crucis, dum *Wolek Kudelnik* ſuſcepit *Orphanos* in Nouam Ciuitatem; tunc Antiquo-Urbenſes occluſerunt ſuam ciuitatem, & ſe munierunt contra Neo-Urbenſes, ac e bombardis contra inuicem iaculati ſunt, & ſagittis igneis, ubi illorum aliquot occiſi fuerunt. Poſtea elegerunt arbitros ex utraque parte, & compromiſerunt in illos ſub pena quatuor millium ſexagenarum a parte non ſeruante dandarum, qui arbitri illas ciuitates denuo in concordiam perduxerunt in eodem loco, ut antea, apud *S. Ambroſium*, hoc contigit die Dominica ante feſtum *S. Wenceslai*. Tandem ſtatim hac concordia inita, Superiores & Capitanei edixerunt, & publicauerunt bellum contra *Miſnenſes*.

Poſt hanc concordiam Bohemi primo proceſſerunt in *Miſniam*, in *Srb*, & in *Luſaciam*, quas terras ſibi ſubiugarunt, incole eos timentes eciam ex ciuitatibus multis munitis fugerunt.

Hoc anno in vigilia ſanctorum *Simonis* & *Jude Lubin* ciuitas primaria regionis *Luſicenſis* ſubito expugnata fuit, incole eius quidam occiſi fuerunt, & alii capti in Bohemiam ducti, tandem precio dato exſoluti ſunt.

Tandem anno Domini 1430. ante Natiuitatem Domini multi *Bohemi* & *Morani* congregato ingentis copie exercitu irruerunt in *Miſniam*, & alias circumiacentes regiones, ibi Ciuitatem *Plawna* cum Caſtro expugnauerunt, incolas multos occiderunt, & combuſſerunt. His Germani terrefacti ex ciuitatibus & caſtris munitis fugerunt, & fama communis eſt, quod ultra 70. Ciuitates ibidem exuſſerint, permanſerunt autem in his terris Bohemi uſque

(a) Id eſt *Raſus*.

que ad Bacchanalia. *Norimbergenses* & *Bramburgenses* cum eisdem de precio conuenerunt, & magnam copiam auri dederunt Bohemis, ne terras illorum intrent, & damna inferant. Conuencionem talem iniit Dux *Bramburgensis*, & pecunia ab eo iuxta promissum deposita fuit *Tuste*, que inter milites diuisa deinde fuit. Talium bellicorum progressuum nemo meminit, ut eos soli Bohemi perfecissent. Quesiuerunt enim honorem tunc, ceterum vero contenti fuerunt accepto auro. *Taborite* tandem cum *Orphanis* sepius irruperunt in *Silesiam*, & alias regiones, abinde pecudes in maxima copia in Bohemiam abegerunt, damna magna exustionibus & deuastacionibus causauerunt.

Anno Domini 1431. in die SS. *Philippi* & *Jacobi* celebratum fuit a Clero regni Bohemie Concilium propter Communionem *sub utraque specie*, & sacerdotes *Taborienses* celebrarunt Missas non induti sacris vestibus, & ornatu competente in domo *Henkonis*, & controuersas contenciones habuerunt cum Magistris de septem Ecclesie Sacramentis. In hoc Concilio particulari comparuerunt multi Magnates, & Equites, ac Nobiles, qui literas produxerunt per nuncios obtentas a Rege *Polonie* & *Hungarie*, eciam ab Episcopo *Morauie*, quod nempe intendant Bohemos ad unionem perducere, & audienciam eis procurare in Concilio uniuersali Christiano, sed id hoc tempore non fuit factum. De hoc Concilio Vetero-Pragenses cum *Procopio Raso* ad peticionem Regis *Hungarie* responsum dederunt, quod nuncii Regii in *Cheb* (*a*) retulerunt, & ab eodem denuo redeuntes, retulerunt; quod Rex eos assecurare nequeat, an audienciam obtenturi sint, & quod Concilium, quod celebrabitur, forte Regem, & Papam iudicabit.

Nuncii missi pariter insinuarunt, quod *Germani*, & alienigene in Bohemiam denuo irruere velint. Hec intimacio facta fuit in die Corporis Christi in foro *Noue Urbis* Pragensis, dum populus plurimus Processioni interfuisset. His auditis Bohemi copiosi, *Pragenses*, *Taborite*, *Orphani* & alie multe Ciuitates conuenerunt prope *Plsnam*, abinde tandem processerunt versus syluam *Bauaricam*, expectantes inimicos in regnum aduenturos. Id rescientes *Germani*, non ausi fuerunt irrumpere, sed posteaquam denuo audiuissent *Germani*, quod Bohemi se domum denuo receperint, statim cum ingenti copia militum in Bohemiam ingressi sunt. Quod dum Bohemis nunciatum fuisset, velociter congregati contra eosdem processerunt, & adiuuante Deo illos de Bohemia expulerunt, magnum illis damnum inferentes, nam bombardas magnas, currus, castra & varias res bellicas eis abstulerunt, & aliquot centenos ceperunt in sylua *Bauarica*; victoriam itaque

(*a*) Id est *Egra*.

itaque reportarunt de alienigenis hostibus, de multis enim Regionibus contra nos conuenerunt. Julianus hoc bellum indixit, & Crucem edidit contra Bohemos; (*a*) Id factum fuit in die ieiunii Matris Dei. Hoc audientes *Misnenses* Germani, & alii, qui versus *Zatecium* processerunt, & regno ruinas intulerunt, ignominiose statim fugam dederunt.

Hac obtenta victoria, processerunt contra Ducem *Austrie* in *Morauiam*, hanc enim regionem vastare intendebat, & repulerunt eum retro *Danubium*.

Anno 1432. Dominus *Czeczek de Pachomierzicz* persuadens precibus, ut ad Castrum in *Pakomierzicz* venire *Mathias de Chrzenow*, quondam scriba Tabularum Regni, cui filiam suam dederat, & cum eodem ibidem habitauerat his periculosis temporibus, cepit eum cum Domina *Margaretha* amica sua propria uxore predicti *Mathie*, eosque taxauit, ac priuauit omnibus suis rebus, que possederunt, & proditorie cum illis egit, sicut Judas.

Eodem anno in vigilia sanctorum *Petri* & *Pauli* fulminis percussione fuit incensum tectum Ecclesie & turris ad *S. Egidium* Vetero-Prage, & combustum fuit, & destructum cum campanis, quod magnis expensis prius exstructum fuerat.

Eodem anno die Lune ante festum *S. Marie Magdalene* aque inundacio Prage magna fuit, ita ut in foro urbis Antique in nauibus nauigauerint, pontem lapideum tunc destruxit, molas omnes abstulit, tunc eciam multi homines & pecudes submersi sunt, frumentum destructum fuit, & multe domus Prage inde corruerunt, ita eciam *Verone*, & alibi factum, hec magnitudo aque diu durauit. Et dicunt docciores, quod a diluuio mundi talis aque magnitudo non fuerit.

Hoc anno die Sabbathi *S. Nicolai* Pragenses *Basyleam* miserunt Magistrum *Rokyczanam* ad Concilium uniuersale Christianum, in quo Concilio Doctores mille fuerant, Greci eciam ibidem adfuerunt. Ibidem actum fuerat de Communione *sub utraque specie*, & tantum effecit, quod integrum Concilium Bohemis illam approbauerit, illud bene & sancte fieri, quod communicent *sub utraque specie*, his eciam se adiunxit sacerdos *Procopius Rasus Taboriensis*.

Eodem anno in vigilia *Omnium Sanctorum Przibik Klenowsky, Clatouienses, Tustenses, Misnenses, Suticenses, Tachouienses, Rokyczanenses* obsederunt Castrum *Lopata* apud *Plsenecz*, & illud fame adigentes, expugnarunt, iacuerunt autem ibidem usque ad Bacchanalia.

Anno Domini 1433. in die *S. Stanislai* missi sunt nuncii *Basilea* a Concilio

(*a*) Id est *Cruciatam* publicavit Julianus Cardinalis.

cilio *Pragam* cum plenipotencia, & honorifice *Prage* suscepti fuerunt; fuerunt autem sequentes: *Filbertus* Episcopus *Constanciensis* de regione *Rotomagiensi*. *Petrus* Episcopus *Augustensis*, patria *Moguntinus*. *Joannes Polomar* Archidiaconus *Barchinonensis* Judex & Auditor Papalis. *Egidius* Decanus *Cameracensis* sacre Theologie Doctor. *Fridericus* Decanus *Recensis* Licenciatus Juris, *Henricus Tacke* Canonicus *Magdeburgensis*, Doctor sacre Theologie. *Joannes M lden* Magister Arcium septem, Concilii supremus Cancellarius, & suscepti fuerunt *Prage* cum magno honore.

Tandem die Sabbathi ante festum *S. Margarethe* dicti nuncii rediuerunt *Praga Basileam*, quos quidam Pragenses Nuncii comitati fuerunt.

Anno Domini 1435. ante messem *Gaborienses*, *Poloni*, & *Vetero-Taborienses* multas Ciuitates obsederunt; *Plsnam &c.* tandem Vetero-Pragenses, & Neo-Pragenses illis se adiunxerunt; aduenit deinde *Czapek* cum *Orphanis* ex *Prussia*, pugnarunt enim ibidem cum Rege *Polonie* & *Prussis*, quos acriter debellarunt, & profecti fuerant ibidem usque ad mare, adducentes secum Camelum, quem eis *Plsnenses* abduxerunt.

Hoc anno *Filbertus* Episcopus cum aliis Nunciis venit *Pragam* a Concilio Christiano (*a*) agens de Compactatis.

Anno Domini 1436. in die *Ascensionis Domini* Pragenses ex urbe Antiqua cum Domino *Meinhardo de Hradecz*, D. *Aless Holiczky de Sternberg*, cum Domino *Hynek Ptaczek de Bigerstein*, (*b*) cum Domino *Diuissio Boczek*, & aliis obtinuerunt Nouam urbem Pragensem, ubi Deo volente pauci occisi sunt, circa 16. aut 20. Hoc ideo factum fuit, quia Neo-Urbenses se muniuerunt contra Vetero-Pragenses post repetitam pacem conclusam, & quia illis duas portas vi acceperunt, nempe *Porzicensem* & *Kuttenbergensem*, impedimenta lignea opposita eis destruxerunt, & omnem occasionem impediuerunt apud Beatam Matrem ad *Niues*, ubi iaculando Antiquo-Urbensibus valde nocuerunt; Concionator illo tempore abinde aufugit, eciam campanam ibidem abstulerunt.

Hoc anno die Jouis in octaua *Ascensionis Domini* recesserunt a *Plsna*, non obtenta, & expugnata illa ciuitate, *Przibik* enim *Klenowsky* egit, ut urbs obsideatur, at ibidem aliquo tempore cum illis permanens, ciuitatem deseruit, & *Misam* se contulit, & tum proditorie egit cum *Fratribus*, sicut *Judas* cum *Christo* Domino. Postea mox *Taborite* & *Orphani* in festis Pentecostalibus collocarunt se prope *Pragam* apud *Girnam* & *Krcz*, damna inferentes populo, & regioni.

Eodem tandem anno die Dominica post festiuitatem *Corporis Christi* Do-

(*a*) Scilicet *Basileensi*. (*b*) Lege *Birgstein*.

Dominus *Meinhardus*, Dominus *Ulricus de Rosenberg*, Dominus *Ptaczek*, Dominus *Alesſ Holiczky*, Dominus *Diuiſſius Brzek*, *Michalek Strakonicenſis* Cruciger cum *Pragenſibus*, *Plſnenſi Lantfried*, & aliis, vicerunt exercitum *Taboritarum* & *Orphanorum* inter *Brodam* & *Kaurzimium* prope pagum *Lipany*, quibus arma, bombardas, & quecunque habuerunt, abſtulerunt; tunc occiſi fuerunt multi Sacerdotes *Taborienſes*, *Procopius Raſus*, *Procopellus Orphanus*, Sacerdos *Markolt*, Sacerdos *Burzicz*, aliique homines de copiis occiſi & combuſti fuerunt circiter mille quinquenti, alii cum *Czapek* fugerunt *Colinium*.

Eodem anno in die *S. Joannis* Baptiſte Comicia fuerunt *Prage* celebrata, ubi omnes concorditer conuenerunt, exceptis *Colinienſibus*, *Taborienſibus*, *Piſecenſibus*, *Zatecenſibus*, & *Neo-Boleslauienſibus*, ac *Orphanis*, qui in campo permanſerant, hi acceſſerunt ad Dominum *Alesſ de Wurſtiow*, & eius conſilia.

Eodem anno die Sabbati poſt feſtum *S. Galli* denuo Comicia fuerunt *Prage*, ubi Sacerdotes concordiam iniuerunt, & unionem fidei Chriſtiane, exceptis *Taborienſibus*, & ſupra ſcriptis Ciuitatibus, & quibusdam eis adherentibus, Proceres vero *Bohemie* & *Moravie* nuncios miſerunt cum ciuitate Pragenſi ad Dominum ſuum hereditarium Imperatorem *Sigiſmundum* in *Hungariam Presburgum*.

Hoc anno die Dominica ante feſtum *S. Thome* nuncii venerunt *Pragam* a Rege *Sigiſmundo*, ob quos audiendos Pragenſes tocius Triurbii communitatem conuocarunt.

Anno Domini 1437. in medio Quadrageſime Dominus *Ptaczek* cum ſuis, *Prechta de Konopiſcht*, *Joannes Sadlo de Leſchtna* obſederunt *Oſtromecz* Caſtrum *Taborienſe*, quod eciam expugnauerunt & diruerunt.

Hoc anno die Lune poſt feſtiuitatem ſanctiſſime *Trinitatis* Proceres Bohemie cum Pragenſibus perrexerunt ad Imperatorem *Brunam*, quibus ſe aſſociauit Magiſter *Rokyczana*, *Zatecenſes* & *Lunenſes*.

Eodem anno die Lune ante feſtum *S. Laurencii* reuerſi fuerunt Nuncii ab Imperatore, & ordinauerunt Comicia celebranda Prage in feſto *S. Mathei*. In his Comiciis eligendi fuerunt Archiepiſcopus Pragenſis, & duo Suffraganei.

Item eodem anno Comicia celebrata fuerunt *Prage*, in quibus omnes, exceptis *Regino-Hradecenſibus*, conſenſerunt, ut pro Imperatore mittatur.

Eodem anno die Jouis ante feſtum *S. Mathie* ſtatus cum ciuibus compleuerunt conuencionem ſcriptam cum Ceſare, que ab eodem petenda fuerant.

Hoc

* Hoc anno, quando Nuncii reuersi fuerunt ab Imperatore, denuo instituta sunt Comicia *Prage* in Quatuor Temporibus Quadragesimalibus, ubi Ciuitates consensum dederunt pro Imperatore. In his Comiciis eciam elegerunt Magistrum *Rokyczanam* in Archi-Episcopum Pragensem, Sacerdotem *Martinum Lupac*, & Sacerdotem *Wenceslaum de Mutba* Suffraganeos.

Eodem anno die Sabbathi ante festum SS. *Trinitatis* regni Proceres cum Pragensibus, Magistro *Rokyczano*, & quibusdam aliis de Clero receperunt se *Praga* ad Imperatorem.

Eodem anno in die *S. Jacobi* Proceres Bohemie cum Pragensibus honorifice susceperunt Imperatorem, ut Dominum suum, ut pro libitu suo ad Bohemie Regnum se conferat. In die autem vigilie ante festum *S. Bartholomei* die Jouis venit Imperator Pragam, quem Proceres, Equites, Nobiles Pragenses venientem cum magna reuerencia, & honore beneuentantes susceperunt hora 19. Tandem sequenti die Dominica Imperator in sede Maiestatis in foro *Antique Urbis* collocatus fuit, cui homagium exhibuerunt, fidelitatis, obediencie, & subieccionis, utpote suo Regi & Domino graciosissimo Senatus *Antique, Nove,* & *Minoris* Urbis Pragensis. Die Jouis sequenti constituit Imperator Antique, Nove, & Minoris Urbis Pragensis, Consulem *Reckonem*, sigilla in manus eius tradens, & *Joannem* ab Argentea stella instituit Sub-Camerarium Regni Bohemie.

Anno 1438. die Veneris ante festiuitatem Natiuitatis Beate Virginis obsessum fuit Castrum *Syon* spectans Domino *Robacz*, die Lune vero post hoc festum *Robacz* cum omnibus suis suspensi fuerunt Prage. *Joannes Prostrzedek* dictus, & *Wyssek* Eques Polonus, & *Viridis Pusskarz* eciam cum illo suspensi fuerunt, cum aliis 60. sociis. *Robacz* in loco supremo patibuli, illi tres infra illum in alio patibulo, tandem alii in patibulo communi suspensi fuerunt. Ante hec autem *Rokyczana Praga* discessit, timens, ne ab Imperatore submergeretur; Quem Dominus *Boczek* in vineam suam suscepit, eumque plus quam cum centum equis expectauit, & deduxit in montem *Kuneticensem*, abindeque in Castrum suum, ibidem permansit, usque ad Pragense disturbium, prout infra dicetur.

Eodem anno Imperator perrexit in *Cheb* (a) abindeque Legati missi *Basyleam* ad uniuersale Christianum Concilium, nempe Dominus Petrus *Zwirzeticzky*, Dominus *Przibik de Klenow*, Magister *Joannes Przibram*, Magister *Procopius Plsensky*; *Mathias Lauda* vero, & *Brzeczek*, Ciues Pragenses missi a statu ciuili.

Item hoc anno post Concepcionem Beate *Matris* ante festa Natalicia mor-

(a) Egram.

mortuus fuit Imperator *Sigismundus Znoyme*, abinde deuectus ad sepulturam in *Waradin*.

Eodem anno in die sancti *Joannis* Euangeliste electus fuit *Albertus* Austrie Dux in Regem Bohemie a Proceribus, & Pragensibus, quidam vero elegerunt *Casimirum* Polonum; uti Dominus *Alesf de Sternberg*, & *Holicz*, Dominus *Ptaczek*, Dominus *Georgius de Cunstad* & *Podiebrad*, Dominus *Petrus Zwirzeticzky*, *Klenowsky* &c. & Ciuitates Regie munite 22.

Anno 1439. in die *S. Viti* die Dominica *Prage* in throno sedenti Regi *Alberto* Pragenses promiserunt obedienciam, precedenti vero die Veneris illum susceperunt honorifice, & in festo *S. Petri* coronatus fuit.

Eodem anno post festum *S. Viti* magna pestis incepit, eciam in aliis terris, que durauit usque ad festum *S. Andree*. Illo tempore mortuus fuit prefatus *Filibertus Constanciensis* Episcopus, nam ille tunc eciam direxit Archiepiscopatum Pragensem, simul fuit Legatus primarius missus in Bohemiam a Concilio *Basileensi*, qui sepultus fuit honorifice in Arce Pragensi. Hic Ecclesias & Monasteria Prage fere omnia denuo reconcilians benedixit, polluta enim fuerant in bellis precedentibus, populo eciam copioso Sacramentum Confirmacionis contulit; utriusque partis Sacerdotes ordinauit, tam illos *sub utraque specie*, quam hos *sub una specie* communicantes, ipsemet pariter propriis manibus distribuit populo Sacramentum *sub utraque specie*, prout id scriptum aureis literis extat.

Eodem anno Rex *Albertus* paulo post coronacionem suam processit in campum versus *Tabor*, cum quo *Misnenses*, & multi alii *Germani* ibidem permanserunt, cum Proceribus Bohemis, qui eum coronauerunt, alii vero, qui ad eleccionem eius non consenserunt, omnes *Taborium* ingressi sunt priusquam ciuitas hec obsessa fuisset, ibi tandem restiterunt, & defenderunt se generose contra Regem & seruos eius cum *Polonis*; *Kasimirus* enim Rex *Polonie* copiosos suos milites in Bohemiam misit, qui eciam *Taborii* fuerunt. Rex vero *Albertus* permanens ibidem aliquot septimanis, obsessis nocere non valens, & agnoscens, quod ciuitatem expugnare nequeat, reuersus fuit *Pragam*, & populum dimisit. Dum adhuc Rex in campo & castris fuisset, mandauit capi *Sigismundum Diecinensem*, & abinde vehi in Castrum Domini *Meinhardi*, ibidem paulopost affliccione vitam finiit, nam consiliis suis Regi male intendebat.

Eodem anno in die *S. Wenceslai*, quando *Misnensis* Dux reuersus fuit in *Misniam*, Dominus *Petrus* filius Domini *Alesf Holiczky* uniens se *Satecensibus*, *Lunensibus*, & aliis, aggressus fuit *Misnenses* inopinate, *Misnensis* vero Bohemos prostrauit, & Dominum *Petrum de Sfiernberg* cepit, cum auxilio

xilio *Jacobelli Bielinsky de Wrzezowicz.* Tandem Rex perrexit *Wratislauiam*, & abinde in *Austriam* per *Morauiam*, & amplius in Bohemiam non fuit reuersus, abinde enim processit in *Hungariam* (cum eciam fuerit Rex Hungarie) quod autem illum Proceres *Hungarie*, sicut & *Bohemie* status in Regem elegerint, illud per uxorem factum fuit, habuit enim Imperatoris *Sigismundi* filiam, & ita heredem regni *Hungarie* & *Bohemie*, dein ibidem in *Hungaria* mortuus fuit, quidam dicunt, quod sumto veneno vitam finierit; Ex tunc bella talia in Bohemia orta sunt, qualia tempore Imperatoris *Sigismundi* fuerunt, & durauerunt usque ad mortem huius Regis.

Eodem anno capite *Prage* plexus fuit notabilis Senator urbis Antique Dominus Joannes *Muczek*, & *Plsne* decapitati sunt tres notandi fures, *Strnisstie*, *Hauff*, *Allexa Lot &c.* *Albertus* Rex *Hungarie* & *Bohemie* mortuus fuit *Landorffii* in *Hungaria* die sanctorum *Simonis* & *Jude.* Deinde Proceres Bohemie soli contra se inuicem pugnarunt, & qui alterum vincere potuit, sibi eum subegit, & hoc durauit usque ad regimen Domini *Georgii Podiebradii*, prout de his suo loco dicetur.

Bohemi itaque tunc per 14. annos Rege caruerunt, usque ad tempora Regis *Ladislai*, Successoris predicti Regis *Alberti.* Tandem post diem Purificacionis die Veneris anni 1439. conuenerunt omnes Bohemie Proceres, tam illi, qui elegerunt Regem *Albertum*, quam hi, qui *Casimirum* Polonie Regem assumpserunt, & concordiam inierunt modo Christiano, postquam nempe aduertissent, quod per bella regio destruatur, egerunt inter se, quomodo Regem sibi eligere, & in regnum pacem ac unionem inducere possent. In his Comiciis sine omni necessitate impediuerunt ac stiterunt iudicia regni, & preceperunt Camerariis terre, ne ulli Jura sua exequantur; in hoc vero notabilem errorem commiserunt.

Non diu ante hec die Jouis ante festum *S. Sebastiani* Senatus Vetero-Pragensis cum consensu quorundam de Communitate sua ceperunt quosdam ciues, qui in Senatu fuerant, ante inductum in regnum Imperatorem; videlicet *Joannem Welmar*, *Wenceslaum Hedwik*, *Wenceslaum Podgistebsky*, *Nicolaum Kniezewelsky*, *Mathiam Drdak*, *Obselk* lorarium, *Nicolaum Humpolez*, *Martinum Wlaschimsky*, quorum aliqui ducti fuerunt in carceres *Carlsteinenses*, quidam in *Tocznik*, multi autem ex ciuitate aufugerunt, uti Dominus *Paschkarzik*, *Koschyk*, alii de ciuitate relegati sunt, uti *Nicolaus Bethlemsky*, *Marzik* e regione Cantorum, balneator ex regio balneo, *Petrus Polaczek* sartor, qui postea decapitatus fuit) *Vitus Pannifex*, & alii. Hec autem ideo facta sunt, ut quidam dicunt, quod *Pedrzicboni* auxilio esse voluerint, ut ciuitatem Pragensem obtineat, hac ex causa eciam a Clero con-

conuentus frequentes habitos fuiſſe; ſed illud mihi videtur eſſe a vero alienum, quoniam ſub regimine Imperatoris omnes res inconuenientes & diſcordie inter hos iam ceſſaſſe dicuntur.

Anno Domini 1440. in eſtate celebrata fuerunt Comicia grandia ab omnibus Proceribus Bohemis, Equitibus, Nobilibus, & omnibus ferme Ciuitatibus Regni *Bohemie* & Marchionatus *Morauie*. In his Comiciis conſenſerunt omnes in eleccionem noui Regis, pro qua eleccione inſtituenda aſſignati fuerunt de Proceribus perſone 16., de Nobilibus 13., ex cuiuslibet Diſtrictus ciuitate primaria perſona una, & ex Ciuitatibus Pragenſibus Conſules, qui iurare debuerunt, ſe nulli velle manifeſtare, que in hac eleccione agentur. Publicatum tandem fuit, *Albertum* Ducem *Bauarie* electum in Regem fuiſſe, idcirco conſtituerunt quosdam Legatos, qui id eidem *Alberto* nunciarent, nempe ex Proceribus Dominum *Ulricum de Roſenberg*, Dominum *Meinhardum de Hradecz*, D. *Ptaczek*, D. *Georgium de Podiebrad*; ex Nobilibus quatuor, *Bohuslaum Koſtka &c.*, & Pragenſes Conſules, qui ad eum venientes, varia eidem incongrua, & difficilia propoſuerunt, ille hec audiens, gracias egit illis de fauore & honore ſibi preſtito, Regnum autem & regimen ſuſcipere recuſauit. (*a*).

Eodem anno die Veneris feſto *S. Margarethe* ſub aurora *Kolda*, *Beneſch Mokrowusky* cum aliis adiuuantibus ex quibusdam Ciuitatibus, nempe ciuibus, per *Sigiſmundum Slama*, ciuem Vetero-Pragenſem, & quosdam Clericos & Seculares aggreſſi ſunt *Nouam Urbem* Pragenſem per foramen quoddam ſub porta *Kuttenbergenſi* intrantes, proceſſerunt verſus ciuitatem Veterem ad portam *Odrana* dictam, vociferantesque pecierunt, ut in ciuitatem immittantur, ſe aduehere piſces Domino *Slama*, quodque timeant, ne ipſis emoriantur; ſic enim *Slama* eis mandauit. Dum itaque uxor Portarii aperiret ſeras apud portam, proſpexit per quoddam foramen, & videns ibidem adeſſe populum armatum, id marito ſuo indicauit, qui ſurgens concitauit tumultum in populo, ignem eſſe ortum, clamans, illi vero ante portam exiſtentes, & clamorem audientes recurrerunt denuo ad foramen ciuitatis porte, & exiuerunt ibi, ubi antea intrauerant, reliqui vero ſe in Noua Ciuitate occultarunt; poſt quam prodicionem *Slama*, *Sſilink* cum multis aliis Praga, & de bonis ſuis fugerunt, nempe *Przech*, *Wanick*, *Koranda*, *Kraiz*, *Platnec* ſartor a cygno, *Przezpolg* pannifex & multi alii. Eodem die Veneris *Auguſtinus* hoſpes ab Alba campana, & *Geſſna* hoſpes ab Albo urſo incarcerati fuerunt, qui ſponte ſine tortura omnia fatebantur de illa prodicione,

(*a*) Non ignotum erat Alberto Duci Bavariæ legitimum heredem Regni Bohemiæ Alberti filium Ladislaum poſthumum ſupereſſe, qui eodem anno 21. Februarii natus erat.

cione, & tandem ambo in limitibus domorum suarum decapitati sunt. Captiuati eciam sunt *Ondraczek* lorarius; *Mathias Smolarz* vir bonus & bene meritus, *Ambrosius* de turri, *Piwce*, *Platna*, *Nicolaus* vero Parochus a *S. Leonardo* proscriptus ac relegatus a ciuitate fuit, apud eundem enim in Ecclesie sue sacristia, & eciam alibi apud *Waniek* penes vinum (a) & apud *Waniek Kuranda* similia agebantur consilia. Captiuatus pariter fuit *Slatina* hospes ab ungula.

Tandem post diem *S. Wenceslai Mathias Smolarz* & *Ondraczek* lorarius decollati fuerunt, hi boni viri puniti sunt ideo, quod de prodicione illa sciuerint, *Smolarz* vero ob aliam causam decapitatus non fuit, nisi ut *Przibram* Dominus *Hanussch Kolowrath* obtineret, nam illo tempore eidem *Smolarz* spectabat. Tot autem meo tempore ciues & valde notabiles homines *Prage* capite plexi fuerunt, incipiendo a Domino *Missek*, *Domschik*, & Domino *Czenek*, ut illis magnam plateam implere possemus. Huius causa vero alia non fuit, quam superbia, & inuidia, nam unus alterum excellere volebat, volens in officiis constitui, ut ditescat.

Eodem anno in festo *Omnium Sanctorum* Comicia celebranda promulgata fuerunt, quia autem pauci de Proceribus aderant, dilata sunt usque ad diem Purificacionis, ad quam diem citati fuerunt omnes *Silesie* Duces, qui ad coronam Bohemie spectabant, nunciosque miserunt ad *Fridericum* Regem Romanorum, apud quem de Domino & Gubernatore futuro egerunt.

His temporibus, nempe anno 1442. *Przibik Klenowsky*, *Solnarz*, & *de Karlsperg*, *Joannes Sedleczky de Prachaticz*, & cum illis *Klatouienses* obsederunt Castrum *Hus* per duas septimanas usque ad *Bacchanalia*, & in festo Beate Matris Castrum illud eis traditum fuit anone defectu, anona enim in illo Castro defuit, & unde viuant, non habuerunt, adeoque miles in illo existens D. *Habarti Lopata* de Castro descendens *Buduicium*, Dominum suum secutus, se recepit, *Habart Lopata* enim prius succenso Castro cum suis omnibus recessit.

Deinde populus aut incole Bohemie agnoscentes, quod per hec bella, & discordias regnum destruatur, tam in incolis quam bonis, constituerunt in Districtibus Landfried, eligentes sibi in quolibet Districtu Capitaneum, Consiliariumque ei addiderunt, & preceperunt, ne unus alterum vi aggrediatur, sed coram eiusmodi Capitaneo cause quelibet proponantur, & inquirantur, iusticiaque cuilibet fiat, & ita subiecerunt se omnes in regno; hinc talia mala, ut rapine, furta publice amplius acta non sunt, nisi occulte quis

(a) Id est inter compotationem.

quis ſimilia committere voluiſſet. Capitanei vero huius Landfrid fuerunt: Dominus *Meinhardus de Hradecz* Burggrauius Pragenſis, & Carlſteinenſis, is fuit Capitaneus Pragenſis cum Domino *Hanuſch Kolowrath*, Dominus *Georgius Podiebradsky* fuit Capitaneus Diſtrictus *Bechinenſis*, Dominus *Wenceslaus de Michalowicz* Cruciger *Strakonicenſis*, Diſtrictus *Prachinenſis*; Dominus *Hinek Cruſſina de Schwamberg*, *Plſnenſis*; Dominus *Burianus de Gutſtein & de Rabſtein*, *Satecenſis*; Dominus *Zbynek Zagicz de Haſemburg*, *Rzipenſis*; & Dominus *Michalec* Diſtrictus *Boleslauienſis*; quilibet vero Capitaneus in ſuo Diſtrictu habuit aliquot Nobiles ſibi adiunctos, hic plures, alter pauciores ſecundum magnitudinem cuiuslibet *Landsfried*, & ita regnum in pace quodam tempore conſeruarunt. Interea autem ingens bellum ortum fuit in *Hungaria* inter Regem *Polonie*, & Reginam uxorem *Alberti* in domo matris Regis *Ladislai*, de quo bello ſuo loco dicetur, illuc populus copioſus ſe recepit tam pedeſtris, quam equeſtris, cuicunque placuit belli ſeruire, ubi regnum Bohemie aliquo tempore quieuit, & tantopere afflictum non fuit, usque ad tempora Domini *Georgii Podiebradii*.

Anno vero Domini 1446. aduenit Legatus *Cardinalis ab Angelis* Pragam, nomine *Paulus*, intendens, ſi regnum poſſet in iura, mores bonos, ritus, & ordinem precedentem perducere, hic dum Prage moraretur, Magiſtri & Proceres illum acceſſerunt, & diſputaciones controuerſias cum eodem habuerunt, & dum *Romani* (*a*) incongrue locuti ſunt, dicentes: quod Papa ſcripturam Chriſti aut Euangelium immutare poſſit, item quod Papa conſtituit, illud mutari non poſſit, item ſi Papa mandet, ut credatur, quod quatuor perſone in *Trinitate* ſint, eciam ita credi debeat, & quod ob id nullus damnetur. (*b*) Ob ſimiles errores Archihereticos Bohemi contra illum Legatum valde commoti fuerunt, ita quod odium contra illum conceperint, & contumelias eidem intulerint; tandem ille petiuit a Magiſtris Pragenſibus, dum Compactata ſua valde defendebant, ut eadem Compactata ſibi oſtendant, que dum eidem exhibita fuiſſent, ille eadem accipiens, currui impoſuit, volens illa auehere; Magiſter autem *Przibram*, & Magiſter *Rokyczan* cum feruore adeuntes Proceres, illis conqueſti fuerunt, petentes hac in re defenſionem, Magiſter enim *Rokyczan* tum plane *Hradecio* aduenit, adiuerunt igitur Domini Cardinalem, ut Compactata reſtituat, quod ſi facere renuerit, Communitatem tumultum concitaturam fore talem, quod

(*a*) Id eſt Cardinalis comites viæ, inſervientesque. (*b*) Hæ fuerunt Huſſitarum artes & calumniæ, quibus exoſum reddidere Cardinalem Paulum, qui id maxime urſit, ne Huſſitæ crederent, prædicarentque calicem de neceſſitate medii eſſe, hac doctrina refringi decreta & compactata Concilii Baſileenſis, quæ propter hanc ipſam cauſam ſibi autographa extradita, abſtulit.

quod Praga cum *Rosenbergio* exire haud poterit; ille autem respondit, dicens: ea compactata in curru suo iam recondita esse, adeoque quod petat, ut cum rebus suis nullatenus moueant, sed cum *Beneschouium* peruenerit, ea se velle ipsis restituere. Post hec miserunt cum eodem Dominum *Petrum de Sternberg & Holicz*, & *Przibicum de Klenow*, ac ultra quadringentos Equites, mandantes illis, quod si sponte ac modo bono ea ipsis restituere noluerit, vi *Cardinalem*, & *Rosenbergium* aggrediantur. *Rosenbergius* enim cum tribus filiis suis, cum illo Legato Pragam aduenit, & iterum cum eodem discessit, qui cum antea in ciuitatem Pragensem aduenisset, obuiam eidem processionaliter iuerunt, quasi nouum Regem suscipere deberent; atque in hac processione comparuerunt omnes Canonici, monachi, adfuerunt eciam ex Triurbio Pragensi omnes mechanici cum vexillis suis, & usque ad Crucem ei obuiam processerunt, precedentibus Dominis Vetero-Pragensibus cum baldachino, secuti tandem Neo-Urbenses, & Micro-Pragenses cum argenteis baccellis iuxta consuetudinem suam, beneuentantesque eum sub baldachino Pragam usque deduxerunt, cantantes: *Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus*. Et dum per Nouam Ciuitatem versus antiquam processissent usque in *Teyn*, in omnibus Ecclesiis & monasteriis campanas pulsarunt. Resciens autem Dominus *Georgius Podiebradius*, quales, Pars *sub utraque specie* communicans, Prage afflicciones & persecuciones sustinere debeat, quod nempe aliquos e ciuitate expellant, capite plectant alios, & aliis modis affligant; Senatores enim fere omnes aduersarii fuerunt, & in Collegiis omnes Germani studiosi ac Magistri, ac in Parochiis pauci Parochi *sub utraque specie* communicarunt, dolorosum illud audire fuit Domino *Georgio*; & congregauit populum ex districtu seu *Landfried Hradecensi* cum multis Nobilibus, & urbium aliarum incolis, & processit versus Pragam anno Domini 1444., & collocans se non procul ab urbe petiuit, ut eum per urbem transire sinant, quod illis nocere nolit, sed in quiete sua via procedet contra senem *Misnensem*; Pragenses vero neque admittere voluerunt, ut ciuitatem pertranseat. Ille autem post aliquot dies sub ortu solis se preparans, ingressus fuit per *Boticz* infra *Wissehradum* versus *Nouam Ciuitatem*, & ulterius procedens in urbem Antiquam usque ad Curiam, ubi cum suis Dominis auxiliatoribus permanens, eos per domos currere non admittebat; Pragenses autem *sub utraque specie* communicantes subito se illi associarunt, quos omnes sub obedienciam suscepit; Dominum *Meinhardum* vero Capitaneum Vetero-Pragensem tunc *Podiebradium* in carceres duxerunt, Dominus *Hanusch Kolowrath* autem per aream sue domus currens, in omni celeritate clenodia & res optimas quatuor curribus im-

poni iussit, & Praga discessit in *Toczník* & *Zebrak* castra sua; pariter Consul Vetero-Pragensis, qui a Rege *Alberto* Consulatum obtinuit precedentibus annis, in *Baczicz* supra *Benatek* ad amicos suos aufugit, Magister *Papauschek* eciam, Parochus apud Matrem Dei in *Teyn* (qui a Legato supra scripto absolucionem ideo obtinuit, quod *sub utraque specie* Sacramentum Eucharistie populo distribuerit, (*a*) cum aliis aduersariis, & Germanis ex Collegio, ac cum multis ciuibus antique & noue urbis Praga fugerunt.

Tandem Dominus *Georgius* suo tempore constituit Senatores in urbibus Pragensibus, Magistrum *Rokyczanam* in *Teyn* induxit Parochum, Parochis eciam aliis precedentibus Parochias restituit, ac ciuibus illorum domos tradidit, *Przechum* fecit Gubernatorem hospitalis, *Samuelem* filium *Welmari* constituit Consulem Vetero-Pragensem, & Dominum *Zdenconem de Sternberg* Dominum in *Konopischt* Burggrauium Pragensem, atque aliis alia officia distribuit. Quod dum audiuisset Dominus *Ulricus* filius Domini *Meinhardi*, quod Prage tumultus oriatur & dissensio, & quod Pater eius incarceratus sit, concitauit bellum cum auxilio Domini *Joannis Teleczky*, Domini *Rosenbergii* & Principis *Bedrici Colinensis* contra Dominum *Georgium*, & omnes illos, qui Pragam cum Domino *Georgio* ingressi sunt, id contigit in hyeme, nam post diem *S. Galli* Pragam aduenerant, aduenerant eciam tum Dominus Fridericus *Kolowrath de Bustiewes*, & D. *Kunesch Rozkosch de Kostelecz* in bello adiuuantes.

Tandem anno Domini 1450. obsederunt *Kostelecz*, & expugnauerunt Dominus *Georgius* cum Pragensibus, tradiderunt que Domino *Sdenconi de Konopischt*. Demum obsederunt *Busstiewes*, & eciam obtinuerunt, *Hradecenses* vero cum Domino iuniore de *Rosenberg* congregantes copias, processerunt volentes expectare *Misnensem*, & conuenientes defenderunt *Busstiewes*, volentesque denuo Pragam obtinere; senior autem *Misnensis* congregauit populum ad succurrendum in Bohemia filio Domini *Meinhardi*; interim Junior *Misnensis* cum *Duringis* & *Brandemburgis* irruerunt super seniorem Ducem *Fridericum* in regionem eius, ibique loca varia succenderunt, & spoliarunt, ita quod in Bohemiam pro auxilio ferendo ad suos intrare non potuerit, sed iterum in *Misniam* reuerti debuerit, & terram suam defendere; Dominus *Georgius* autem congregans copias, processit contra illos versus *Rokyczanam*, & dum ei appropinquassent, subito *Hradecenses* cum Domino de *Rosenberg* noctu versus *Plsnam* fugerunt, & ad ciuitatem se

(*a*) Non ideo Papauschek Parochus Teynensis absolutus fuit, quod Sacramentum Eucharistiæ sub utraque specie distribuerit, hoc enim per Concilium Basileense licitum fuerat, sed quod accusatus & convictus fuerit necessitatem calicis quoque populo prædicasse, quem errorem præsente Cardinale Paulo detestatus est.

ſe locauerunt, pauci enim fuerant, & auxilium, quod expectabant, eis aduenire non poterat. Tunc Dominus *Fridericus Buſſtieweczky* iniens concordiam cum Domino *Georgio* & cum Pragenſibus, qui eidem uniti fideliter permanſerunt uſque ad mortem, hoc tempore Dominus *Meinhardus Podiebradii* e carceribus liberatus, proceſſit in *Carlſtein*, ibidem mortuus fuit, ſenio enim iam magno conſumptus fuerat.

Eodem anno Dominus Gubernator (*a*) congregans exercitum cum Proceribus & Ciuitatibus, qui eidem adheſerant, procedensque ea parte verſus *Brixiam*, *Kotlebam*, *Bernauiam*, *Dresdam*, ingreſſus *Miſniam*, regionem ſenioris Ducis *Friderici*, in die Beate Matris Purificantis, ibidem loca varia combuſſit, in quibus incole ſe eidem ſubiicere nolebant, in hac regione permanſerunt usque poſt diem S. *Galli*, omnia loca ibidem pertranſeuntes. Inter hec oppugnantes ciuitatem *Gerau*, eam obtinuerunt, & exuſſerunt, multosque incolas ibidem occiderunt, ac Dominum poſſeſſorem *Gerouienſem* captiuum *Pragam* ſecum perduxerunt, qui deinde vectus *Podiebradium*, ibidem usque ad mortem eius aſſeruatus fuit.

Eodem eciam anno oppugnarunt ciuitatem *Koſtelecz* ad *Sazauam*, eamque obtinentes, tradiderunt Domino *Sdenkoni Sternbergio* Domino de *Konopiſcht* Burggrauio Pragenſi. Hec autem deuaſtacio *Miſnenſium* facta fuit in vindictam illius ignominie, & mali, quod *Miſnenſes* Bohemis intulerunt tempore Regis *Wenceslai* filii Imperatoris *Caroli*, dum regnum intrantes, vaſtantes, & ſpoliantes Pragam uſque peruenerunt, ita quod ceruos in horto Pragenſi regio occiderint. Dominus igitur *Georgius* cum aliis Proceribus, & quibusdam ciuitatibus vindictam ſumpſerunt, pro illis ceruis & aliis damnis, domos in oppidis combuſſerunt, varia bona ac res copioſas diripuerunt, precipue campanas, pecora, equos, ac veſtimenta varia precioſa ac multa.

Deinde anno Domini 1453. *Henricus* filius Domini de *Roſenberg* congregans copias ſuas pedeſtres ultra duo millia virorum, & currus ac equites ultra quadringentos, proceſſit in auxilium *Anczygaro* Gubernatori *Auſtrie*, ac aliis Proceribus *Auſtriacis*, preſertim *Viennenſibus* ciuibus, & Duci *Cylenſi*, illo enim tempore *Cylenſis* aſſumptus fuit pro auxilio ad obtinendum Regem *Ladislaum* filium Regis *Alberti*, quem *Fridericus* Imperator in aula ſua detinebat, nolens illum extradere *Hungaris* & *Bohemis* Proceribus, ac *Auſtriacis* pro aſſumendo regimine propter lucrum & commodum ſuum; ille enim regiones de iure poſt Patrem eius *Ladislao* ſpectabant. Intrans igitur *Henricus* in *Auſtriam* varie affligebat populum Impera-

(*a*) Videlicet *Georgius Podiebradius*.

ratoris, & perueniens *Mülbachium* adiunxit se *Ancygaro*, & idem Castrum obsedit, quintaque die expugnauit, procedens tandem *Pelmocbium*, ubi incole se illi subdiderunt, & se illi adiungentes, contra Cesarem processerunt versus *Viennam*, ibidem aliquo tempore quiescentes, abinde cum Duce *Czylensi* & multis equitibus se versus *Ort* receperunt, Castrum enim *Ort* sex miliaribus infra *Viennam* ad *Danubium* situm est, illud Castrum *Morani* obsederunt, Dominus *Gessek Swinowsky*, & Dominus *Wenceslaus Gitorinsky* cum quibusdam Proceribus *Austriacis*, quibus se adiunxerunt Dominus Ernestus *Leskowecz*, qui mandatarius fuit *Hradecensium Orphanorum*, & Dominus *Nicolaus Kaplirz Wirtenbergensis*, hi omnes venerunt versus *Ort*, & Castrum illud potenter expugnauerunt, diruentes illud ictibus bombardarum; Bohemi, qui in illo Castro fuerunt, viriliter se defendebant, quousque in muris stare potuerunt; deuicto Castro subdiderunt se captiuitati incole, ubi acceperunt equos 164., arma valde copiosa, dictumque ibi erat, quod plus de armis acceperint, quam si 500. viros in campo prostrauissent. Abinde omnes processerunt *Viennam*, & post aliquot dies recedentes, denuo cum omnibus, qui se illis associarunt, peruenerunt versus *Nouam Ciuitatem*, (*a*) ibidem se collocauerunt in illa parte & via, qua Teplicio (*b*) itur. Die Lune vero mane congressum tentarunt cum Cesareis copiis, eas stratagemate dispulerunt, & venientes usque *Mylyn* ante portam ciuitatis, ibidem vigilias fortes constituerunt & munierunt, ac ibidem apud quandam Ecclesiolam tormenta magna Viennensia collocantes (*c*) ceperunt urbem oppugnare ex tormentis grandibus iaculantes. Quo facto Imperator illico nuncios ad Principem *Czylensem* & Dominum de *Rosenberg*, ac ad alios Proceres miserat ad exercitum pro interstitiis belli obtinendis; nempe Archiepiscopum *Moguntinum*, Episcopum *Passauiensem*, & Dominum *Procopium de Rabstein* Cancellarium suum, Juris Doctorem, qui interstitia obtinuerunt, ita ut determinata die eis Rex *Ladislaus* extradatur, quod eciam factum fuit, & Rex extraditus fuit; tandem populo exercitus dimisso, cum Rege *Wladislao Viennam* processerunt, ubi Rex libertati restitutus fuit; nam antea existens apud Cesarem Patruelem suum captiuus fuit, & libertate sua uti non potuit, sub diligenti custodia detentus. Hec extradicio facta fuit in die sancti *Bartholomei*.

Illis temporibus & diebus, quibus Dominus de *Rosenberg* in *Austria* morabatur, Dominus *Georgius* Gubernator regni Bohemie processit cum suis copiis contra illas ciuitates, que ad unionem consentire noluerunt, simul eciam ex causa, ut illum regni Gubernatorem agnoscant, quod eciam tan-

(*a*) Austriæ. (*b*) Hodie passim *Baden* nomen obtinet. (*c*) Scilicet Vienna secum assumta.

tandem factum fuit. Processit autem prius *Taborium, Budwicium, Pisekam, Satecium,* & *Launam,* & in unionem ciuitates has perducens, *Budwicii* se detinuit, cum seniore Domino de *Rosenberg* Patre Domini *Henrici*, & cum parte illa concordiam iniuit, ac Comicia valida Prage celebranda ordinauit, abinde pro suo Rege *Viennam* mittentes, honorifice illum in ciuitatem Pragensem beneuentantes susceperunt, & in die SS. *Simonis* & *Jude* eum coronauerunt, itaque regnum in pace & tranquillitate constitutum fuit, ex omnibus enim regionibus circumiacentibus mercatores aduenerunt, merces varias aduexerunt, commercia gerebantur, vili precio omnia per aliquot annos haberi potuerunt, prout suo loco de his plura dicentur. Ab illo tempore ille Rex cum aula sua gloriose Prage vixerat usque ad annum Domini 1454. ubi circa Pascha pergens ad *Silesiam Wratislauiam* versus, abinde in *Hungariam,* & dum in *Hungaria* morabatur, Gubernatoris filius Principem *Czylensem* Regis huius amicum *Posonii* in Castro aggressus est hostiliter sub misse sacrificio a sacerdote celebrato, & illum cum suis *Hungaris* occidit. Illud fecit in preiudicium & ad causandum dolorem Regi Bohemie, & eius seruis. Quo eciam tempore ibidem in *Hungaria* Dominus *Henricus de Rosenberg* cum quibusdam senioribus sociis suis, veneno porrecto in vino, mortuus est.

Tandem Rex denuo in Bohemiam reuersus fuit anno Domini 1454. in autumno ex causa, quia eidem filia Regis *Gallie* in matrimonium promissa, ac tandem eciam data fuit, que dotalicium primum in regno Bohemie assignatum habuit, quod eciam ei datum fuisset, nisi mors amara illud immutasset. De consilio igitur Procerum & voluntate Regis missi fuerunt pro sponsa Dominus *Sdenko de Sternberg* Burggrauius Pragensis cum aliis Proceribus; & dum illuc nempe in *Italiam*, & *Galliam* perrexissent acturi de sponsa, interim Rex ille iuuenis extinctus fuit, ut aliqua lux in tenebris lucens, & ut fulcrum debilium perditum; & dum Bohemi sperarunt, quod regnum in statu bono constituetur, interea mortuo eodem Rege, in calamitatem incidit maximam. Mortuus autem ille precellens iuuenis Rex fuit in die *S. Clementis*, & in arce Pragensi in die *S. Catharine* honorifice sepultus in sepulchro aui sui Imperatoris *Caroli* in Ecclesia *S. Viti* in choro Beate Matris, ubi hodiedum vexillum eiusdem supra sepulchrum pendet, cum magno planctu omnium incolarum, presertim Domini Gubernatoris.

Legati igitur missi a Rege *Francie* rediuerunt tempore *Bachanalium*, anno Domini 1458. In quatuor temporibus autem quadragesimalibus omnes Status aut Proceres regni Bohemie unanimiter in Regem elegerunt Dominum *Georgium Podiebradium de Cunstadt*, & in octaua sanctorum *Philippi*

lippi & *Jacobi* eum coronauerunt, in cuius coronacione comparuerunt Episcopi *Hungarie Varasdinensis* & *Ostromensis*, & *Prothasius* Episcopus *Olomucensis*, ac omnes *Bohemie* & *Morauie* Proceres. Post coronacionem eius tranquillitas quedam in regno fuit; omnes enim se ei subiecerunt, exceptis quibusdam ciuitatibus *Silesie*, uti *Wratislauia*, & *Moravie*, uti *Iglauia*, que ciuitates se eidem subiicere nolebant cum Domino *Hinek Czornsteinsky*. Pax itaque hec tandem conuersa fuit in bellum. Sequenti enim estate in die *S. Margarethe Iglauiam* obsederunt copie regie Bohemie & Morauie cum omnibus ciuitatibus, & urbem illam oppugnauerunt usque ad diem *S. Andree*; ubi *Fridericus* Imperator apud Regem eis graciam imperrauit. *Fridericus* Imperator, de quo dicitur, nequaquam bellicosus fuit, sed Hebreos valde dilexit, cum illis sepe collocutus fuerat, & usuris eorum delectabatur, prout de illo fusius narratur. Hic incepit ciues *Viennenses* odio habere & spoliare, ciues vero consilium aliud non habentes, elegerunt sibi fratrem eius *Albertum* Ducem *Carinthie*, prout & ille Imperator fuit. Hic Dux *Albertus* acre bellum cum *Viennensibus* incepit, concitans Proceres & Potenciores contra fratrem Imperatorem; Itaque Scriptura sacra cepit adimpleri: *quod frater contra fratrem consurget*, & unus alterum morti tradet, amor tepescet, & homo hominem magis amabit quam Deum. Ille Dux cum *Viennensibus* obsedit Cesarem in Castro *Viennensi*, & tam acriter oppugnauit, quod Cesar se iuuare nesciens, & quo se vertat ignorans, Regis Bohemie auxilium implorauerit, Rex Bohemie misertus calamitatis & miserie Germani huius, ad intercessionem Domini *Sdenek* sui Burggrauii congregauit exercitum alterum valde fortem (unus enim exercitus apud *Iglauiam* in oppugnando se detinuit) cum quo exercitu Rex *Georgius* aduenit versus *Kornimburg*, ipseque ibidem habitauit, filium vero suum *Victorinum* cum *Sdencone* suo Burggrauio ad ciuitatem *Viennensem* misit cum copiis, qui ante preurbium per *Danubium* transfretantes se collocauerunt, & impetum in ciuitatem tentauerunt; in ciuitate vero tantum numerum militum habuerunt, aut paulo minus quam in exercitu; Dux *Albertus* autem frater Imperatoris impetum hunc vi repellere eo non admisit, utne *Bohemi* trucidarentur, consensitque omni conuencioni, quam Rex *Georgius* ei proposuerat, quod non tam propter Imperatorem, quam propter Regem *Bohemie* fecit. Rex itaque *Bohemie* mediator fuit, & prudentem conuencionem inter Imperatorem & fratrem eius causauit, ac Cesarem quasi a morte, & ab ignominia liberauit. Post talem conuencionem factam Imperatorem dimiserunt, eumque Regi *Bohemie* in potestatem tradiderunt, qui eidem tanquam amicus optimus seruiuit, Imperator vero pro bonis prestitis non bona, sed omnia mala eidem Regi retribuit, sicut infra dicetur.

Rex *Georgius* deinde regnum Bohemie in pace & quiete gubernauit, & omni diligencia nitebatur, ut regnum illud antea diuisum & laceratum sub regimen Corone Bohemie denuo reducat, misit igitur Dominum *Sdenek* Burggrauium Pragensem in *Lusaciam*, qui Ducatum illum conuencionibus regno iterum adiunxit; quibus peractis cum exercitus copiis & aliis Proceribus denuo in Bohemiam reuersus est. Altero vero anno 1459. misit Rex in *Lusaciam* Dominum *Czenek de Clingstein* sue aule Procuratorem, ut resciat daciones & fructus huius Ducatus, qui gubernauit has terras & regiones usque ad opposicionem & tumultum harum regionum secutam per grandia bella & commociones omnis inquietudinis his omnibus annis; omnes enim he regiones pace fruebantur a tempore cladis *Taboriensium* usque ad hos annos, prout hec nunc exponentur. Nam Rex *Georgius* conseruans Proceres Bohemie in unione quietos, & sibi subiectos ac obedientes pacifice regnauit, Judiciis terre iura concessit, & deperdita recuperauit, constituens terre Judices pro dignoscendo inter vera & falsa. Hec pax durauit usque ad annum Domini 1464., quo anno magna fuit coniunccio *Saturni* cum *Joue*, que inicium sumpsit die Sabbathi post Pascha, & durauit ultra quatuor annos, in quibus annis fuit fames, pestis & grandia bella. Deinde statim altero anno in estate nempe anno 1465. Rex mandauit, ut Castrum *Czornstein* obsideatur in *Morauia*, & illud obtinens a Domino *Hincone*, alteri Castrum tradidit, nam idem Dominus *Hinek* nequaquam voluit sub illo Rege seruire.

Eodem anno Imperator Dominum *Sdenek de Konopischt* ad se citauit, atque varia mala regno Bohemie inferre cepit, scilicet ut retribueret pro seruiciis sibi *Vienne* a Rege prestitis. Hec ideo Imperator egit, ut Dominum *Zdenek* contra Regem concitaret, sicut eciam factum fuit.

Tandem anno 1466. aduenit in Bohemiam Cruciger *Strakonicensis* Dominus *Josst* filius *Rozembergici Wratislauia* ex *Silesia*, ille enim fuit Episcopus *Wratislauiensis*, Cruciger *Strakonicensis* & Prepositus Ecclesie arcis *Pragensis*. Episcopus hic veniens *Strakonicium*, citauit Dominum *Sdenek de Konopischt*, & multos alios Proceres, qui eum accedentes constituerunt Comicia celebranda in *Viridi monte*; adfuerunt autem sequentes; Dominus *Joannes de Rosenberg* frater huius Episcopi, Dominus *Sdenek de Konopischt*, Dominus *Burian Gutstein de Rabstein*, Dominus *Bohuslaus Krussina de Swamberg*, Dominus *Joannes Hradeczky*, Dominus *Leonardus de Gutstein & Klenau*, Dominus *Wilhelmus Zagicz de Hazemburg*, Dominus *Joannes Zagicz de Kost*, Dominus *Ilburg de Budenez*, Dominus *Dobrobost de Prostebo* & *Teyn Horzouiensi* Episcopali, Dominus *Dipoldus de Wartemberg*

berg & *de Ryzmberg*, *Wylbarticzky*, Dominus *Wilbelmus* Prepoſitus *de Rabec* dictus, & alii multi, quos omnes *Joſſt* citauit, & conſtituerunt comicia in *Viridi monte* apud Dominum *Sdenek*, ubi confederaciones ſcriptas confecerunt, & inceperunt ſe Regi opponere, nolentes eidem in quopiam obedire, ſepiusque in talibus comiciis conuenientes, ſemper confirmauerunt ſuas confederaciones. Celebrarunt autem comicia ſua in variis locis, nam primo habuerunt *Krumlouii* apud *Rozembergicum*; 2do. *Trebone*; tercio: *Strakonicii*; quarto denuo *Strakonicii*; quinto in *Viridi Monte*; ſexto *Cladrubii* (*a*) & ita ſua confirmauerunt, ex inſtigacione Pape, Imperatoris, & Regis *Hungarie*, aſſumpſeruntque Germanos in auxilium, & ſibi amicos facere queſiuerunt, ſicut & factum fuit, nam omnes circumiacentes populi, exceptis *Miſnenſibus* inimici fuerunt Regis Bohemie. (*b*)

Factum tandem fuit anno Domini 1467. dum Rex *Georgius* cum Proceribus ſuis fidelibus exercitum congregaſſet, nolens ulterius iniquitates illorum ſufferre ſibi contradicencium, obſedit Caſtra Domini *Sdenek de Sternberg*, *Rudnicz*, *Koſtelecz* ad *Sazauam*, *Konopiſcbt*, *Leſſtno*, & oppugnauit ſuo tempore, nam *Rudnicii* paulo plus quam quadrante anni iacuerunt milites illius, quod tandem expugnauerunt, dein obtinuerunt *Koſtelecz*, quod diruerunt. Poſtea *Leſſtna* expugnarunt, & diruerunt, *Sternberg* ad *Sazauam* expugnarunt, diruerantque, ac dum *Konopiſcbt* obtineri debuit, & iam prouiſio victus ibidem defuit, aduenientes Conſiliarii Regis *Polonie*, fecerunt treugas ſeu interſticia bellica inter partem Regiam, & partem Regi aduerſam usque ad diem ſancti *Georgii*, itaque Caſtrum hoc expugnatum non fuit; *Sdenek* vero nullam conuencionem ſeruauit, ſeruantibus eam tamen Conſiliariis *Polonicis*, nam cum Caſtrum non debuiſſent commeatu prouidere, interea tamen illud omnibus neceſſariis impleuerunt.

Eodem anno eciam Rex expugnauit *Cbatierub*.

Eodem anno *Hradecenſes* obtinuerunt *Wrzeſſtiow* Caſtrum Domini *Zagicz*. Tandem *Piſecenſes*, *Wodnianenſes* expugnarunt Caſtrum *Mladiegowicz* pertinens Joanni *Wrabsky* ſeruo Domini *Sdenkonis*. Item Dux *Henricus* filius Regis expugnauit *Frymberg*, *Warleycbow* & *Zibolecz Hunſetonis*, que omnia exuſta fuerunt. Abinde procedens Dux *Henricus* venit verſus *Retbyn*, ubi Dominus *Becbinek* ſe illi adiunxit, & cum eo permanſit, quare hec facta ſint, ſcribere omittam. Abinde Dux *Henricus* proceſſit cum

(*a*) Veroſimillime legendum: *Chatierubii*. Nam hoc Caſtrum quoque Domini Sdenek erat.

(*b*) Author ex ſecta Fratrum Bohemorum veras cauſas texit, cur Proceres iſti Catholici adverſus Georgium Regem ſummum fautorem Rokyczanæ, hæreſisque denuo invaleſcentis inſurrexerint, quod in Annalibus noſtris elucidabitur.

cum exercitu & cum Domino *Joanne de Rosenberg* versus Gindřichowý Hradecz (*a*), ibidem iacuerunt obsidentes illud usque post diem sancti *Galli*, & non obtinuerunt, tandem abinde recesserunt. At dum hec loca oppugnarunt, & filius Regis senior Dux *Victorinus* apud *Sternberg* castra metatus fuisset, tunc *Silesite Srb* obsederunt, & *Minsterberg* in *Silesia*, quo ille perveniens ea loca liberauit, & inimicos prostrauit, multosque cepit, *Germani* enim in *Frankstein* fugerunt, quem locum Dux obsedit cum suis copiis, & post aliquot dies expugnauit, tormenta *Wratislauiensia*, *Budissinensia*, *Nissensia*, & quecunque in campo habuerunt, eis abstulit, & *Pragam* secum aduexit, cum quadringentis bombardis maioribus & minoribus, preter ea copiosos captiuos abduxit, de quibus homines de Nobilitate ad promissionem sub fide & honore dimissi sunt, ciues vero certam pecunie summam pro dimissione sua soluere debuerunt.

Eodem eciam anno *Bauari* congregantes populum suum ingressi sunt *Bohemiam*, & inter *Tustam* & *Klatouiam* omnia spoliarunt, & combusserunt, *Janowsky* vero auxiliantibus regiis copiis cum *Klatouiensibus* & *Tustensibus* contra illos processit, & *Germanos* illos prostrauit, Dominum *Kiwolfum* occidit, *Hynek* vulneratus & cum multis aliis captus fuit, currus & equi copiosi eciam abducti sunt, Judicem pariter de *Strubing* (*b*) cum multis mercatoribus captos abduxerunt. Dominus *Sdenek* vero cum sibi adherentibus omnia castra peragrantes pagos combusserunt, incolas pecuniis per exsolucionem sui priuarunt, (*c*) & ceperunt, itaque ipsemet ex utraque parte regnum spoliarunt & afflixerunt; circa *Plsnam* vix aliquis pagus illesus permansit, & ita spoliaciones & rapinas exercuerunt in districtibus *Pracbensi*, *Bozensi*, *Becbinensi*, circa *Krumlouium*, per totam *Morauiam* & *Silesiam*. He omnes regiones igne, ferro, rapinis, captiuitatibus rusticorum (labores eorum impedientes) vastate fuerunt.

Hic quedam de *Rosenbergico* dicenda sunt: nam Rex *Georgius* Comicia *Prage* constituit iam ante inicium horum bellorum; anno 1466. Dominus *Joannes de Rosenberg* immemor sue promissionis, & sigilli, quibus confirmauit in Comiciis a Proceribus regni habitis compromissiones ac pactata, de quibus supra scriptum est, aduenit *Pragam* ad Comicia Regis, in quibus coram omnibus palam edixit ac professus fuit cum iuramento, quod omnia, quecunque habet, amittere, & illis priuari velit, si contrauenerit his: quod nempe contra Regem & Regnum hoc nunquam agere, sed fideliter Bohemos adiuuare velit; hoc igitur anno 1467. apud Regem permansit; & quan-

(*a*) Hodie passim *Nova Domus* appellatur. (*b*) Hodie *Straubing*. (*c*) Id est: pretio libertatem redimere coacti.

do a Rege denuo recedere (*a*) voluit; primo Budwicensibus persuasit, ut *Legatum Romanum* aduenire petant, qui dum *Budwicium* peruenisset, absoluit eosdem ab interdicto, & Misse sacrificia celebrari indulsit, quod & *Crumlouii* fecit; nullibi enim Missas celebrare audebant; id precipiens solum, ut contra Regem bella gerant omnes, qui *sub una specie* communicabant. Ab illo tempore Pontifex excommunicauit totum regnum, quod supra dicti Proceres apud dictum Papam effecerunt, & obtinuerunt; item edictum a Papa fuit, ut qui talem hereticum occiderit, quod a peccato liber sit, quasi renasceretur, liberque sit a pena & culpa.

Rosenbergicus itaque antea Proceribus illis ad promissionem suam factam sigillum apposuit; sed contra eosdem egit denuo, eciam dum cum Rege fuisset. Tandem vero discedens a Rege fidem & honorem suum, *Prage* Regi promissum in Comiciis, amisit, mentitus, ex utraque igitur parte inconstans fuit, ea forte ex causa; quod frater illius prima causa & origo fuerit omnium malorum, que in regno commissa fuerunt, qui vero ipse tandem mala morte decessit, quando eundem Dux *Victorinus* & *Silesitas*, & alios *Germanos* deuicit, & trucidauit. Episcopus igitur ille *Jodocus* mortuus est, qui sepius iactando dixit; *iam securim inter Bohemos fixi, que de illis non extrahetur*, certe gens hec cum suis Regibus & Dominis ita agit, quemadmodum *Werssouicenses* egerunt, qui experientur, quod Deus vindictam de illis sumet.

Idem autem Dominus *Joannes de Rosenberg* fecit intersticia belli cum Domino *Sdenek*, & sub his intersticiis Domini *Sdenek* filius Dominus *Joannes* congregans copias suas, ac cum Domino *Joanne Hradeczky* processit cum exercitu versus *Teyn ad Wltawam*, locumque illum exussit. Abinde iuerunt *Wodnianam* & venientes in *Wstrp* recondiderunt se in sylva, & dum equestres illorum versus ciuitatem pergentes se ob oculos incolarum collocarunt, tunc ex ciuitate subito exilierunt, inimicos persecuturi, inimici eos conspicientes, ac se accingentes contra illos processerunt, donec in *Cziczenicz* peruenissent ad pontem, ibi illos aggressi sunt, & neque currus suos coniungere & ordinare admiserunt, sed per medium milliare persequentes illos & concucientes repulerunt, currus & tormenta eis rapuerunt, multos occiderunt, & reliquos captiuos in *Grecz* duxerunt, quorum occisi & rapti fuerunt plures quam trecenti quinquaginta, qui capti pecuniam pro exsolucione sua deponere debuerunt. Dominus igitur *Joannes de Rosenberg* ab illo Legato *Romano* suscipiens absolucionem, ut supra dictum est, renunciauit Regi, atque eciam pro *Buduicio* relaxacionem obtinuit;

(*a*) Id est: desciscere.

tinuit; postea Dominum *Sdenek* dimiserunt; abinde igitur regionem peragrantes prouincie magna damna intulerunt, ciuitates & pagos exusserunt, ubicunque se illis subdere noluerunt, similia facta sunt ibi ab una parte, & apud *Viridem montem* parte ab altera, incolas captiuauerunt, & ad sui precium dandum coegerunt, variis tormentis affecerunt, quoscunque apprehendere poterant, eciam pauperrimos, qui coacti per elemosinas congregare aliquot florenos, eis dare pro libertate sua debuerunt, ut vitam seruare possint, aut ne occidantur; multis per tormenta ita nocuerunt, ut deinceps quamdiu vixerunt, laborare non potuerint, & sine misericordia ex utraque parte cum illis egerunt.

Eodem anno *Mathias* Rex *Hungarie* congregans exercitum suum irruit in regnum *Bohemie* perueniens usque sub *Viridem montem* ad pagum *Semtisch*, cum quo eciam aderant Proceres multi Bohemie cum Domino *de Rosenberg*, & postquam Rex Bohemie cum exercitu suo *Mathiam* circumdedit, ille agnoscens, quod cum suis copiis paucis Regi Bohemie resistere non possit, petiit belli intersticia per Dominum *Albertum Kostka*. Rex, qui graciosus & misericors fuit, quamuis *Mathiam* viderit esse perditum, petens illum cum omnibus Bohemie Proceribus suis inimicis habere captiuum, & retribuere mala pro malis, ac eum & omnes totaliter perimere ac delere, fecit eisdem graciam, & intersticia belli fauit, ut liberi discedere potuerint omnes. Illud vero forsan ideo fecit Rex *Georgius*, quod eidem Regi *Mathie* eodem anno, quo coronatus fuit, dederit in matrimonium filiam suam, uterque enim eodem anno, ille in *Hungaria*, & hic in *Bohemia* in Reges coronati sunt, filia autem Regis *Georgii* in Hungaria paulopost deinde mortua fuit, an ex voluntate Dei, aut ex causa malorum hominum, ignoro; ex hac forte causa Rex *Georgius* non admisit, ut illi morte pereant, & ne eius grandes inimici ad captiuitatem deducantur, aut forte ideo, ne tam grandis effusio sanguinis committatur. *Hungari* autem, si illam potestatem habuissent, Regis *Georgii* & Bohemorum miserti non fuissent, neque eis pepercissent; qualemcunque autem conuencionem *Ungarus* fecit, & quecunque Regi *Georgio* appromisit, nihil seruauit. Intersticia enim fecerunt cum conuencione incipiendo ab inicio noui anni, per integrum annum seruanda cum omnibus Proceribus aduersariis, que omnia non seruarunt; nam post exiguum temporis interuallum denuo bellum inceperunt, regnum & ciuitates &c. destruebant, affligebant, comburebant, sicut antehac factum fuit.

Contigit itaque anno Domini 1468., quod Rex *Hungarie* oppugnauerit castra Marchionatus *Morauie*, auxilium eidem prebentibus ciuitatibus

primariis, & eadem expugnans spoliauerit. Abinde cum copiis suis ex *Morauia* in *Bohemiam* processit, volens *Kuttenbergam* obtinere, & dum versus *Semtisch* infra montes uno miliari *Czaslauia* venissent conuencionem cum Rege fecerunt ad inicium anni 1469.; at anno 1468. in autumno occisus fuit Dominus *Sdenek Kostka*, cum magna copia de exercitu Regis Bohemie *Georgii*, qui partim occisi, partim capti fuerunt inter ciuitatem *Sternberg*, & littus, ac ibidem valde confortati sunt inimici.

Eodem eciam anno obiit Nobilis Dominus *Michalec Krubla*, & ita illa stirps interiit, ille enim ultimus fuit, & proles cum uxore sua non habuit, adeoque heres post eum non remansit.

Anno ut supra 1469. Rex *Hungarie* conuencionem & promissionem Regi *Georgio* factam non seruauit, & denuo bellum cum Proceribus se adiuuantibus Bohemis concitauit, nam in *Morauia* nunquam cessarunt preliare, & castra regia expugnare, presertim *Hradisst* ciuitatem Rex *Hungarie* non remisit oppugnare. Dux vero *Victorinus* filius Regis *Georgii* viriliter eis resistebat, castra defendebat, & sepe strages inimicis inferebat. Tandem terminum eidem constituerunt, quasi cum eodem de rebus regni acturi, interim insidias ei posuerunt, & dum ille in quadam leticia constitutus fuisset, tunc copie Regis *Hungarie* irruerunt super illum, atque eum una cum seruis captiuauerunt, equos ac suppellectilem eis rapuerunt, quem Ducem *Victorinum* Rex *Hungarie* in *Hungariam* deuehi iussit, eumque ibidem in captiuitate asseruauit.

Eodem vero anno Rex *Hungarie Olomucii* Comicia magna instituit, in quibus omnes Proceres *Morauie* etiam *Hungarie* & *Bohemie* eidem adherentes comparuerunt, & eumdem in Regem sibi elegerunt scilicet Dominus *Sdenek* cum omnibus ei adherentibus, Rex vero eisdem officia distribuit nimis ridicula, nam Dominum *Sdenek* constituit supremum Directorem Regni *Bohemie*, Dominum *de Rosenberg* Camerarium, & ita reliquis regia officia distribuit, se ipsum vero mox Regem *Bohemie* scripsit. Sed ille Rex nec *Pragam*, nec *Carlsteinam* peruenit hucusque, nec coronam Bohemie sibi adeptus est, qui tamen se Regem Bohemie vere & non false nominare potuit? Inimici enim Bohemi libere eligentes sibi *Georgium* in Regem proditorie cum eodem egerunt, & eundem *Valachum* denuo sibi elegerunt, ut solum excusare se possint, quod secundum voluntatem sui Domini agant. Hungari autem fidem nulli libenter seruant, impletum ergo illud fuit, ut infideles cum infidelibus permaneant, donec cum eodem Rege pereant; & ita prophetia in illis verificari debet, ut illi cum eodem Rege pereant.

Eodem

Eodem anno Rex *Georgius* expugnauit Domini *Zagicz* castra *Skal* & *Trosk*, etiam castrum *Cost* amissum fuisset, si Dominus *Zagicz* conuencionem cum Maiestate Regia non iniuisset. Sperauit etenim *Zagicz* auxilium *Germanorum* & Regis *Hungarie*, quod eidem nulla ex parte aduenit: nam dum *Germani*, *Srbenses*, *Silesite* & *Sex Ciuitatum* conuenissent illa septimana ante diem *S. Galli*, volentes castrum *Kost* defendere & liberare, tunc Rex Bohemie *Georgius* misit contra illos Capitaneum suum Dominum *Strzela*, & dum *Germani* resciuissent, quod contra se Regie copie procedant, statim quo quis potuit, fugit, illi vero hos persecuti, transcenderunt montes sine noxa, ac *Sittaviam* peruenientes, reliquerunt insequentes; Illi autem ex ciuitate prorumpentes iudicabant, quod Dominus *Ssuss*, & Dominus *Sstiastny* transire velint ut ante; Dominus *Strzela* vero insequentes detinuit usque ad meridiem, ubi copie cum Duce *Henrico* Regis filio ex sylva proruperunt, & aggredientes Germanos plures quam 70. occiderunt, exceptis illis, qui arbores conscenderunt, & in lacubus ac foueis se absconderunt, captiuos acceperunt ultra 30. mechanicos & ciues, circa ciuitatem villas & domos combusserunt in preurbio, magnaque damna Germanis intulerunt, tandemque ulterius abinde progressi sunt in *Silesiam* usque *Paczkouiam* & *Frankfteinam*, quam ciuitatem exurentes per proditorem *Frankfteinensem* debite recompensarunt, nam illi utpote subditi Regis hereditarii se eidem opposuerant. Abinde processerunt *Opauiam* versus Castrum Regium, ubi Dux *Henricus* exercitus copias dimisit, non videbatur enim Proceribus & Nobilibus esse necesse, ut ulterius progrediantur, igitur domum sunt reuersi. Dux vero *Henricus* quosdam de peditibus cum Capitaneo suo Domino *Strzela* misit, ut in *Hradischt* ciuitatem victualia immittant & tradant, iam enim fere semialtero anno apud *Hradischt* Rex Hungarie *Mathias* obsidionem continuauit; & adueniens ad ciuitatem *Hradischt* Dominus *Strzela* resciuit, quod Rex *Hungarie* copiosos rusticos miserit, qui impedire debuerunt, ne victualia ad ciuitatem deferantur. Bohemi vero se accingentes prelium cum copiis *Ungaricis* inierunt, & generose illos prosternentes usque ad *Brodam Hungaricam* persecuti sunt. Ceperunt tunc Comitem quendam *Pezmensem*, & quosdam Proceres, multos eciam Nobiles. Bohemi venientes in menia lignea impetum tentarunt, illa comburendo, hacque racione victualia in ciuitatem tradiderunt. Sed in hoc prelio, & tumultu eciam multi Regis Bohemie milites occisi sunt, ipsa septimana ante diem *omnium Sanctorum*.

Tandem anno 1470. statim post nouum annum *Fridericus* Imperator *Vienne* Comicia solemnia celebrauit, citatis omnibus Electoribus, & sibi auxi-

auxilium ferentibus, ubi cum Rege *Hungarie* reconciliati ſunt, antea enim odium contra inuicem fouebant, tunc vero Electores cum Domino *Sdenek* & *Roſenberg* Regem reconciliarunt; Hec Comicia ultra duos menſes usque ad *Bacchanalia* durauerunt. Illo autem anno Bacchanalia 9. ſeptimanis durauerunt & quinque diebus, tamdiu enim de *Georgio* Rege actum fuit, que vero acta ſint, ſuo tempore manifeſtabuntur.

Rex *Georgius* autem etiam Comicia *Prage* in quatuor temporibus celebrare voluit, ſed *Bohemi* conuenientes *Pragam* illis diebus negocia ſua pertractarunt, & illi, qui Regi *Georgio* obediebant, que agenda ſint, ab eo conſilium ſumentes, denuo receſſerunt.

His quatuor annis continuo caricies magna fuit, peſtis & bellum continuo durauerunt, & quamuis nullus recordetur precedentibus annis, quod reliqua caro precio ſtetiſſent, exceptis pane & ſiligine, his annis tamen omnes res cariciem experte ſunt, nam telluris magna pars deſtructa fuit, ruſticos arare non permiſerunt, capientes illos, & precium dare cogentes, pagi igitur vacui permanſerunt, ideoque caricies inualuit, & quamuis quedam fruges in locis quibusdam fuerint, illas ſtatim comportarunt, & combuſſerunt. Daciones eciam magne fuerunt, que ſupra caſtra ſpecialiter impoſite erant, nam ſi quidam de Proceribus tria vel quatuor caſtra habuit, ſoluere debuit de uno caſtro, de altero vero ſpolia abſtulerunt, aut id combuſſerunt, & quod pauperes per aliquot annos congregauerunt, ad ſemel preſtare debuerunt, itaque in paupertatem magnam deuenerunt, ita quod aratores neque panem habere potuerint; quid igitur ciuibus & mechanicis vendere potuerunt, dum ipſimet nihil habuerunt.



OB-

OBSERVATIONES PRÆVIÆ
IN
JUS MUNICIPALE,
ET
MONTANUM IGLAVIENSE.

Id institutum in superioribus Monumentorum nostrorum Tomis amplexi sumus, eumque morem hucusque servavimus, ut in iis vulgandis delectum adhiberemus, in unoquoque, inquam, Tomo Manuscripta quæpiam nusquam antea edita Moecenatum nostrorum seu Illustri prosapiæ, seu eorum genti, patriæque, seu denique conditioni munerique accommodaremus, atque ea de industria ex pluteis collectionum nostrarum Manuscriptarum exquireremus. Hunc morem hoc propositum porro persequi libet, atque in Reverendissimi Moecenatis nostri gente Moravi venerationem Monumenta quædam Moravica intexere; quod consilium eo majore voluptate prehendimus, quod nobis incognitum non sit, neminem hactenus in messem hanc falcem immisisse, neminem, inquam, ad edenda Marchionatus Moraviæ Manuscripta (quorum procul dubio tum in publicis Tabulis, tum in Archivis, tum apud quosque eruditos reique historicæ studiosos magnus numerus est) animum appulisse. Multis hoc ipsum consilium nostrum stimulis exacuit Vir Clarissimus Josephus Wratislaus Monse in Academia Brunensi Juris Publici Professor, nuperque Consiliarii dignitate ab AUGUSTA nobilitatus, cujus quidem uti amicitia, eruditoque literarum commercio nihil nobis jucundius, atque magis æstimabile, ita ex animo optamus eum diu sospitem superesse patriæ suæ, ut uberes fructus legat, decerpatque & ex indefessa illa patriorum monumentorum colligendorum cupiditate atque industria, & ex præclaris ingenii sui partubus, quorum jam plura exempla dedit.

Hoc

Hoc itaque propoſito his ſtimulis animati plutéos noſtros excuſſimus, & quanquam præter diplomatum magnam vim Partem II. Martis Moravici Thomæ Peſſinæ, Jus Municipale & Montanum Iglavienſe, Chronicon breve civitatis Hradiſſtienſis, ſecundum ſimile civitatis Moravo-Budvicenſis, tertium civitatis Mezriczenſis, Hiſtoriam vernaculam deleti hodie Cœnobii Smilheimenſis Ordinis Ciſtercienſium, Caroli Zierotiny Apologiam adverſus Dominum Georgium de Hodicz, alterius Caroli Zierotinii (magni illius Eruditorum Mœcenatis) Ephemerydes, & Diarium itineris Gallici, Librum Towaczovienſem de anno 1615. tumultus Moravicos ſub imperio Rudolphi II., Turbas Boczkajenſes, aliaque minutiora opuſcula in illis deprehenderimus, attamen quod animo cumprimis ſederet juſtum ſpecimen diplomatarii Moravici (quo in genere nihil hactenus in lucem prodivit) in hunc Tomum inſerere, illudque majus ſpatium & plures philyras expoſcat, ſatisfacturos nos Lectori arbitrati ſumus, ſi unum, alterumve, inſtrumentum ex commemoratis præmiſerimus, cetera ſuis temporibus, Tomisque ſervaturi. Et quidem ante omnia nobis viſum Jus Municipale & Montanum Iglavienſe deligere, tum quod antiquitate cetera omnia præiret, tum quod non ignoraremus illud pridem a rerum metallicarum, montanarumque ſtudioſis expeditum, tum denique quod adhuc in Jurisprudentiæ genere nihil a nobis editum ſit, ad hiſtoriæ vero etiam patriæ partes ſpectet noſſe, quibus juribus, quibusque legibus Majores noſtri olim uſi fuerint.

Multi ex recentioribus noſtris duce Hagecio multa fabulantur de Jure quodam & Legibus ſcriptis Primislai primi omnium inter Duces noſtros Libuſſæque mariti, quas nemo unquam vidit, legitve, quas imo exſtitiſſe nunquam ea potiſſimum ratione jam in P. II. Annalium noſtrouum ad annum 722. convicimus, quod ea ætate gens noſtra literis caruerit, quas poſterius inventas fuiſſe certo conſtat; niſi fortaſſis poſterioribus ſæculis ex jure quodam conſuetudinario lineamenta quædam primarum illarum Primislæarum legum concepta atque notata fuere, quorum tamen mentionem in ſynchronis nos reperiſſe nusquam meminimus. Veroſimillime

thillime autem huic opinioni & errori occaſionem dedit Jus Provinciale, ſeu *Liber ſententiarum Primyslai* etiam hodie grandi MS. volumine ſuperſtes: ſed liber is eſt Przemyslai Ottocari II. Regis Bohemiæ anno 1261. (uti in margine membranæ notatum eſt) conſcriptus editusque, atque idcirco Jure Iglavienſi annis plus minus decem poſterior.

Nullam in me operam, induſtriamque deſiderari paſſus ſum ab eo tempore, quo me ſtudio Hiſtoriæ patriæ tradidi, quodcunque & qualecunque demum, cujuscunque nominis & generis Jus Bohemicum Iglavienſi vetuſtius detegendi, at omnem in hunc diem perdidi operam. Pertigit omnino in manus meas mox nominatus liber ſententiarum admodum rarus, paucis cognitus, & cujus unum ſolumque exemplar ſupereſſe ſcio, pertigit Jus Montanum Wenceslai II. vetus tam latinum, quam germanicum; pertigit Jus feudale Bohemiæ Caroli IV. imperio, pertigit Jus Municipale germanicum eodem ſæculo concinnatum, pertigere Jura Montana Kuttenbergenſia cum ſuis privilegiis, pertigere denique Victorini de Wſſehrd, & cujusdam Magiſtri Chriſtiani lucubrationes, ſed hæc omnia antiquitati Juris Iglavienſis primas concedant neceſſe eſt. Et quanquam inficiari haud velim hoc Jure Iglavienſi, ſæculo medio XIII. ſcripto, confirmatoque, antiquiora jura, legesque exſtitiſſe, quibus & Regnum & urbes quæque tenebantur, regebanturque, attamen eorum nullum ad poſteritatem tranſcriptum fuiſſe merito lugemus.

Id multo magis etiam miramur hoc Jus Iglavienſe, quod partem quoque Juris Municipalis complectitur, omnium poſteriorum legum noſtrarum tam civilium, quam municipalium, quam etiam montanarum quandam veluti baſim & fundamentum exſtitiſſe. Nam Primislaus Ottocarus fere omnes illius conſtitutiones ad verbum in librum ſuum ſententiarum inſeri fecit, Wenceslaus II. libros ſuos quatuor Jurium Montanorum non alteri atque iſti fundamento ſuperſtruxit, quos quidem plurimis conſtitutionibus auxit, latius explicuit, quæpiam antiquavit. Jus Municipale germanicum ſæculi XIV. abhinc plerasque ſuas ſanctiones mutuavit. Et ſi Jus Feudale conferatur, eidem etiam Carolus IV. com-

complures conſtitutiones accommodaſſe deprehenditur. Porro ſi noſtras, aliasque finitimarum gentium, montanas civitates ſpectemus, eæ non alio atque Iglavienſi Jure uſæ ſunt, tantum, inquam, ſequentibus ſæculis increvit Magiſtratus Iglavienſis auctoritas & exiſtimatio, ut in rebus dubiis arduisque Iglaviam tanquam ad Delphicum oraculum accurreretur, inde reſponſa, ſententiæ atque Jurisplacita expeterentur. Iſtius rei plura exempla ſuperſunt in ſupra memorato libro ſententiarum Prymislai Ottocari, a poſterioribus quibusque, ut diximus aucto. Nam cum Kuttenbergæ in dubium vocaretur: Num Rex, ſeu illius Vicarius (Camerarius is Regius fuit) quibusdam minoribus emendis ſeu mulctis pecuniariis etiam ex defectu diligentioris culturæ montium imponi ſolitis, ſubjaceret? non aliunde, quam Iglavia dijudicatio cauſæ petita eſt, *ſententiatum*que eſt a Magiſtratu Iglavienſi: Impoſitionem & taxationem emendarum non aliunde niſi ex privilegio & decreto Regum vim ſuam habere, ac proinde legem emendarum non eſſe extendendam ad cauſas, quæ in Jure Montano expreſſæ non ſunt, clauditque: *Quia Chuttnenſes ſi hoc facerent, non jus, ſed malam conſuetudinem in hoc ſervarent: Unde cum mala conſuetudo non pro lege ſit tenenda, ſed tanquam corruptela exſtirpanda, Dominus Rex vel ejus Vicarius quicunque judicio præſidens non ſtringuntur. Sed Judices in emendis quibuslibet, quæ in privilegiis jurium civitatis notantur, contentari debent.* Similis cauſa emendæ Kuttenberga Iglaviam ſub Imperio Caroli IV. devoluta iſthic folio CXXXII. legitur: *Sententiatum eſt Chuttnenſibus anno Domini MCCCLI. pro homicidio tranſcripto ſeptem marcæ; quarum Judici quinque, & Juratis duæ cedent. Item pro vulnere duelli tres marcæ, Judici duæ marcæ, & una Juratis.* Quod maxime mirum videri poteſt: tam diutinis bellis Huſſiticis regnique noſtri colliſione hanc auctoritatem Magiſtratus Iglavienſis non intercidiſſe: In eodem enim libro ſententiarum annexa eſt appendix vernacula placita & reſponſa ſubſequentis ſæculi XV. continens; primum mox locum obtinet ſequens documentum, quod hic latine tranſcribimus: *Anno Domini MCCCCLXV. Joannes Ways, Vitus Piſer, Nicolaus Stoblar miſſi fuerunt Iglaviam ut ſen-*

sententiam expeterent super his articulis: Civitas, locusve, unde missi fuerant, non memoratur, civitatis tamen montanæ cujuscunque cives fuisse innuit responsi tenor. Isthic cuique proposito casui sententia subjicitur a Magistratu Iglaviensi, & clauditur verbis sequentibus: *Suprascripta responsa remissa sunt Iglavia feria V. in vigilia omnium Sanctorum anno* 1465. Diximus supra etiam aliquas finitimarum gentium montanas civitates causarum suarum oracula & responsa Iglavia postulasse: Ejusce rei clarum exemplum suppeditat etiam uno sæculo posterius Freyberga montana Misniæ civitas. Joannes enim Lindner (vulgo Monachus Pirnensis appellatus, quique anno 1530. mortuus perhibetur) in suo onomastico, cujus excerpta Menkenius T. II. excusa dedit, posteaquam metalli fodinarum Freybergensium initia progressusque commemorasset p. 1559. subjungit: *Welche Bergleute holten örtrunge bergrechtis, und orteilspruch czu der Ygla in Mehrenn.* Si vera sunt, quæ anonymus sæculi XV. Juri Montano Wenceslai II. adjecit, plane liquet qua ratione, quibusve artibus Magistratus Iglaviensis auctoritatem suam per sæcula tria manutenuerit, scilicet tenacissimus fuit in juribus his publicandis communicandisque, adeo ut ne quidem Senatoribus suis omnibus, civibusque cognita fuerint. Ita enim in eodem grandi codice Kuttenbergensi, in quo Jus Montanum Wenceslai II. præjactum est, folio XXV. titulo *de concessionibus per magistrum montis factis sine scitu Colonorum*, hæc in margine manu sæculi XV. adscripta sunt: *Reprehensio Iglaviensium, qui sua Jura in hodiernum diem* 1465. *in occulto habent, quia ne consularium quibusdam illis nota, aut revelata sunt, nedum civibus communibus.* At ea reprehensione jam sæculis facile duobus prius vapularunt Iglavienses a Wenceslao II. in Jure suo Montano, qui procul dubio haud alia ratione jus suum Montanum tanta amplitudine, tanta elucidatione, titulorumque novorum incremento conscribi fecit, quam ut tam inveteratæ opinioni, auctoritatique Juris Iglaviensis derogaretur, gravissime, inquam, libro 3. c. 4. in Iglavienses invehitur, quod cum Kuttenbergensibus, hæc ipsa jura efflagitantibus, non communicaverint, sed potius passi sint errores quosque contra Jus

Montanum irrepere. Verba Wenceslai II. sunt: *Unde Iglavienses a nobis in hac parte argui merito meruissent, quod propter defectum juris tot errores usque ad hæc tempora viguerunt, quia Jura montium in suis scriptis publice Judici & Juratis in Chutna debuerant tradidisse, ut unusquisque jus suum ostendisse intrepide potuisset. Nec enim Jura abscondita esse debent, sed in publico. Quia omnes homines jura scire debent, ut universa probibita declinent, & promissa sectentur. Quid enim illis de Chutna Jura Iglaviensium abscondita profuerunt, ex quo ipsis plenam copiam recusarunt facere, nisi quod pauperes afflicti laboribus & expensis quandoque quasdam sententias retulerunt, nec ipsi Iglavienses debito modo Jura poterant defensare. Quia parum prodest in aliquo loco Jura esse, nisi sint personæ, qui Jura manuteneant, & defendant, nam leges & plebiscita per vim sunt coactæ.* Cum autem non obstante hac gravissima Wenceslai II. reprehensione, non obstante juris sui novi Montani publicatione, in quo omnia Jura Iglaviensia Montana fusiore calamo, majorique claritate exposita fuere, non obstante libro sententiarum Primislai Ottocari II., quo quidquid ad jus consuetudinarium & municipale pertinebat, verbis iisdem Iglaviensibus expressum erat, non obstante denique jure municipali Bohemiæ Germanico quanto quanto ex Jure Iglaviensi mutuato, nihilominus Iglavia ultra duo sæcula opinionem suam veterem auctoritatemque inter montanas etiam exteras civitates, ut mox vidimus, conservaverit, ut ab ea responsa & jurisconsulta exposcerentur, quid ex his conjiciamus aliud, quam Iglaviam perpetuo Senatui suo de excellentibus Jurisconsultis prospexisse, quorum prudentia, cognitione, jurisque peritia id assecuta est civitas, ut sibi vetus illa Juris sui montani existimatio, auctoritasque ad sæculum usque XVI. perstaret, in arduis, inquam, dubiisque causis ad illam tanquam supremum appellationis Tribunal accurreretur; quod ipsum in aliis juridicis causis olim Juri Magdeburgico, Senatuique Magdeburgensi accidisse in historiis legimus, ut ad id quoque ex vicinis regionibus, imo ex ipsa nostra Bohemia non semel recursus fieret. Sed cum in hoc argumento rerum montanarum versamur, libet non præter admirationem ex ejusdem

Wen-

Wenceslai II. Juris Montani l. 3. c. 6. audire, quanta tum argentariarum, aurariarumque Kuttenbergensium fuerit fertilitas, felicitasque: *A sæculo*, inquit, *non est auditum tot magnas & preciosissimas locaciones & conducciones contrahi in tam modico terre spacio, sicut argentifodio nostro Chutne nobis ab origine mundi celesti providentia reservatum. Sed cum natura non habeat, ut pro meritis respondeat Creatori, saltem manibus erectis in celum gracias agimus pro universis beneficiis, quia sua gracia nos creando in hoc inter cetera beneficia nos beavit, ut quasi omnia regna mundi jam auri argentique fodio exsiccata, sola fertilis Bohemia nostris temporibus suo auro & argento fertiliter irrigaret.* Jam ad reliqua, quæ alias in observationibus nostris præviis præmittere soliti, transeamus.

Depromptum est monumentum istud, quod hic proferimus, ex codice chartaceo MS., characteribusque sæculi XIV. conscripto. Codex is in manibus erat defuncti Clarissimi Viri Joannis Clauser, Archivarii Regii sempiterna memoria a nobis colendi, non fuit is tamen ex ejusdem penu libraria, hodie partim Viennam, partim Strahovium translata, nam ultro tum aperuit eum ab amico non tam sui, quam nostri causa expetitum, quod officii genus crebrius Vir humanissimus nobis impendere solitus. Accidit tum plane, ut nos (nescimus jam cui) itineri accingeremus, atque sub discessum nostrum scribæ exscribendum traderemus, qui cum præter ætatem codicis nihil adnotasset, eumque ante reditum nostrum urgenti Domino restituisset, inde evenit, ut fas nobis haud sit certiorem Lectorem reddere, quænam præterea monumenta in hoc codice comprehensa fuerint, quis ejus possessor sit, aut quo loco servetur hodie. Sane in cujus cujus demum manibus est, magno in pretio oportet, sit, cum aliud hujus Juris Iglaviensis exemplar nuspiam detectum sciamus. Hac absentia nostra evenit præterea, ut transumtum scribæ cum veteri exemplari conferre liceret minime, quem tamen defectum aliis adminiculis, uti infra dicemus, sarsimus.

Non nescimus germanicum exemplar Juris montani Iglaviensis jam crebrius typi beneficio in publicum emissum fuisse sub hoc

hoc passim titulo: *Dies syn dy Bergrecht, dy von allirerst syn von Bergwerke funden, und ward funden yn Behmen und in Merrhern von den Burgern von der Igla, und von den eltisten Bergleuten bestetigt, und beschriben syn und vorsigilt undir der Burger Ingesigel ein yezlichen Bergmann czu vorlyssen und czu gewynnen*, seu ut aliud exemplar habet: *zu verlust und gewinne.* Et quidem, quantum nobis compertum est, prodiit id *primum* Lipsiis anno 1616. in Collectione Jurium montanorum: Sammlung von Bergwerks-Ordnungen. *Secundo* editum est sine commemoratione anni, locive in folio in libro germanico Ursprung und Ordnung der Bergwerke in Königreich Böheim, Churfürstenthum Sachsen, Erzherzogthum Oesterreich 2c. *Tertio* præmisit illud Juri montano Freybergensi Clarissimus & nominis fama hac ætate Celeber Vir Klotzschius, quam tamen editionem necdum videre mihi contigit, quæ vero, ut ex dictis R. P. nostri Adaucti cognoscere est, primæ editioni haud dissimilis est. At at quantum distent æra lupinis cogniturus facile benevolus Lector ex collatione primigenii, probique exemplaris nostri, non ille Terentianum illud dicturus est: qui utramvis norit, ambas noverit, sed fucus, umbra est, non corpus exclamaturus, miraturus inquam maxime, qui exemplar istud germanicum tamdiu speciem, opinionemque probi & sinceri Juris Iglaviensis sustinere potuerit, commiseraturus omnibus rei metallicæ studiosis, illos ultra duo jam sæcula scoriam aurum credidisse atque æstimasse. Nihil sane dissimilius Juri Iglaviensi isto germanico exemplari effingi potuit, ut dicere ausim architectum illius, quisquis fuit, vix unquam Jus Iglaviense oculis usurpasse, multo minus, ut illud fideliter, quemadmodum oportuit, ex autographo latino in germanicum sermonem transtulisset. Quod quidem ille ipsus mirus effingendorum instrumentorum artifex mox primo prodit, cum ne quidem cognitionem habuit, a quibusnam Regibus Bohemiæ Jus Iglaviense confirmatum fuerit, sub finem enim, uti R. P. noster Adauctus adnotavit ex Klotzschiana editione, generatim subjungit: *dy Bergrecht von der Igla syn von czweyen Künigen bestetigt worden.* Ut proinde hucusque eruditos latuerit, hariolationibusque causam præbuerit, quinam isti Reges Bohemiæ fue-

fuerint? qui si verum sincerumque Juris Iglaviensis exemplar præ manibus habuisset, legisset Wenceslaum I. & filium Przymislonem Marchionem Moraviæ, postea Ottocarum II. dictum hos Reges Bohemiæ fuisse; invenisset hic, inquam, utriusque diploma præfixum, quod procul dubio majoris auctoritatis suo transumto conciliandæ gratia nequaquam prætermisisset, potuisset etiam posteritatem informare Jus hoc *Statutorum civilium & montanorum* titulo conscriptum fuisse, hæc autem statuta non Iglaviensibus solis, sed omnibus *montanis ubique in regno nostro constitutis concessa, indulta & confirmata fuisse.* Quod alterum est: Jus Iglaviense uno veluti complexu & nexu tam Jus municipale quam montanum comprehendit, primum enim præmittuntur statuta civilia hoc præfixo titulo: *Incipiunt Statuta civilia &c.* quæ maximam partem hujus Juris constituunt, tum nonnisi ultimis duabus paginis subnexa sunt Statuta montana hoc titulo: *Sequuntur Statuta montana.* Ex ipsis vero præmissorum diplomatum verbis cognoscere fas est non solam puram putam montium culturam finem Juris hujus fuisse, quemadmodum id germanicum exemplar innuit, sed interiorem quandam civilem disciplinam, pacem & tranquillitatem civium Iglaviensium, colonorumque una civitatis societate fœderatorum, ut bene morata, ordinataque eorum efflorescerer Respublica. Hunc in finem tot tantosque hic titulos legere est: *de mercibus, mensuris, pondere, falsis denariis, forma maniloquiorum*, seu consultationum, *debito vigore pacis, resignacione hæreditatum, forma jurandi, fidejussione &c.* & de delictis: *homicidio, vulnere, invasione domus, furto, incensoribus &c.* quæ ad Jus municipale spectare nemo ignorat, montium tamen cultoribus, quorum permulti municipium in urbe consecuti fuere, æque necessaria videbantur. Et sane ex responsis illis & sententiis supra ex Libro sententiarum Primyslai Ottocari, atque aliunde allatis liquet reliquas civitates montanas tam Bohemiæ, quam Misniæ non solum declarationes ex Statutis montanis, sed etiam municipalibus Iglavia efflagitasse, ut plusquam testatum sit, civitates illas tam municipalia quam montana Statuta tanquam unum corpus Juris Iglaviensis respexisse, atque veneratas fuisse, cujus sanctionibus sese subjecere,

&

& e quo elucidationes, responsaque in caussis dubiis, arduisque poposcere. Ut proinde mente haud assequar, qui fieri potuerit, ut ab interprete aliquo Juris hujus statuta municipalia, ne quidem eorum facta mentione, penitus rescindi, sola montana titulo sejuncti Juris montani donari & ad posteritatem transcribi potuerint. Sed hæc utut autographo exemplari dissona levius ferenda, & excusanda adhuc essent, si modo Statuta montana Iglaviensia fideliter translata essent, si germanicum exemplar iisdem titulis & capitibus circumscriberetur, si ordo idem rerum, & saltem sensus autographo responderet. Quis autem non miretur ita confusa, ita perturbata esse omnia, ut nihil pene sibi sit simile: Germanicum exemplar sex supra viginti sectionibus seu titulis turget, cum autographum latinum his tantum quatuor capitibus circumscriptum est: 1*mo* quidem *de urbura & urburariis.* 2*do de Stollonibus hæreditariis.* 3*tio de modo obtinendi stollonem.* 4*to de mensura angulari.* Si ordinem rerum spectes, nec prima primis, nec media mediis, nec postrema postremis respondent, si sensum explores, titulosque affines conferas, concordare nonnulla, discordare plurima reperies. Nam quanquam non diffitear multa ex Statutis Iglaviensibus montanis deprompta esse, ea tamen distorta, crebro aliter accepta, nonnulla mutila, quæpiam addita sunt, cujus generis præcipue sunt tres postremi tituli, qui ex posteriori Jure montano Wenceslai II. mutuati sunt.

Ut autem jam sensa nostra conjecturamque de hoc germanico Juris montani Iglaviensis exemplari aperiamus: Constat ex supra allatis testimoniis, dictisque Magistratum Iglaviensem quaqua demum ratione Corpus Juris sui secretissimum tenuisse, tenacissimumque fuisse in communicando aliis montanis civitatibus; adeo ut adhuc sæculo XV. acerbæ adversus hanc tenacitatem profusæ fuerint querelæ a sociis civitatibus. Quid si jam dicamus versutum quemcunque colonum Iglaviensem multo rerum usu exercitatum ad civitatem, quamquam demum montanam exteram transgressum (nam Juris istius montani germanici nuspiam adhuc exemplar in Bohemia detectum est) isthicque, partim ut exteris fucum faceret tam rari sæpiusque expetiti Juris exemplar penes

peries se esse, partim ut sibi famam & existimationem pareret, fortunas simul verosimillime suas augeret, hoc Jus montanum compilasse; fretum nempe hausta rerum montanarum cognitione, longo usu & praxi, fretum illis, quæ coram Iglaviæ audierat, viderat, tractaverat, atque expertus fuerat. Qua in re procul dubio ei magno adjumento esse poterant privatæ quæquæ schedæ, aliorumque adversaria, fragmenta hujus Juris quascunque ob caussas nonnunquam petita, porrectaque, placita, sententiæ, responsaque Magistratus Iglaviensis, quibus si peculiarem adjecit industriam peritorum colonorum scita, experientiasque explorandi, facile his præsidiis & cumprimis ex jure consuetudinario hoc sceleton Juris Iglaviensis conflare potuit, quod scite versuteque inter limites Juris montani coarctavit, cum procul dubio latiores fines Juris municipalis non ignoraret, cujus simulacrum aliquod propter rerum multitudinem efformare (ne publico imponere videretur) res majoris difficultatis momentique illi visa est. Quid vero jam non egit, ut huic compilationi fidem auctoritatemque conciliaret? mox à principio hujus Juris Montani Iglaviensis exemplar sigillo civium Iglaviensium roboratum fuisse, ut candide dicam, mentitus est, quo mendacio apud facile credulos id assecutus, ut exemplar illius probum sincerumque crederetur, errorque ad posteros transmitteretur. Sed hæc ad convincendum germanicum Juris Montani Iglaviensis exemplar apogryphum subreptitiumque sufficiant. Illud porro hic adhuc commemorare visum; exemplar, quod istic prelo subjicimus illud ipsum esse, quo usus R. P. Adauctus noster, cujusque crebrius ac præsertim volumine I. p. 59. meminit, quod nempe tum ad concinnendos libros monetarios cum eo communicavimus. Ceterum si quæratur de anno, quo Jus istud Iglaviæ publicatum, aut a Wenceslao I. filioque Przemyslone confirmatum fuit, confitendum est: nuspiam illius certa indicia reperiri, nam utrumque diploma caret notis omnibus chronologicis, neque ex ipsis statutis quidpiam certum fas est elicere. Inter annum tamen 1248. & 1253. confirmatum fuisse indubium est, Przemyslo enim Marchio Moraviæ, teste Pulkava, non ante an-

num 1248. Marchionatum Moraviæ consecutus est, Wenceslaus pater vero anno 1253. diem supremum obiit.

Diximus supra nos aliis manuscriptis defectum illum sarsisse, quod propter absentiam nostram præsens exemplar cum suo autographo conferre haud licuerit: sane a compluribus jam annis in manibus nostris est *Liber sententiarum Przemyslai Ottocari*, ejusdem nempe Regis, qui Jus hoc Iglaviense cum patre suo Wenceslao confirmaverat, qui quidem liber haud aliud est, quam Jus quoddam Provinciale Bohemiæ tanta rerum titulorumque multitudine, tanto etiam volumine conscriptum, ut ejus amplitudo facile 800. paginas in folio æquet. Non vero is liber sibi relictus, uti a Przemyslao Ottocaro conditus vulgatusque fuit, nam a posterioribus quibusque auctum perhibent quarumque sententiarum seu judicationum posteriores memoriæ, scilicet plura senatusconsulta ex Caroli IV. Imperio inserta inscriptaque, cui imo recentior manus ex sæculo XV. postremis paginis placita quæquæ Juridica novosque titulos patria nostra lingua adjecit. Hujus libri sententiarum codex membranaceus, qui quoque Jus Montanum Wenceslai II. tam latino quam germanico vetere sermone scriptum complectitur) sæculi XIV. characteribus exaratus servatus fuit ante postremum incendium urbis Kuttenbergensis in Archivio Curiæ ejusdem urbis, unde Clarissimi Viri Thaddæi Peuthner tum Pragæ Metalurgiæ Professoris Regii (hodie Viennæ Consiliarii Aulici) beneficio mecum communicatus atque exscriptus fuit. Hic perrarus Codex si fortassis illo memorato incendio, quo etiam curia flammis cessit, periit, forte fortuna apographum illius inter collectionem nostram Manuscriptorum conservatum est. In hoc itaque grande volumen, seu Librum sententiarum Przemyslaus Ottocarus omnia pene statuta Civilia seu Municipalia e Corpore Juris Iglaviensis inseri, & totidem verbis, disjunctis quidem locis & titulis, inscribi fecit, ut proinde defectum illum non collati transumpti cum autographo ex hoc ipso Kuttenbergensi exemplari sarciendi peropportuna præsto fuerit occasio, campusque. Et vero etiam Statuta montana, posteriorem nempe hujus Juris Iglaviensis partem ex MS. Jure Montano Wenceslai

ceslai II. emendare atque elucidare licuit, qui, ut jam ante meminimus, his Statutis montanis Iglavienſibus tanquam baſi & fundamento eſt uſus, cui magnam illam quatuor librorum molem, Jus, inquam, ſuum Montanum, ſuperſtruxit. Neque hic ſubſtitit induſtria noſtra, nam & MS. Jus Feudale Bohemiæ Caroli IV. in ſubſidium locorum nonnullorum illuſtrandorum accepimus, cujus quidem Juris exemplar admodum rarum ſervatur in Tabulis noſtris Feudalibus in Codice chartaceo characteribus ſæculi XV. tam informibus, tamque lectu difficilibus exarato, ut cum Plautino Pſeudolo quærere poſſis: *An habent quoque gallinæ manus.* Tot itaque præſidiis Jus iſtud Iglavienſe locis quibusque & emendare & illuſtrare & locupletare licuit, in quo jam benevolus Lector priſcam illam ſimplicitatem & quaſi prima lineamenta Juris tam municipalis, quam montani habiturus eſt, nihil enim hucusque vetuſtius deprehenſum, multo minus in lucem editum novimus. Terminorum quorundam veterum præſertim juridicorum ſegetem inventuri illi etiam, qui Gloſſaria Dufreſnii & Carpentieri locupletare voluerint, nec Gloſſariorum germanorum ſcriptoribus compilatoribusque copia deerit ſua novis vocibus augendi aut certe illuſtrandi.

Neque illud prætermittendum cenſeo, ut cognitionem aliquam civitatis Iglaviæ ſubjungam, quam procul dubio deſideraturi ſunt exteri, quibus urbis hujus ſitus, & conditio minus cognita. Eſt itaque Iglavia una ex præcipuis Moraviæ civitatibus, hodie Regiæ nomine tituloque inſignita, a qua jam olim integra provincia (hodie Circulum ſeu Diſtrictum dicimus) nomen traxit, cujus quidem fines a plaga ſeptentrionali ſunt Bohemia, ab Occidentali eadem Bohemia cum parte Auſtriæ, ab Orientali Brunenſis, a Meridionali Znoymenſis Moraviæ Circuli. Quod Provincia hæc antiquitus ſuos peculiares Duces aut Principes habuerit, quod urbs ipſa iſtorum aliquando ſedes fuerit, quod denique iſtorum præſentia, præſidiisque ad hodiernam venuſtatem, amplitudinem excreverit & effloruerit, uti recentiorum noſtrorum nonnemo contendit, horum quidem in antiquitate veſtigium nullum reperio. Novimus enim ex Brzetislai I. Ducis noſtri, item Spitignei,

tignei, posterioreque partitione universam Moraviam nonnisi summum in tres provincias scilicet Olomucensem, Znoymensem & Brnensem seu Brunensem fuisse divisam, adeo ut Iglaviensis provincia urbsque semper Ducum Znoymensium imperium respexerit, quoadusque Primyslea stirpe prognati plures superfuere Principes. Multo serius Przemyslaus Ottocarus II. provinciam Oppaviensem æque ad Moraviam, Ducatumque Olomucensem spectantem Ducatus prærogativa nobilitavit, eamque filio suo naturali Nicolao tradidit, qui proinde Oppaviensium Dux omnium primus audiit. Urbem Iglaviam Hagecius ad annum 799. conditam statuit, vero an arbitrario calculo illi soli cognitum, nam hucusque in hac epocha asserenda vetustius documentum non deprehendimus, posteriores omnes ex ipso uno soloque Hagecii fonte eam hausisse certum est. Quod ad nomen urbis attinet, vult idem Hagecius illud indeptam ex Slavica voce *Geblak*, quæ latine ericium, germanice einen Igel significat, ait enim accidisse, ut attollenti aggerem novæ coloniæ frequentes ericii cum suis fœtibus intra cavernas occurrerint. Sed jam P. II. Annalium nostrorum p. 399. diximus veteribus Slavis Zawiezat ericium appellatum fuisse, verosimiliusque urbem nomen suum a præterfluente fluvio Gihlava, germanice Igla appellato duxisse, præsertim cum eodem loco cursum suum in aquilonem & limites Bohemiæ tendentem relegat, ac in meridiem reflectat, donec Schwartzæ junctus sese in Tayam seu Tyam exoneret. Illud tamen manifestum fit ex toties memorato Jure Iglaviensi, jam urbem hanc montesque a Germanis sæculo medio XIII. cultos fuisse, nam passim voces, terminive in eo occurrunt germanici, aut certe ex germanicis vocibus in similitudinem latinarum traducti, ut toto hoc opusculo nonnisi unica slavica seu bohemica vox *Wieno*, quod vulgo Morgengabe dicitur, occurrat. Posterius autem Wratislai Ducis Imperio, & fortassis toto sæculo XI. serius sese primum Germani in hos terrarum tractus immisisse videntur, nam cum idem Wratislaus Dux Conrado fratri occidentalem plagam Moraviæ, Austriæ obtentam, tradidisset, non obscure ex verbis Cosmæ nostri conjicitur adhuc hanc plagam a Slavis habitatam fuisse. Nam ait:

ait: *Plagam occidentalem* (id est Znoymensem, sub qua comprehendebatur Iglavia) *quæ est versus Theutonicos, dat Conrado.* Quis non recte argumentetur eis, seu in plaga occidentali Moraviæ Theutonicos necdum degisse? Sed hoc breviter de Iglavia perstrinxisse sufficiat.

In nomine Domini nostri, Amen. Nos *Wenczeslaus* Dei gracia Rex *Boemie*, & Marchio *Morauie*, (a) omnibus presentem paginam inspecturis salutem in perpetuum. Cum Regalis dignitas & honestas tanto diligencius suis fidelibus adesse teneatur, quanto differencius preteritis, quibus Regnum & culmen terrenum Dominii est donatum, clare prefulget dignitatis nomine & honore. Unde nos, qui nostrorum fidelium cauere volumus indampnitatibus & periculis onerosis, ex plenitudine gracie nostre, & fauoris ad memoriam fieri volumus sempiternam, tam viuentibus, quam victuris, quod nos Regia auctoritate nostra, & libera voluntate dilectis Ciuibus nostris in *Iglauia* & montanis ubique in regno nostro constitutis singulis, & uniuersis libertates, iura, nec non statuta subscripta, per que tranquillitati, & communi utilitati eorum & paci decreuimus prouidendum; ipsis nihilominus & eorum heredibus successiuis, & posteris, Regia prouidencia & hillaritate concedimus, indulgemus, & confirmamus. Insuper cum nos dilecto filio nostro *Prymisloni* Principatum (b) contulissemus, dictos Ciues & montanos nostros sibi paterne donamus, & in graciam sue dignitatis speciali dileccionis affectu fideliter & regaliter de manu ad manum commisimus conseruandos, & super hys omnibus confirmandis, & conseruandis presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Et Nos *Przymislaus* Dei gracia *Marchio Morauie* Regiam beniuolenciam & fauorem Patris nostri Illustrissimi Regis *Bohemie* erga suos fideles Ciues, & montanos, & erga alios Regie dignitatis obsequium prestantes sue voluntati, & paternitati per omnia decreuimus obedire, & presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus consignari. Ne igitur libertas & gloria Maiestatis Regie per aliquos presumptuosos debeat impugnari, vel irritari, cum filio nostro (c) volumus & mandamus sub obtentu gracie & Regni.

(a) Is fuit Wencesłaus hujus nominis I. Rex Bohemiæ, qui vivente patre 1228. coronatus, anno 1230. mortuo patri successit, anno 1253. fatis cessit. (b) Scilicet Marchionatum Moraviæ, quod Pulkava ad annum 1248. reponit. (c) Quis iste vivente patre Przemyslai

Regni; quatenus nullus Baronum, Nobilium, vel Militum, ac Provincialium, ſiue Curialium Regni noſtri preſumpcionem, vel violenciam exercere preſumat in aliqua ciuitate noſtra, nec aliquem hominem inuadat, nec capiat, nec in aliquo negocio ſuo impediat ſine licencia & ſcitu Judicis ciuitatis, & Juratorum. Et quicunque Ciues & montani habuerint homines ſubſedes, (a) & poſſeſſiones extra ciuitatem, vel intra, nullam de ipſis Judex prouincialis, vel beneficiarii terre habeant iudiciariam poteſtatem, vel aliquod ius terre. Sed ſi de aliquo ciue, vel de aliquo homine ciuis habent conqueri aliquid, coram Judice, & iudicio ciuitatis conqueratur, ſicut ceteri homines, iuſticiam ſuam exquirentes. Et ſi aliquis Ciuium alicui Baroni, ſiue Militi bona ſua, vel merces conceſſerit ſub condicione alicuius diei, vel temporis coram iuratis, vel aliquibus probis viris, & ſi dictus Baro, Miles illo die, vel tempore non ſoluerit, extunc ille Ciuis poſſit illum Baronem, vel Nobilem aliquem libere pro ſuis debitis impugnare. Ceterum volumus, & mandamus, ut quidquid Judex Ciuitatis noſtre, & iurati cum iuratis montanorum pro bono communi ordinauerint, & ſtatuerint, inuiolabiliter ab omnibus obſeruari. Inſuper volumus & mandamus diſcrecius obſeruari, quod ſi aliquis Ciuium committens homicidium, vel alium exceſſum enormem quemcunque, nec Camerarius noſter, nec Prouincialis (b) nec aliquis officialium noſtrorum, nec Judex Ciuitatis, ſeu iurati in bonis ſuis tam mobilibus quam immobilibus aliquam exerceat violenciam, quamnis reus profugus factus fuerit, ſed uxor ſua cum heredibus rebus ſuis pacifice perfruantur.

Incipiunt Statuta Ciuilia a Viris prudentibus inuenta, & a Regibus Sereniſſimis confirmata.

Sequuntur Epiſtole Regales.

De Glorioſiſſimorum Principum gracia, & beniuolencia Dominorum, videlicet Regis *Boemie*, & Marchionis *Morauie*, Nos Jurati *Iglauienſes* ſtatuimus, ut quicunque noſtrum moritur, & uxorem reliquerit, & heredes, Judex, ſiue Aduocatus, nec aliquis alius de bonis ſuis ſe aliquatenus intromittat, ſed ſint in poteſtate uxoris & heredum, ſi autem uxor ſtatum eius

(a)

myslai II. filius? primam uxorem illius Margaretham ſterilem fuiſſe omnes hiſtorici patrii affirmant, Cunegundem nonniſi octavo poſt mortem patris anno duxit uxorem. Non poteſt igitur alius fuiſſe filius, quam Nicolaus Dux Oppavienſis filius naturalis natus ex Kunringiana, cui ille partem Moraviæ, ſcilicet provinciam Oppavienſem, in Principatum dedit. (a) Id eſt: *clientes, vaſallos, villicos*, ut explicat Dufreſnius voce *Subſides*. (b) Id eſt Provinciæ (hodie Diſtrictus dicimus) Præfectus.

(*a*) mutare voluerit, de consilio faciat amicorum, quod si non fecerit, de bonis quartam partem obtinebit tantum, cum de Jure terciam deberet obtinere, & in arbitrio sit uniuscuiusque mulieris, & virginis nubere, & continere, quia coacta connubia raro placent. Si autem moritur aliquis sine uxore & liberis, & testamentum non fecerit, omnia bona proximo suo cedent heredi, & si heredem non habuerit, fiat de bonis & rebus suis in hunc modum: Diuidantur in tres partes, quarum *prima* cedat pro anima sua, *alia* ad vias, & pontes restaurandos, *tercia* ad negocia ciuitatis. Et hoc fiat mediantibus aliquibus iuratis. Item ubicunque locorum aliquis moritur compos racionis, quidquid de rebus suis ordinauerit, coram ydoneis fide dignis, vel iuratis, vel suo plebano, (*b*) ratum erit. Si autem aliquis alienus homo moritur intestatus, de rebus suis nihil ordinauerit, Jurati res suas & bona sua sub sigillo Ciuitatis per anni spacium obseruari facient, & si medio tempore aliquis amicorum, vel sociorum suorum (*c*) cum certis indiciis venerit, bona illius iure Ciuitatis obtinebit; si autem nullus infra anni spacium venerit, & ultra, bona sua in tria diuidantur, & fiat cum eis, sicut dictum est ante. Item omnis homo hospes, & indigena cuiuscunque generis liberum arbitrium habeat, ubicunque voluerit sepeliri. Volumus eciam, ne aliquis homo extraneus contra aliquem Ciuium, vel Ciuis contra ipsum cum trucellariis, (*d*) vel triumphatoribus (*e*) testimonium producat, sed cum viris ydoneis & fide dignis duobus vel tribus. Item nullus cum viro extraneo super aliquem ciuem pro debitis inducat testimonium, nisi ad minus unum probum virum huius ciuitatis secum habeat, pro suo testimonio confirmando.

De mercibus & mensuris.

Jurati uniuscuiusque Ciuitatis tenentur de mercato, mercibus & mensuris, & aliis quibuscunque negociis, que ad commune bonum, pacem pertinent, fideliter ordinare cum Judicis adiutorio. Quidquid autem ordinauerint predicto modo, nulli alii se aliquatenus intromittant immutando, vel contradicendo; & quamcunque penam super his statuerint, hec a statutorum transgressoribus persoluatur.

De

(*a*) Id est *suum*. (*b*) Id est Parocho. (*c*) Id est, qui cum defuncto societatem pacti hæreditarii inierit; quæ eo tempore in gente nostra non modo apud Nobiles familias, sed etiam cives in usu erat. (*d*) Id est sortilegiis, jactu alearum, *Trucku* enim & *Truckude* alea dicebatur. (*e*) Id est ludi genere, qui *Triumphus* gallice *la Triomphe*, dicebatur, fiebatque chartis pictis. Scilicet cum eo tempore adhuc ferri candentis, aquæ frigidæ, aliæque probationes in majoribus judiciis admittebantur, nonnunquam hæc in minoribus locum habebant, quæ isthic antiquantur, & abrogantur.

De arbitrio hominis racionalis.

Quilibet homo racionis capax (*a*) cum bonis suis iuxta habitum (*b*) facere poterit, & licet uxor reclamet, & pueri (*c*) contradicant, tamen dominium stabit in suo arbitrio. Si autem uxori sue coram probis viris patrimonium assignauerit, quod vulgo, *Morgengabe*, dicitur, hoc est *Wieno* (*d*) hoc sibi vendere, vel alteri dare sine uxoris consensu non licebit. Verum tamen si maritus infortunio compellente ad tantam deuenerit inopiam, quod nihil habeat pre manibus, quod se & uxorem, & pueros nutriat, ne mendicare compellatur, cum scitu parentum uxoris dictum patrimonium poterit ad tempus obligare, (*e*) licet uxor reluctetur. Item si quis hominum voluerit proficisci ad limina Sanctorum videlicet *Petri*, *Pauli* vel *Jacobi* (*f*) seu alias, uxor sua, si voluerit iter suum impedire, poterit, voto *Ierosolimitano* dumptaxat excepto.

De mensura & pondere.

Item volumus, ut quicunque hominum, vel virorum, vel mulierum cum iniusta mensura inuentus fuerit contra mensuram statutam aridorum, vel humidorum, vel cum iniusta ulna, pondere, vel libra, unam marcam dabit iuratis. Si secundario, inuentus fuerit, dabit duas marcas, si tercio, manu carebit, vel eam si redimere voluerit, det X. marcas. (*g*) De quibus due partes cedent Judici, tercia Juratis, si non misericordiam consequetur. (*h*)

De modo querendi falsarios in domo, vel ubicunque fuerint. (*i*)

Decreuimus eciam, ne aliquis Magistrorum monete, vel aliquis hominum in domo alicuius ciuis aliquid querat, vel queri faciat, nec eciam falsarios, vel falsos denarios, nec eciam pro huiusmodi causis domum alicuius intret, nisi mediante Judice, & aliquo Juratorum. Potest tamen, si aliquid talium fuerit, adhibere custodes, donec Judex veniat, & Jurati. Si autem monete Magistri, vel aliquis contra formam prescriptam aliquid in domo alia aliquid talium inuenerint, vel serui sui, nec reus, nec hospes (*k*) sibi

(*a*) Id est mentis compos sibi præsens, non delirus, aut ægritudine alienatus, nimiumque viribus prostratus. (*b*) Si non scribendum erat *juxta libitum*, verosimillime hic *habitus* pro *consuetudine* accipiendus erit. (*c*) Id est *proles*. (*d*) Bohemica hæc vox idem quod germanica notat. (*e*) Id est oppignorare. (*f*) Nempe seu Romam, seu Compostellam. (*g*) De marcæ Bohemicæ principiis, usu, & valore copiose egit noster R. P. Adauctus in libro suo Monetario Böhmische Münzbeschreibung 2. Band. Non multum vero hac ætate marca ab hodierno pondere & valore differebat. (*h*) Hæc iisdem verbis referuntur in libro sententiarum Primyslai Ottocari sub titulo: *Emenda de injusta mensura*. (*i*) Primyslaus Ottocarus vocat hanc inquisitionem *Haussuchung*. (*k*) Id est: Dominus domus.

ſibi in aliquo reſpondebit. Si autem in foro quemquam deprehenderint, & Juratos habere non poterint, unum probum hominem, vel duos aſſumat, per eos cuſtodiam adhibendo, ne quid deeſſe petat ſuſpectus, vel quid ſibi adiiciatur per alios, donec Judex, ſeu Jurati adducantur. Si autem in campis, vel ſiluis magiſter monete quemquam deprehenderit, de quo habuerit mali ſuſpicionem, & Juratos habere non poterit, ſed aliquem alium probum virum, vel duos, cum hys ſibi cuſtodiam adhibeat, ſicut dictum eſt ante. Si vero ſuam tantum familiam circa ſe habuerit, illum, quem impetere nititur, ad ciuitatem duci faciat, & a Judice ſibi poſtulet duos concedi Juratos, qui verba illius audiant argute, & quidquid coram illis iuratis idem comprehenſus profeſſus fuerit, in irritum non poterit reuocari. Et ſic fiat de qualibet cauſa, cum iurati per preces alicuius inducuntur, vel audire mittuntur ad audiendum aliqua promiſſa, vel verba alicuius, quidquid ſe audiuiſſe proteſtantur, reuocare non poterint, ſi vero non vocati, nec poſtulati, in foro, ſeu taberna, quicquid audiuerint, accuſatus ab eis dicta ſua coram iudicio poterit reuocare. Si autem enormes actus alicubi viderint, ut vulneracionem, baculaciones, ſiue capillaciones, & euaginatos gladios, vel cultellos, vel aliquid talium, accuſatus ab eis conuincetur. (a)

De falſis denariis ſequitur.

Si falſi denarii apud aliquem honeſtum virum inuenti fuerint, & ſi idem dixerit ſibi tales denarios eſſe datos ab alio viro illeſe fame, reſpondens met- (b) ſeptimus, ſe expurgare poterit, quam actor ipſum conuincere poterit metſeptimus. Si autem profeſſus fuerit, ſe a monetario tales recepiſſe denarios, extunc metſeptimus monetarium conuincere poterit, quam monetarius ſe poſſit metſeptimus expurgare.

De forma maniloquiorum. (c)

Nobis ciuibus expedire videtur, ne aliqua ciuitate regni plures ſint Judices, quam unus, propter concordiam & pacem. Et quamdiu aliquis iudicio utitur, ſi ante iuratus fuerit, loco iurati nullum accuſare poterit. Item ſtatim ſumpto iudicio, iuramentum cruce (d) preſtabit, quod iuſtum

 iudi-

(a) Hæc conſtitutio de verbo ad verbum inſerta eſt libro ſententiarum Primyslai Ottocari. (b) Id eſt *ipſe* cum ſex aliorum teſtimonio. (c) Hanc vocem in nullo Gloſſario medii ævi notatam, explicatamve reperio, ſat clare vero infra per *matutinum colloquium* elucidatur, ita ut judicia matutino tempore fieri & exerceri etiam hodie paſſim ſolita ſignificet. (d) Id eſt ſuper ligno Dominicæ Crucis. Singulare prorſus eſt, quod in Libro ſententiarum Primyslai Ottocari *de Juramento in cruce* verbis germanicis prolato circa

judicium, (*a*) nec propter perſonas, nec propter munera corrumpatur, ſed pauperi ſicut diuiti, videlicet ſecundum formam legis inſtitutam. Item ſi iurati in matutino colloquio aliquem accuſauerint, & ſi Judex in iudicando negligens exſtiterit, iurati innocentes erunt, & Judex in culpa manebit; ſi autem mora procedente, adhuc iudicare voluerit, a iuratis moneatur, ut iudicet, & ſatisfaciat conquerentibus, ne facilitas venie pariat intentiuum (*b*) delinquenti. Iterum tercia vice moneatur Judex a iuratis, ſi tunc Judex iudicare noluerit, & cauſa ad ſuperiorem Judicem, ut ad Camerarium, vel ad Regem voluetur, & Judex pro negligencia accuſatus fuerit, ſiue parua vel magna cauſa fuerit, Judex pro eo punietur. Item ſi quis accuſatus in maniloquio, Judex cauſam diligenter experiat, & ſi talis fuerit, quod accuſatus puniri meruit in pecunia, ſic intituletur, (*c*) ſi in manu puniri meruit, ſic inſcribatur ſecundum exceſſus ſui enormitatem. (*d*)

De modo recipiendi emendam. (*e*)

Ubicunque Judici cedit aliqua emenda, ſiue parua, ſiue magna fuerit, induciare debet reum XIIII. diebus, quibus finitis aliquo Juratorum petente accipiat emendam ſuam, quod ſi neglexerit, illi emende non tenebitur aliam acumulare, & ſemper coram aliquo iuratorum accipiat emendam ſuam.

De

circa differentiam vocis *ellen* & *allen* memoratur: Ibi enim: *Si advocatus jurare debentem informans ſibi predixerit in juramento vulgariter dicendo: ut* ellen Creucz *per ſecundam vocalem* e, *& ille ipſe ſequens dixerit*, und allen Creucz *per primam vocalem* a, *niſi Jurati formam audientes nominatim ſub cauſe perdicione ei prohibeant, ut a proferat, ſi per* a *dicat* allen Creucz, *bene jurat, licet enim uſitatum ſit dicere* ellen Creucz, *tamen per* a *pronunciando melius videtur eſſe dictum, quod patet in aliis diccionibus, ſicut verbi gracia* alle tag, alle nacht, allwege, all ſtege, *& ſic in pluribus aliis*, quæ magis proferuntur *per* a, *quam per* e. *Unde eciam aduocati monendi ſunt, quod de cetero dicant per* a, *& non per* e; *tamen ſi jurans dixerit per* e, *bene jurat*, quia ſecutus eſt advocatum, *aduocato autem proferente* a, *ſi jurans* e *protulerit, videtur formam corrupiſſe.* Ceterum ut non qualiscunque crux ſit, ſed in qua ſignum Paſſionis Dominicæ expreſſum, idem Primyslaus his verbis exprimit titulo: *In qua Cruce ſit jurandum:* Notandum, inquit, *quod ſi actor petit, reus jurare debet in cruce non qualicunque, ſed in illa duntaxat, in qua ſignum Paſſionis Domini ſit expreſſum. Sic me Deus juvet & iſta Crux &c. Ibi Crux Paſſionem Domini repreſentat, & non crucem ligneam vel ferream, que nulli preſtat ſubſidium vel iuuamen.* Et illud ſubjungere libet ex eodem libro: *Wer mer Sprach kann, den eyne, und ſoll einen ayd ſweren, der ſoll in der Sprach ſweren, die er allerpeſt kan, und in der er peſt geczunget iſt.* (*a*) Deſiderari videtur: *præſtare velit.* (*b*) Id eſt: ne malitia facilitate veniæ intendatur, augeatur. (*c*) Id eſt ſententia in libros referatur. (*d*) Eadem verba repetuntur in libro ſententiarum Primyslai. (*e*) Id eſt compenſationem damni, mulctam pecuniariam, quæ arbitrio judicis irrogatur, aut legis alicujus vigore illi competit.

De Judicis obediencia.

Si contingat aliquem hominem querimoniam in judicio mouere, Judex aliquem de iuratis ponat loco sui, & de omni querimonia respondeat, sicut alter homo, si autem respondere noluerit, iurati dicant sibi, quod ipsum super hys coram maiori Judicio velint accusare secundum verbum legis: *Tu legem patere, quam ipse tuleris.* Omnes querimonie, que fiunt, ubicunque reuocari poterunt, (*a*) preter illas, que coram quatuor sedilibus, vel banccis (*b*) Judiciariis proponuntur, & in omni querimonia, in qua homo astat verbis sui prolocutoris, (*c*) & interrogatus a Judice, dixerit: hec verba sunt mea; hec querimonia rata habebitur. Et quicunque super aliquem querimoniam fecerit pro media marca, vel infra, & si citatus fuerit semel, & si negauerit, ab illo die per XIIII. dies iuramento confirmabit negacionem suam. Si autem fassus fuerit per XIIII. dies, (*d*) creditori soluet, quod si non fecerit, grauius punietur, videlicet Judici in medio fertone. (*e*) Et si aliqua querimonia pro debitis super aliquem proposita fuerit, respondens se in cruce melius excusare poterit, quam actor eum possit conuincere iuramento. Et idem fiat de omni querimonia simplici. Duo conquerentes ante Judicem simul, & nemo scit, quis eorum fuerit primus, unde cuique cuicunque Judex astiterit, illius querimonia preualebit. (*f*) Item si Judicem domi non inuenerint, sed uxorem suam per eius testimonium primam querimoniam obtinebit. (*g*)

De debito obligato.

Item si aliquis hominum obligatus debitis onerosis alicui, non habens unde soluat, preter hereditatem suam, & si illam hereditatem obligauerit pro debitis suis coram iudicio, creditor ipsam ad spacium unius anni, & diei tenebit, & si debitor tunc non exsoluerit obligata, creditor extunc coram iudicio ter in tribus iudiciis successiue proclamabit. (*h*) Et si post ternam proclamacionem debitor non exsoluerit, Judex hereditatem illam creditori coram iudicio vel aliquibus Juratis libere assignabit, qui eam vendere poterit, vel exponere, secundum condicionem pretaxatam. Item si aliquis homo extraneus in aliqua ciuitate querimoniam fecerit pro hereditate aliqua pro tribus marcis, (*i*) fideiussores ponat, ut querimoniam suam exequatur, & si defecerit in causa, vel non exequendo querimoniam

suam,

(*a*) Id est ab accusatore retractari, annullari, antequam ad judicium deferantur. (*b*) Vox germanico-latina a voce Bank. (*c*) Advocati, Patroni, Causidici. (*d*) Id est intra XIV. dies. (*e*) Id est octava parte marcæ. (*f*) Id est ille actor censendus. (*g*) Idem sensus cum priore. (*h*) Id est querelam juridicam prosequetur, publice in judicio urgebit. (*i*) Id est in re, quæ pretio tres marcas æquat.

ſuam, culpabilis in tribus marcis erit. Item ſi aliquis homo extra terminos Regales reſidens in ciuitate noſtra pro debitis ſuper aliquem querimoniam mouerit, infra triduum ſibi fiat iuſticie complementum. (*a*) Item nullus aliquam hereditatem obligare vel reſignare tenetur, nec coram Judice & Juratis. Si vero Judex obierit, alio ſuccedente per Juratos illos nihilominus, qui obligacionem recepit, ſuam iuſticiam obtinebit.

De reſignacione hereditatum alicuius.

Si quis alteri coram iudicio hereditatem ſuam iure reſignauerit, receptor tenetur dare Judici duodecim denarios, Juratis totidem, Scriptori (*b*) duos. Si quis querimoniam ſuam ad iuratos deduxerit, & ſibi coram Judice vel Juratis aliis aſtiterint, querimonia ſua preualebit; ſic videlicet, ſi fuerit de actibus enormibus, vel de promiſſis factis, coram iuratis a Judice miſſis, vel precibus obtentis, ſed non de quibuslibet verbis ocioſis in foro, vel in tabernis caſualiter ventilatis. Item ſi reſpondens carere (*c*) noluerit, oportebit Juratos obtinere in iuramento, quod teſtantur. Item ſi quis Juratorum interrogatus pro ſentencia illam induciare ad maniloquium velit, iuramento obtineat, quod illa vice talem ſentenciam nequeat invenire, (*d*) & ad hoc a iuratis, vel a Judice, vel a mouente querimoniam compellatur.

De modo & forma iurandi a Juratis.

Ego cum iuramento comprehendo, quod feci Domino Deo, Domino noſtrò Regi, & vobis Domine Judex, & meis coniuratis, quod verba illa iuſta ſint, & vera. (*e*)

De remiſſione Juramenti.

De omni Juramento, quod coram iudicio fieri debet, ſi de gracia dimittitur, Judici cedent XII. denarii, ſcriptori duo ab eo, qui iurare tenebatur.

De eo, quod dicitur, Enbolunge.

In omnibus cauſis, que coram iudiciis tractantur a feſto Natiuitatis Domini, usque poſt octauas Paſce proxima feria ſexta, qua die iudicio peremptorio preſidendum eſt; quilibet homo iteracionem ſue cauſe, quod vulgo *enbolung* (*f*) dicitur, habere poterit, quam in die iudicii peremptorii nul-

(*a*) Id eſt ſententia feratur. (*b*) Id eſt Notario ſeu Syndico. (*c*) Id eſt remittere a querimonia. (*d*) Scilicet quod propter rerum obſcuritatem, difficultatem, dubiumve ſententiam ferre non potuerit. (*e*) Eadem forma præſcribitur in libro ſententiarum Primyslai Ottocari. (*f*) Vox priſca germanica idem quod hodie Einholung, Wieder-

nullus habere poterit. Quatuor autem causas excipimus ab hoc rigore iuris, videlicet homicidium, stuprum, siue violacionem virginum, vicium falsitatis denariorum vel argenti, inuasionem domus, quod vulgariter *Heimsuchen* dicitur, pro quarum quilibet causarum, si homo conuictus fuerit, in vita dampnatur, si aliqua harum causarum in diem iudicii peremptorii iudicanda ceciderit, reus causam suam indicare poterit, usque in diem proximam sequentem, & iterum ab illo die in diem terciam, in qua nullo ulteriori obtento termino, opus vel gracia composicionis, vel iuris vigoris causa terminatur. Omnes causas hys similes eodem iure volumus terminari.

De vigore testium.

Si quis hominum de aliqua causa vel culpa iuramento cum testibus se expurgare debuerit, & si aduersarius eius contra aliquem testium excipere habuerit, vel aliquem eorum reiicere, hoc faciat, antequam manum cruci imponat, quod si non fecerit, iuramentum eius stabit.

De Juratis.

Si quis Juratorum in aliquo deliquerit, vel excesserit, coram Judice, vel iudicio, sicut alter homo respondeat, nec amplius quam suum delictum requiratur, & cum iusticia puniatur. Item nullus iuratorum interrogatus per suum iuramentum, vel per suam fidem, alicui alteri respondere tenetur, nisi soli Domino Regi. Sed in causis iudiciariis a suo Judice requisitus testimonium compellitur perhibere. Si quis Juratorum pro quacunque causa coram iudicio alicui astare voluerit cum suo iuramento, apponantur ei duo iurati custodes, (a) qui sua verba & formam verborum audiant, & diiudicent, & secundum eorum consumacionem verba sua rata habeantur.

De arguente (b) sentenciam.

Quicunque coram iuratis aliquam sentenciam reclinauerit latam, dicens se meliorem velle inuenire, vel inducere, & si non fecerit in instanti, qualescunque expense excrescent super hoc negocio, ipse soluet, & preterea stabit suo Judici in pena sexaginta solidorum, (c) & cuilibet iurato XXX., & hi solidi sint breues. (d)

De

holung. Liber sententiarum Primyslai Ottocari appellat *Erbolung*, eademque prorsus refert. (a) Id est duo Procuratores, Syndici. (b) Reclamante contra latam sententiam. (c) Solidus nostro computu 12. denarios complectebatur. (d) Id est quorum unus 12. obolos æquabat, nam *solidus longus*, seu *longorum* æquabat 30. obolos. Vide R. P. nostri Adaucti Münzbeschreibung 3. Band S. 51.

De appellante contra Jus.

Cuicunque coram Judicio & Juratis habundans iusticia facta fuerit, & illam contempnens appellet indebite ad Dominum Regem, stabit in pena decem talentorum. Si autem Judex & iurati sibi non satisfecerint, extunc libere ad aliud Judicium appellabit, postquam fuerit iusticia denegata, de predicta autem peccunia due partes cedent Judici, tercia Juratis.

De numero causarum.

Volumus, ut nullus coram aliquo iudicio de pluribus causis incusari possit, quam de tribus.

De Debitoribus.

Si quis aliquem pro debitis suis in iudicio detinuerit, non habentem unde soluat, si creditor carere (*a*) noluerit, Judex debitorem manu propria tradat, quem nec frigore, nec in calore distemperato tenebit, sed ferro manuali, & pascet eum quarta parte panis empti pro uno denario, & scipho aque. Si vero furtim effugerit, extunc creditor ipsum ubicunque rapuerit cum scitu Judicis captiuum detinebit.

De mouente querimoniam.

Si aliquis conquestus fuerit coram iudicio non sub recto (*b*) nomine, respondens propterea liberari non poterit, sed prolocutor (*c*) pene minorum subiacebit, videlicet duodecim denariorum.

De Jure Preconis. (*d*)

Si quis pro aliqua causa Preconi presentatus fuerit, vel suo debitori, nemini medio tempore pro aliqua re respondebit, & si illos effugerit, quicunque actorum ipsum primus apprehenderit, illi utique respondebit. Item quilibet Preco testimonium perhibere poterit, si aliquem pro debitis, vel res alicuius in domo alicuius interdixerit. (*e*) Item si aliquem citauerit, interrogatus a Judice de hoc testimonium perhibebit.

De Jure Notarii.

Item quilibet iuratus Notarius ciuitatis quicquam in tabulis suis collegerit, siue sit iuramentum, vel proscripcio alicuius, vel aliquos incusatos de

(*a*) Id est remittere a querela Juridica. (*b*) Id est suo & proprio nomine. (*c*) Advocatus, Procurator. (*d*) Minoris scabini, qui Jure Saxonico vocatur *Fronbote*, hodie eorum locum, munusque obtinent Judices civitatum. (*e*) Hodie dicimus: Verboth schlagen, condictionem in res alicujus facere.

de vulneribus, vel pro aliis causis, interrogatus de hys testimonium perhibere poterit, sicut alter iuratus, nisi tunc ab aliquo iuratorum suum testimonium cassum & vanum comprobetur.

De fabro faciente falsas claues.

Expedit eciam, ut quicunque fabrorum viro alicui, vel mulieri falsas claues vel uncos fecerit, si cum tribus victus fuerit testibus, manu priuetur, vel eam redimet cum X. marcis, sed si se expurgare noluerit, mettercius in cruce prestabit iuramentum. De ista pena cedet tercia pars actori, tercia Judici, tercia Juratis.

De Blasphemante.

Omnes blasphemantes decreuimus unanimiter, & deuote, ut quicunque Deum, vel Beatam *Mariam*, vel Sanctos Dei, vel Sacramenta Ecclesie blasphemauerit, statuto Papali, videlicet septem diebus Dominicis cum corigia (*a*) circa collum nudipes trahatur ante processionem (*b*) circa Ecclesiam Parrochialem, & hys septem diebus ieiunus in pane & aqua nullam Ecclesiam medio tempore ingressurus. Si autem hanc contempnens peniteнciam moriatur, sepultura carebit. Si vero pecunia satisfacere voluerit, det ad opus Ecclesie quadraginta solidos, vel triginta, vel secundum posse suum. (*c*)

De arguente Judicem & Juratos.

Item volumus, ut quicunque Judicem, vel Juratum coram arguerit, stabit in pena Judici in LX. solidis, cuilibet Jurato in XXX., tribus testibus conuictus, vel solo Jurato, si autem Judicem, vel Juratum aliquem presumptuose vituperauerit, dicendo eum vilissimum, vel traditorem, vel hereticum, tunç tribus diebus Dominicis ibit ad Parrochiam in publica stans stacione in alto coram omnibus dicet: *Si talia dixi de Judice, vel Juratis, mentitus sum sicut vilissimus*, percuciendo se manu propria in os suum; si talem satisfaccionem contempserit, si Juratis & Judici placuerit, super collum suum proscribatur. (*d*) Si aliquis autem alicui sibi pari, vel suo conciui fecerit, pene solidorum subiacebit conuictus, sicut ante dictum est. Si au-

(*a*) Id est flagello e corio exsecto, nexoque. (*b*) Quæ fiebat per cœmeterium cum aspersione aquæ benedictæ ante summam Missam. (*c*) Eadem constitutio iisdem prorsus verbis inserta est in librum sententiarum Primyslai Ottocari. (*d*) Id est sub pœna colli seu capitis proscribatur. Ceterum tota etiam hæc constitutio reperitur in libro sententiarum Primyslai Ottocari.

autem ſcurra vel lotarus (a) alicui fecerit, ad ſtatuam (b) ligetur, & de ciuitate, & de terminis eius pellatur.

De incuſato ſpoliis.

Si quis pro ſpolio & furto incuſatus fuerit, & nihil apud ipſum inuentum fuerit, ſimplici iuramento expurgabitur, ſi autem ſecundo mettercius, ſi tercio metquartus. Si quarto, actorum teſtimonio ſubiacebit. Si quis Preconi preſentatus fuerit, & apud ipſum pernoctauerit, dabit Preconi XIIII. denarios, & nichil de ſuis rebus amplius accipiet Preco. Si autem non pernoctauerit, dabit ei VI. denarios, & liber exibit, nullam in rebus ſuis ſuſtinens leſionem.

De Incenſoribus.

Pro incendio ſi quis captus fuerit, igne peribit. Si vero incendium fecerit & effugerit, & poſtea deprehenditur, & ſi minas ante incenſionis fecit, cum ſeptem viris conuincetur. Si autem iudicio voluntarie aſtiterit, metſeptimus expurgabitur. Sed ſi in fuga detentus fuerit, iterum cum ſeptem viris conuincetur. In incendio ſi quis furtum fecerit, valens LX. denarios, (c) ſuſpendatur. Et ſi quis facto incendio aliquem vulnerauerit, tribus teſtibus decolletur. Si quis vero euaginato gladio aliquem vulnerare voluerit, victus duobus teſtibus manu priuetur. Et ſi quis alteri minatur incendium coram honeſtis viris, qui audiunt, ille cui minas incuſſit, poteſt eum conuincere mettercius. Si autem non vult, quia non audiuit, per alios tres viros, qui audiuerunt, poteſt eum conuincere. (d)

De ſacrilego Judicio. Sequitur de rebus Eccleſie.

Item omnis ſacrilegus, qui in Eccleſia furtum fecerit, rotali pene (e) ſubiacebit.

Statuimus, ut nullus mercatorum, Inſtitorum, tabernatorum, vel Judeus, vel alter aliquis aliquas res Eccleſiaſticas in pignore ad ſeruandum recipiat, niſi ſub certo teſtimonio. Sed ſi quis contra hec fecerit, tali pena punietur. Si res iuxta valorem unius marce fuerit, marcam ſoluet, ſi iuxta decem marcarum, illas ſoluet, vel manu priuetur. De decem autem marcis tercia pars cedet Eccleſie, tercia Judici, tercia Juratis.

Si

(a) Vox germano latina Lotterbube, priſcis Slavis etiam latro Lotar dicebatur, hodie Lotr nominamus. (b) Id eſt numellam. (c) Sexaginta denariorum valor æquipollebat facile 6. flor. hodiernis. (d) Hæc ad verbum repetuntur in libro ſententiarum Primyslai Ottocari titulo: *De incendio*, niſi quod ſupra tantum XL. denarii ſtatuantur. (e) Id eſt vivo rotæ ſupplicio membra confringentur.

Si quis alteri alapam dederit indignanter, vel ad dentes percuſſerit, tribus conuictus teſtibus, actori dabit marcam, Judici marcam, Juratis marcam.

De vigore pacis.

Qui pacem ſibi a Judice indictam verbis violauerit, actori in ſexaginta ſolidis reſpondebit. (*a*)

De gladio evaginato.

Qui gladium coram Juratis euaginauerit ſuper aliquem, conuictus actori cedet unam marcam.

De vulnere facto a paupere.

Si quis alium vulnerauerit, & eidem ſatisfacere non poterit pro vulnere duelli, amputetur ſibi manus.

De baculantibus.

Si quis alium baculis, ac fuſtibus percuſſerit, vel crinibus ad terram proiecerit, vel pedibus conculcauerit, victus duobus teſtibus manu priuetur, vel ipſam redimet cum decem marcis. (*b*)

De vigore virginum &c,

Diſtricte volumus, ut ſi quis virginem vel mulierem oppreſſerit violenter, decolletur. Tali autem modo vincetur, ſi virgo vel mulier conqueſta ſe in campis oppreſſam, ſufficiet ei unus teſtis, ſiue ſit paſtor, vel alius homo. Item in ciuitate vero duo ſufficiunt. Si autem mulier, vel virgo laniata veſtibus, vel ſanguinolenta conqueſta fuerit, non habens teſtes alios, incuſatus coram Judicio duobus teſtibus expurgabitur. Si autem non laniata veſtibus, nec ſanguinolenta conqueſta fuerit, incuſatus ſe ſolus expurgabit. Sed ſi mulier communis (*c*) ſe oppreſſam conqueritur, & oppreſſor comparuerit, Judex ei ſatisfaciat de conſilio aliquorum.

De alterante (d) cum alia uxore.

Si quis alteri uxorem ſuam legittimam deduxerit, & ſi cum teſtibus ſeptem conuictus fuerit, ſenteucie pali ſubiacebit. Item ſi quis alium iux-

(*a*) In ſententiarum Libro Primyslai Ottocari hæc germanico idiomate leguntur: *Umb ein Fridprech mit worten, dem Richeer LX. Schillinge, und ydem Scheppen XXX. Schilling der kurzen, alſo verſtet es, das wir nur XII. teilen &c.* (*b*) Integra hæc conſtitutio legitur etiam iisdem verbis in libro ſententiarum Primyslai. (*c*) Id eſt *meretrix, mulier infamis.* (*d*) Id eſt: *mutante.*

ta uxorem ſuam legittimam in adulterio deprehenderit, ſi utroſque interfecerit, vocato Judice & Juratis, ambo ſic trucidantur impune. Si autem una perſona interfecta fuerit, altera effugiente, interfector hoc mettercius in cruce probabit, & nulli exinde pene ſubiacebit. Si vero aliqua perſonarum cum muliere effugerit, & poſtea detenta fuerit, VII. teſtibus conuicta, ſentencie capitali ſubiacebit. Item ſi quis legittimam habuerit, & ea viuente in alio loco aliam ſuperduxerit, conuictus iuſta ſentencia decolletur. Item ſi quis ſuam legittimam ſine iuſto iudicio (*a*) interfecerit, ſpirituali iudicio reſpondebit &c.

De male infamato.

Si quis male infamatus fuerit, quod nociuos homines teneat, ffures vel latrones, vel alios quoscunque, prima vice ammonitus ſolus expurgabitur, ſecundo mettercius, tercio metquartus, quarto ſi inuentus fuerit, conſimili ſentencia puniatur.

De receſſu filie alicuius ſequitur.

Si quis alteri filiam deduxerit, & cum ipſa detentus fuerit, tali modo iudicetur; Judex vocatis iuratis ciuibus & amicis, filia in medio ſtatuetur libera, nullis ſibi minis impoſitis, viro tamen preſente, & propria voluntate vadat ad quem voluerit. Si ad virum ierit, nullum ſequitur iudicium, ſi ad amicos ierit, vir decolletur. (*b*)

De intrantibus Religionem.

Si filius aut filia alicuius Religionem intrauerit, & profeſſus fuerit, poſt mortem parentum de bonis eorum nichil habebit, niſi ſicut pauperes Jeſu Chriſti.

De Seductoribus.

Quicunque filium aut filiam alicuius, aut amicum ſeduxerit ad vendendum, (*c*) vel alio modo alienauerit, totali pene ſubiacebit.

De taxillantibus, de taſſerantibus. (*d*)

Nullus hominum, filius, ſeruus, & amicus, qui ſuo pane veſcitur, plus de-

(*a*) Id eſt, quin accuſetur, ſeu querela adverſus ipſum ad judicium ſeu Judicem deferatur. Liber ſententiarum Primyslai Ottocari, de quo poſtea, ſpirituale judicium his verbis explicat: *Si reum homicidii ſe nouit, ſicut confeſſus fuit, corde contrito ad illum recurrat, qui in foro ſpirituali penitenciam ſibi imponere habuerit ſalutarem.* (*b*) Eadem conſtitutio verbis iisdem legitur in libro ſententiarum Primyslai Ottocari. (*c*) Id eſt ut Sclavorum ritu vendatur. (*d*) Id eſt teſſerantibus ſeu alcatoribus, vox perantiqua, de qua jam

detasserare potest, quam sub suo cingulo continetur, (*a*) & qui plus in ipso aliquo ludo lucrabitur, nihil habebit. (*b*) Et si aliquis cum falsis tasseribus, vel alio falso ludo lucratus fuerit aliquid, ab illo conuictus duobus testibus, is qui perdidit, in nullo sibi respondebit, sed pro deceptore amplius habebitur; & Judici in decem solidis respondebit.

Sequitur de auevanck (*c*) *equorum.*

Si quis equum suum aput alium detinuerit, cum Jure, quod dicitur *Auevanck*, Judici cedant XXX. denarii, scriptori duo; si autem ille dixerit, se equum aput alium emisse, & illum vult deducere, quod dicitur vulgariter *Schicken*, (*d*) si de uno ad alium ducatur, donec verus venditor inueniatur, & tunc cum iusticia equus obtinetur. Et si quis in aliquo loco equum suum obtinere voluerit, ipsemet cum duobus suis vicinis iuramento super equum prestito (*e*) obtinebit. Si autem aliquis ciuis equum suum obtinere voluerit, cum solo concjue suo, & alio probo viro mettercius obtinebit consimili iuramento.

De eo quod dicitur Heimsuchunge. (*f*)

Omnes unanimiter ratum habere volumus, ut omnis inuasor domus capite priuetur, tali modo vincetur, Domesticus, qui inuasus est, ex utraque parte domus sue duos vicinos suos habeat testes, quos si habere non poterit, unum habeat trans viam, alium vero vicinum suum, & alios probos viros. Et si eundem inuasorem domus viuum aut mortuum in domo sua hospes detinuerit, predictis testibus conuictus, aut uno iurato sibi inferat sentenciam capitalem. Si autem inuasor quocunque modo effugerit, & post hoc innocens esse voluerit, cum probis viris metseptimus se in cruce ex-

jam Ammianus L. 8. c. 4. *Aleatorum vocabulum declinantes, ideoque se cupientes appellari Tesserarios.* (*a*) Id est: Non potest plus perdere, quam in suo marsupio, quod sub cingulo geri solitum, præsentis pecuniæ habeat. (*b*) Id est: nihil jure obtinebit. Iglaviæ etiam lusum pyramidum, ut hodie appellamus, prohibitum fuisse, his verbis testatur liber sententiarum Primyslai Ottocari: *Chundelinus de Breda Theutonicali pro tunc Judex, Frenczlinus Magister monetarum, ceterique Jurati ciuitatis Iglauiensis ludum inhibemus omnibus nostram ciuitatem inhabitantibus inquilinis & aduenis quibuscunque superuenientibus tam taxillorum, quam fustium* Kuzelky, *qui vulgariter vocantur* Kegel *sub pena unius fertonis primo, secundo medie marce, tercio unius marce Judici per hospitem dande.* (c) Vox prisca germanica, hodie Auffang, latine arrestatio. (*d*) Primyslaus Ottocarus in libro suo sententiarum explicat hanc vocem per *devolvere ab uno ad alterum.* (*e*) Jus feudale Caroli IV. Imperio scriptum ait: *Ponet digitos suos super caput ipsius animalis & jurabit.* (*f*) Id est: invasio domus; distinguitur autem ab altera voce *Haussuchung*, quæ a Judicibus fieri solita inquisitionis cujuscunque causa.

expurgabit, vel uno iurato. Si vero ſimplex querimonia de aliquo inuaſore propoſita fuerit, ſolus ſe in cruce expurgabit. (a)

Item pro Homicidio.

Quicunque pro homicidio incuſatus fuerit per ſimplicem querimoniam, ſe ſolus in cruce expurgabit, & quicunque ciuium habet infra muros ciuitatis de hereditate ad XXX. marcas pro homicidio poteſt fideiubere. Si quis de homicidio fuerit incuſatus, volens ſe excuſare metVII. in cruce ſuam innocenciam comprobabit, cum viris fide dignis tamen in hunc modum.

De forma iurandi.

Accuſatus primo iurabit ſe eſſe innocentem, alii tres iurabunt ſe vidiſſe innocenciam ſuam, ultimi tres iurabunt illos quatuor iuſte iuraſſe. Similiter iurabunt, qui defendendo vitam propriam aliquem occidunt. Et ſi accuſatus fugam dederit, nolens comparere, de predictis triginta marcis cedent actoribus XXIIII., Judici III., Juratis vero II.

De Proſcriptis.

Pro homicidio ſi quis proſcriptus fuerit, ſine omni contradiccione ciuitatem anno & die vitabit. Si autem tranſacto anno graciam inimicorum obtinuerit, antequam ciuitatem intret, Juratis marcam dabit, Judici mediam marcam. Quicunque in aliqua ciuitate Domini Regis proſcriptus fuerit, vel in aliquo loco alio in omnibus ciuitatibus, & in locis Regni & terris proſcriptus habeatur, & nullus Baro, vel Nobilis, vel Miles, vel Prouincialis Regni ipſum tueri, vel defendere preſumat. Item ſi quis proſcriptus fuerit, & poſtea detentus, iuſto modo condempnabitur.

De vulnere Duelli.

Pro vulnere duelli Judici I. marcam. Si autem vulneratus duellum coram iudicio indixerit, & aduerſarius componere voluerit, Judici cedet marca, ſi vero circulum intrauerint, & ad ſedes venerint, & adhuc componere voluerint, Judici cedent due marce. Si vero ſuper *flangas* venerint, & adhuc componere nolentes, Judex tres marcas habebit. Si autem *flangilge* (b) tractis pugnan-

(a) In libro ſententiarum Primyslai Ottocari hæc germanico idiomate appoſita leguntur: *Item umb Heymſuchen wirt er überwunden, als ein Recht iſt, das iſt der hals.* Ceterum alio titulo eadem conſtitutio iisdem verbis latinis in hoc ſententiarum libro legitur. (b) Eadem prorſus referuntur in libro ſententiarum Primyslai Ottocari, niſi quod illic rectius legatur: *falangas* & *falangis extractis*. Erant autem *falangæ* ſeu *phalangæ* fuſtes

gnantes aggressi fuerint, adhuc componere nolentes, Judici in tribus marcis respondebunt. Pro homicidio antequam duellum indictum fuerit, Judici cedet marca, si autem indictum fuerit, Judex duas marcas habebit, si circulum ingressi ad sedes venerint componentes adhuc Judici cedent tres marce, si ad *flangas* venerint, & adhuc composicionem admittant, quatuor marcas habebit. Si *flangis* extractis pugnando congressi fuerint, composicionem adhuc admittentes, Judici cedent quinque marce.

De forma indicendi Duellum.

Postquam vulnus aut homicidium a Juratis racionabiliter accusatum fuerit, duellum sic est indicendum. Causidicus Actoris sic dicat: *Conqueror Deo, & Domino Regi, & vobis Domine Judex & iuratis ciuibus uniuersis tam pauperibus, quam diuitibus omnibus, qui pace & gracia uti desiderant, quod talis & talis ad locum profiteri voluerit, a vobis iudicium super eo requirit. Sed si negauerit ipsum profiteri, compellet cum suo corpore contra corpus eius cum suo propugnatore contra suum, cum omnibus attinenciis, que de Jure ad duellum pertinent, ipsum profiteri compellet, hodie die & iudicio secundum quod Jurati dictauerint, & Consules consenserint, & requirit a vobis Domine Judex iusticiam suam sibi fieri, si duello ipsum taliter salutauerit, quod duello sibi respondere teneatur.* (*a*)

De eo quod dicitur lemde. (*b*)

Quicunque alteri aliquod membrum mobile deciderit, (*c*) vel amputaue-

fustes sive perticæ cuspidatæ, quæ decussatim in terram defigebantur ad arcendos a circulo spectatores, *super quas* seu *ad quas* cum jam ventum erat Judici tres marcæ pendendæ erant, postquam vero aliquæ jam harum perticarum parte utraque extractæ fuere, scilicet ut duellantes in circulum admitterentur, duellumque cœptum est, tum solus reus, seu qui inferior in duello evasit, has tres marcas præstitit. (*a*) Prorsus singulare in Jure nostro MS. feudali Caroli IV. imperio scripto legitur, etiam mulieres nobiles ad duellum admissas fuisse, libet integram constitutionem hujus Juris apponere: *Si vidua aliquem parem in genere sibi pro capite mariti sui, vel alterius amici citaverit, duellare tenetur cum citato taliter: Si vir idem citatus fuerit, tunc idem vir in fovea usque ad cingulum cum gladio & clypeo magno locari debet, & in eadem fovea ambiens se debet defensare, actrice ipsa cum gladio eciam & clypeo consimili contra eum dimicante, ea de circulo ad hoc ei deputato nullatenus exeunte. Si autem domicella XVIII. annorum senex, que renunciavit marito, pro capite aliquem citaverit, eodem jure potiri debet, sicut vidua prescripta.* Idem jus conceditur civi adversus rusticum, ita enim ibidem: *Si civis rusticum pro capite citaverit, duellare debent simul, quia in eodem ordine sunt constituti, & quia juxta antiqua jura cum baculis & clypeis parvis, quos hastiferi deferunt, duellabant. Nunc autem duellare debent cum gladiis & magnis clypeis, sicut superius est permissum.* (*b*) Vox prisca germanica, hodie Lähmung. (*c*) Id est abscecueris.

tauerit, vel eiecerit, videlicet oculum, nasum, linguam, manum, pedem, vel aliquod membrum occultum, & incusatus fuerit, metquartus cum viris ydoneis se in cruce expurgabit. Si autem iurando defecerit, pene XIIII. marcarum subiacebit, quarum decem cedent leso, Juratis I. marca, Judici tres. Et si quis alteri aliquod membrum inhabile fecerit, quod *lemde* dicitur, gladio vel cultello, vel fuste, vel lapide, vel aliquo alio instrumento, & si se expurgare voluerit mettercius, iurabit; & si pro *Volleist* incusatus fuerit, in cruce se solus expurgabit.

De Blutrunst. (*a*)

Si quis super alium vulnus quod dicitur *Blutrunst* in iudicio obtinuerit, leso in dimidia marca respondebit, Judici & iuratis in media marca.

De eo quod dicitur Uolleist. (*b*)

Si quis pro *Uolleist* alicuius interfecti accusatus fuerit, solus in cruce se poterit excusare, & si ceciderit, conquerenti marcam dabit, Judici & Juratis I. marcam. Si quis vulneratus, vel alio modo lesus fuerit, & intra triduum neminem nec vulnere, nec per *Uolleist* accusauerit, postmodum pro tali facto neminem poterit incusare. Si quis alium presumptuose, vel arroganter inuaserit, leserit, vel vulnerauerit, vel alio modo male tractauerit, & si inuasus se & sua defendens, inuasorem interficiens in domo, vel extra, veritatem inuasionis & defensionis approbabit; De omni vulnere vel lesione de quibuscunque iurati super fidem suam dixerint, quod *lemde* vocatur, ratum habeatur. Si autem percussor se excusare voluerit, mettercius se in cruce poterit expurgare.

Sequitur de pace seruanda.

Si quis pacem sibi a Judice indictam indirectis operibus, sicut vulnere,

(*a*) Id est de vulnere, e quo sanguis manat. *Runs* & *Runst* antiqua vox germanica fluxum, defluxum aquarum, & alveum fluviorum significabat. Ita Psalterium vetus passim *Wasserabrunst.* In sententiis Primyslai Ottocari de *Blutrunst* hæc germanico idiomate apposita sunt: *Item umb ein Plutrunst gefellet dem Selbscholden ein halbe Mark, dem Richter XVI. gros, und den Scheppen acht gros.* Ceterum Blutrunst pro eo vulnere acceptum, quod minime lethale erat ad distinctionem alterius, quod *Kampwunden* appellabatur. (*b*) Id est *auxilio.* Ludewig. *T. III.* script. Brunsu. p. 6. In libro crebrius memorato sententiarum Przemyslai Ottocari de *Volleist* hæc memorantur: *Si accusatus pro opera homicidii (quod vulgariter Volleist dicitur) tempore ejusdem homicidii plano vulnere leniter vulneratus fuerit, prius respondebit pro Volleist, quam agat pro vulnere. Si autem membro mutilatus, vel graviter vulneratus fuerit, tunc prius admittitur racionabiliter ad agendum.*

nere, aut verberibus, proteſtantibus probis viris, vel uno iurato (*a*) capitalem ſentenciam ſubibit, ſi hanc preſumpſit violare. Si verbis eandem violauerit inhoneſtis, pecunia punietur, videlicet Judici LX. ſolidos, & cuilibet iurato XXX. ſolidos dabit, qui ſint breues; eidem pene ſubiacebit, quicunque conciuem ſuum verbis offenderit vituperoſis, leſo autem ſatisfaciat duplici pena ſolidorum, quos Judici perſoluat.

De pace forenſi. (*b*)

Quicunque pacem in die forenſi verberibus aut vulnere infregerit, victus tribus teſtibus manu priuetur, vel eam redimet cum decem marcis. Et ſi quis eadem die gladium euaginauerit, ad malum alterius, ſed tamen non ledat, victus tribus teſtibus, pene unius marce ſubiacebit, Judici I. marcam, iuratis in media marca. Si autem unus iuratorum viderit, conuincetur, & graciam eius, quem ledere voluerit, inueniet, ſicut poteſt. Item gladium ſuum ſi coram iuratis, vel aliquo iuratorum euaginauerit, ſoluet I. marcam, Judici cedent due partes, iuratis tercia pars. Si quis cum interdicto preacuto gladio detentus fuerit, in marca punietur, & gladius Judici remanebit. Si vero tres gladii, duo cedent Judici, tercius Juratis. Si autem communis gladius poſt interdictum aput aliquem detentus fuerit, hic in fertone reſpondebit. Si preacutus cultellus (*c*) fuerit, in medio fertone reſpondebit. Si aliquis pauper aliquem vulnerauerit, aut leſerit, cui ſatisfacere non poterit, ſex ſeptimanis in trunco (*d*) punietur. (*e*)

De auevanck peccorum.

Si quis alteri bouem vel vaccam, aut thaurum magnum impecierit iure, quod dicitur auevanck Judici dabit XII. denarios. Item pro quolibet paruo animali quatuor. Item ſi quis aliquod animal paruum ſiue magnum mactauerit furtim, & deprehenſus datorem ſuum oſtendere nequiuerit, mettercius ſe expurgabit in cruce, & ſi ceciderit, pro qualitate culpe Judicio puniatur.

De carnibus in die fori.

Quicunque carnes ad forum duxerit, aut portauerit, eiusdem carnis cutem ſecum recipiat, quod ſi non fecerit, Judici in XII. denariis reſpondebit. De

(*a*) Supple violaverit. (*b*) Id eſt nundinarum diebus. (*c*) Gladii ſpecies, quo etiam milites utebantur: *Habebant cultellos longos, graciles, triacuminez, quolibet acumine indifferenter ſecantes a cuſpide uſque ad manubium, quibus utebantur pro gladiis.* Rigordus ad annum 1214. (*d*) Stipes ad quem alligantur rei. (*e*) Eadem conſtitutio in libro ſententiarum Primyslai Ottocari refertur.

De manipulis.

Si quis manipulos cuiuscunque ſegetis de agris alienis violenter acceperit, aut furtim, ſi deprehenſus fuerit, agrorum Domino in fertone reſpondebit. Si vero nocturno tempore in facto ſimili deprehenſus fuerit, pro fure condempnetur. Item ſi alicuius pecora in agro, & in fructibus, & ſegetibus alterius deprehenſa fuerint, quot pedes pecorum, in tot denariis Domino ſegetum reſpondebit. In prato vero alterius, ſi quis deprehenſus fuerit nocte vel die cum pondere graminum, ad iudicium ducatur, & ſtatim de ciuitate pellatur, infra annum non reuerſurus. Et ſi cum pondere graminum in equo ducto raptus fuerit, Judici in lotone (*a*) reſpondebit, leſo in medio fertone. (*b*) Item ſi quis tempore nocturno in ciuitate, vel extra ciuitatem vagabundus inuentus fuerit, Judici preſentetur, & ſi iuſtam cauſam non habuerit, conſilio iuratorum puniatur.

De Jure ſiluarum.

In ſiluis alterius ſi quis violenter aut furtim ſecuerit, raptus & iudicio conuictus, ſuper quemlibet truncum magnum arborum actori LXXII. denarios (*c*) ponet, & Judici in ſexaginta denariorum reſpondebit. Si vero rubus vel virgas in curru adducere voluerit, raptor detentus equos aut boues currum trahentes pro medio fertone redimat, aut qualiter aput actorem poterit graciam inuenire.

De Jure thelonei.

Quicunque thelonceariorum iniuſtum acceperit teloneum, duobus viris honeſtis conuictus LX. ſolidos Judici & cuilibet Jurato XXX. ſoluet, & pecuniam contra Jus acceptam vero reſtituet poſſeſſori. Secunda vice conuictus Judici & Juratis X. talenta (*d*) ſoluet, & illi perſonaliter ducet (*e*) pecuniam, cui accepit, ubicunque terrarum terminis commoretur. Tercio vero conuictus ſe & ſua redimet, ſecundum quod graciam a Judice & Juratis inuenier, & ab eo quem contra Jus condempnauit.

De

(*a*) Marca 16. lothones, 8. uncias comprehendebat, uti hodie. (*b*) Hic articulus fere verbis reſpondet titulo : *De tinendis ſegetum furtim receptarum* in libro ſententiarum Primyslai Ottocari. Ceterum fertonem his verbis explicat Wenceslaus II. in ſuo Jure Montano L. 2. c. 2 *Duodecim denarii groſſorum, qui valent unum fertonem uſualis argenti*, quæ quidem diviſio in denarios groſſos poſterior eſt Jure Iglavienſi. (*c*) In libro ſententiarum Primyslai Ottocari adjicitur *parvos*. (*d*) Talenti & marcæ idem fuit valor pondusque. (*e*) Idiotiſmus germanicus: abführen.

De Tributario. (*a*)

Quilibet homo ſine Judice & Juratis in ſua hereditate pignora recipiet. (*b*) Si autem tributarius vadium (*c*) redimere voluerit, Judici, & uni Juratorum ſignificet, ſe pro tali cenſu tale vadium recepiſſe, & extunc libere vendat, vel ad uſus ſuos conuertat. Et hec ea de cauſa, ut ſi poſt elapſum temporis tributarius pro maiori pignore aut valore Dominum impetere voluerit, per Judicem & Juratos cauſam ſuam annichillare poſſit. Item ſi tributarius tres cenſus dare neglexerit, de hereditate ſua Dominus ſe libere intromittat. Si vero legitima e terra neceſſitas ipſum fugauerit, Dominus ſecundum graciam, & anime neceſſitatem, & proborum virorum conſilium cum tributario complanabitur.

De Judeis.

Nullus Judeus vel Judeorum in Paraſceue quidquam communionis cum Criſtianis habere tenetur tota die. (*d*) Et ſi aliquis Judeorum cum Criſtiana muliere adulteratus fuerit, raptus & duobus viris convictus, ambo vivi ſepeliantur. Simile fiat, ſi Criſtianus cum Judea commiſceatur, & raptus conuincatur uno Criſtiano, & duobus Judeis.

De falſis Denariis.

Si aliquis virorum vel mulierum cum falſis denariis deprehendatur, & coram Judice & Juratis profiteatur, alium ſibi dediſſe denarios, & ſi ille ſuper quem fatetur, profugus factus fuerit, culpabilem ſe reddit, & hic vel hec abſoluitur Jure ciuitatis. (*e*)

Statuta & ſentencie communes.

Item volumus, qui Judiciaria frui deſiderat dignitate in Ciuitate *Iglauienſi*, quod ſit ciuis Ciuitatis habens hereditates, & hoc ideo, ut profectum ciuitatis eo melius proſequatur, & prope unum annum vel duos non corrodat Ciues & pauperes ciuitatis. Item nullus homo communis (*f*) ali-

(*a*) Id eſt homine ad annuos cenſus præſtandos obſtricto, qui poſſeſſiones ſuas in hypothecam creditori dedit. Primyslaus Ottocarus *hominem cenſualem ſive Emphyteutum* vocat. (*b*) Id eſt hæreditatem ſuam oppignorare poteſt. (*c*) Hypothecam. (*d*) Id eſt prohibetur, ne quid communionis habeat. Ceterum tota hæc conſtitutio reperitur in ſæpe memorato libro ſententiarum Primyslai Ottocari, in quo præterea ſaluberrima decreta ſub diverſis titulis adverſus eos adferuntur. In veſtitu ut a Chriſtianis diſtinguantur, præcipitur: *In capitibus ſuis pilea lata, ut antiquitus conſueverunt, & non capucia deferant. Mulieres vero ſub peplo vel alio velamine capitis orarium* (ſudarium) *vel velaturam eminentem ſuper frontem ponant.* (*e*) Id eſt municipio excluditur. (*f*) Id eſt infamis, uti ante mulier communis.

quem accuſare poteſt, niſi tunc a Judice & a Juratis eligantur duo vel tres, vel quatuor in aliquo vico ciuitatis, quorum fidei committatur, ut quelibet ciuitatis nociua compeſcant, illi quoslibet exceſſus excuſare poſſunt. Sed eorum poteſtas accuſandi, niſi ſex durabit ebdomadis, & hoc ideo, ne loco vicorum tales teneantur. Sex autem ebdomadis finitis tales Judici & Juratis ſuum reſignabunt officium. Et ſi neceſſe fuerit, alii, vel iterum illi, priſtino officio inſtaurentur. Et ſi in officio ſuo ab aliquo iudicentur, vel redarguti fuerint, qualemcunque penam dicti electi ſtatuerint, hanc ab eis accuſatus paciatur. (*a*)

De die Judicii peremptorii.

Cuicunque dies peremptoria pro aliqua cauſa fuerit aſſignata coram iudicio comparendi, ſi non comparuerit, teſtante Judice, & Juratis, aduerſarius eius ius ſuum obtinebit. Si autem abſenciam ſuam legitima neceſſitate prepeditam probare voluerit, tali modo procedet. Si fuerit reſidens infra terminos terre, in primo ſuo aduentu Judicem & Juratos adeat, cauſam ſue abſencie ipſis lucidius declarando. Cui Judex proximam diem iudicii ſtatuat, & ſuo aduerſario, in quo iudicio tamen (*b*) ſue abſencie per euidens (*c*) teſtimonium tenetur comprobare. Si vero teſtimonium, quo procedere nititur, propter vias remotas illo die habere non poterit; iterum ad diem proximam iudicii induciabuntur, (*d*) & ibi finaliter cauſam ſuam ſue abſencie tenetur comprobare. Si autem reſidens fuerit extra terre terminos, infra ſex ſeptimanas proteſtabitur legittimam cauſam ſue abſencie, vel ius ſuum perdet, omni dubio procul moto. Hec autem ſunt cauſe, quibus neceſſitas legittima probari poteſt. *Primo*, Princeps terre vel eius (*e*) Camerarius potens. *Secundo:* Ignis vel diluuium. *Tercio:* Generalis gwerra terrarum. *Quarto:* Captiuitas vel ſpolium infra viam procedendi factum. *Quinto:* Infirmitas non ficta. *Sexto:* Mors uxoris legitime, vel Patris. Preter hec dicta quicquid iurati ciuitatis *Iglauie* pro commodo & profectu Ciuitatis inuenerint, & prolatum in iudicio vel colloquio confirmatum fuerit, ratum ab omnibus teneatur.

Se-

(*a*) Hæc tota conſtitutio titulo *de homine communi* iisdem prorſus verbis expreſſa reperitur in libro MS. ſententiarum Primyslai Ottocari. (*b*) In libro ſententiarum Primyslai Ottocari, in quem hæc conſtitutio ad verbum inſerta eſt, habetur rectius loco *tamen* vox *cauſam*. (*c*) Ibidem *prevideus*. (*d*) Ibidem *induciabitur* (*e*) Ibidem; *& poteſtas ejus Camerarius*.

Sequuntur Statuta Montana.

De Urbura & Urburariis.

Statuimus, ut quidquid Urburarii (*a*) de conſilio Juratorum (*b*) *Iglauie* in montibus vel ſtollonibus (*c*) aliquibus conceſſerint, vel contulerint, ſub ſigillo eorum, & urburariorum ratum habeatur absque ulla queſtione. Et ubicunque mons vel ſtollo inuentus fuerit, vel elaboratus, de iure habe-

(*a*) Id eſt Præfecti redituum e fodinis; in regio Jure montano Deuceri vocatur *Urburarius*, der Zehender oder Bergwerksfaktor, Urburer. Wenceslaus II. Rex Bohemiæ in Jure ſuo Montano MS. (quod tam latinum quam germanicum a quodam Gelhuſen Caroli IV. Notario ſeu potius Regiſtratore translatum in pluteis Collectionum mearum ſervo) c. 2 *Urburariorum* primum omnium in re montana munus decernit, de quorum etymologia ita loquitur L. 1. c. 3. *Urburarii dicuntur ab urbura, quam ipſis tota fide commiſimus gubernandam, ut univerſum populum montanum nobis acceptabilem reddant atque gratum . . . ab omni injuria conſervent, a quibuslibet noxiis defendendo, diſcordiasque ſedent inter ſuos ſubditos, ubique concordiam reformando &c.* Officium vero & jurisdictionem illorum c. 4. & 5. exprimit, quæ ſtrictim exponemus: 1. Ut vigilanter proſpiciant omnibus utilitatibus, & circumſtantiis montium, utilitatem vero regiam *præcipue tanquam pupillam oculi ſumma providentia cuſtodiant.* 2. Ut poteſtatem habeant Magiſtris montium juramenta ſtatuendi, eosque negligentes, uti & colonos eodem vitio laborantes removendi. 3. Cum Juratis montium circa victualia plene integreque diſponendi. 4. Ut coram Camerario Regio & Juratis montium præſtent juramentum, quod Regias *Leges, Statuta & Conſtitutiones* manutenere & defendere velint. 5. Eorum jurisdictionem tantum ſpectare ad judicium montanum, minime forenſe. 6. Ut judicio montano non præſideant, niſi ſaltem duos Juratos ad manus habuerint. 7. Ut ſint a violentia, cupiditate, iracundia & vindicta remoti. 8. *Ut litigantibus æquitatem in omnibus ſuis proceſſibus* impendant. 9. Ne violentiam inferant colonis, eosque emungant. 10. Tales Judices & Officiales ſibi deligant, quorum fides & induſtria probata ſit, quique *hominibus non ſint onerosi.* Ceterum, quod ad ipſam vocem *Urburam* attinet, explicat eam L. 2. c. 2. & 3. quod ſit in quovis metallico monte *pars octava* ſpectans ad Principem terræ. (*b*) De Juratorum etymologia & officio agit idem Wenceslaus Rex L. 1. c. 6. *Dicuntur*, inquit, *Jurati a juramento, quod nobis preſtant pro omni fidelitate & juſtitia facienda.* De officio vero illorum ait 1. *ut juſtiores & meliores ex omni populo* deligantur. 2. Removeri non poſſint niſi per Regem & Camerarium illius. 3. In ordinem Juratorum nequaquam admittantur conſanguinei. 4. Sint unanimes. 5. Infames perpetuo excludantur. 6. In ſententiis ferendis ſint æqui, cauſas non protelent, neque tamen præcipitent. 7. In arduis & majoribus negotiis Juratos & Seniores civitatum conſulant, aſſumantque. 8. Omnia ſecundum leges & jura, nihil ex proprio arbitrio decidant. 9. Ab eorum ſententia non conceditur appellatio niſi ad Regem vel ejus Camerarium. 10. Sententias ſuſpenſas celeriter expediant. 11. Pauperes adverſus potentium inſultus defendant. 12. De juſto pretio victualium, juſtaque menſura ſolliciti ſint. 13. Curam gerant ædificiorum & viarum publicarum. 14. Culpas & mulctas exceſſibus debitas non facile relaxent. (*c*) Cuniculis metallicis, a germanica voce Stolle.

bit in eo, quod dicitur *bangendez* vulgariter, quartum medium laneum, (*a*) & in eo, quod dicitur, *ligendez*, unum laneum altitudo & profundum in equali ſtatura. (*b*) Si quis autem nouum montem inuenerit, menſurentur ſeptem lanei, ex utraque partibus burgenſibus (*c*) unus, inuentores vero montis dent menſuratoribus ſeptem ſolidos breues. Hanc tamen menſuram in hys premiſſis condicionibus quilibet nouus mons obtinebit. Si montis inuentor meatum ſuum (*d*) a conceſſore iure debito ſuſceperit, licet alii circa ipſum metallum inuenerint, vel habeant, tamen primus meatûs ſuſceptor ius ſuum obtinebit in eo videlicet, quod meatus eius a Juratis primo ſecabitur. Sed ſi meatus eius menſura dignus non fuerit, extunc ſecundo meatum ſuſceptori, vel tercio in eodem laborantibus eodem iure, quo primo ſecabitur meatus. Et quicunque illorum plures foueas in fundo factas contiguatas habuerit, ſi laborantes contra ipſum carere (*e*) noluerint, iurati, & ille, qui eſt loco urburariorum ipſum compellent iuramento in medio inſtrumenti, quod dicitur *Ruenboum* (*f*) preſtito obtinere, quod illum meatum ex tali fouea ſuſceperint. Et per hoc obtinebit, quod Jurati ſeccent meatum ſuum. Et ſi Jurati ſuper fidem acceperint, quod in profunditate & in ſtollone tale metallum viderint, vel relinguerint, quod ſit menſura dignum, & examinatum, ſuper omnes expenſas caſe det ad minus una calefaccio (*g*) unum fertonem, extunc menſuram, ſicut ante dictum eſt, debitam obtinebit. Item quilibet mons menſuratus ſeptem areas (*h*) obtinebit de iure. Item quilibet mons in ſeptem laneis ad minus tres foueas (*i*) in quolibet laneo tres, in qualibet conceſſione unam aciem (*k*) pro iure ſuo

(*a*) Idem quod germanis *Manſus*, certa agri portio, quæ 12. jugeribus terræ conſtitit. Charta Friderici epiſcopi Hamaburgenſis, ubi etiam Slavi coluere, ait: *in longitudine ſeptingentas & viginti, in latitudine vero triginta habet regales virgas.* Clariſſime Wenceslaus II. L. 2. c. 2. *Laneus ſeptem menſuras, qui vulgariter dicuntur Lachter, in ſe continet.* (*b*) Id eſt: *profunditate*, Wenceslaus II. lingua montana *Zol* vocat. (*c*) Du-Freſnius *Burgenſes* per municipes explicat, qui diverſi fuere ab hoſpitibus, quibus ſcilicet prædia, fundique ſub certo annuo cenſu conceſſi, quique certa perſoluta pecunia ſeſe in libertatem vindicare ſoliti. (*d*) Id eſt cuniculum metallicum. (*e*) Id eſt a jure ſuo recedere. (*f*) Wenceslaus II. in Jure ſuo Montano L. 2. c. 1. dicit: *Vertibulum, quod vulgariter Rumbaum dicitur.* Eſt ergo trochlea, qua æs, ſaxaque ex fodinis extrahuntur. (*g*) Liquatio æris, Schmelzung. Clarius hæc c. l. Wenceslaus II. c. 2. *Quodque metallum ibidem per eos ſectum, & in gaza, id eſt in conflatoriis examinatum, det ad minus ultra expenſam gaze unum fertonem fulminati argenti.* (*h*) Chartularium Capituli Ambian. ait: *Areæ non excedere debent menſuram viginti quinque virgarum.* In Traditionibus Fuldenſibus L. 1. Tract. 81. dicitur: *Unam arcam habentem in longitudine virgas viginti quatuor.* (*i*) Fovea veroſimillime hic deſcenſum ad fodinas Einfahrt ſignificat. (*k*) *Acies* dicebatur linea illa ſeu paries in cuniculis metallicis, de quo argentum ſeu aurum ſecari ſolitum.

ſuo requirit, nec ulterius compellatur. Et hec iura ſeruentur in nouis montibus, in ſtollonibus non hereditariis. Item quicunque laborauerit unius ſtollonis non hereditarii, & metallum inuenerit, menſurentur ei de ipſo loco inuencionis metalli ſeptem lanei ad ius aliorum moncium. Si vero ex conſenſu & ſcitu porrectoris (*a*) meatum & moncium aliquis laborare inceperit, in eo, quod dicitur ſtollo, & metallum inuenerit, ab illo loco nemo ipſum per quartum dimidium laneum ante eum, & poſt eum impedire poteſt.

De ſtollonibus hereditariis. (*b*)

Item mons vel ſtollo, qui menſuratus fuerit, & poſtea deſerti fuerint, ſex diebus Dominicis proclamari debent, (*c*) ut & hys, qui laborant in eis. Si vero ſeptimo die Dominico transacto non inuenti fuerint laborantes, & extunc urburarii aſſumptis Juratis proclamantes montes aſcendant. Et ſi ipſos deſertos inuenerint, Urburarii montes porrigere poſſunt, cui velint, absque omni impedimento.

Modus obtinendi ſtollonem. (*d*)

Tali autem modo ſtollo hereditarius ius ſuum obtinebit; ſi cultor ſtollonis aque ductum, quod vulgo dicitur *Waſſerſeige*, ſui ſtollonis, racionabiliter elaboret, & foueas lucis debito modo purgauerit, (*e*) & infra anni ſpacium ad quantitatem unius menſure, quod *Clafter* dicitur, in capite ſtollonis ſui laborauerit, & hoc demonſtrare teſtibus poterit. Extunc ſtollonem ſuum omni iure obtinebit. Item ſi quis mons alium montem per aquam

(*a*) Fortaſſis qui ſumptus in operas metallicas porrigit & ſuppeditat, ex Wenceslai II. Jure Montano fas eſſet conjicere *menſuratorem* appellatum fuiſſe *Porrectorem.* (*b*) Wenceslaus II. L. 2. c. 4. ait: *Stollo hereditarius eſt aque ductus ſubterraneus ad montana vetera exſiccandum propter metallum ibi ſubmerſum. Dicitur autem hereditarius, quaſi perpetuus propter diuturnitatem, ad diſtinccionem aliorum ſimplicium montanorum, que ſunt quaſi momentanea illius reſpectu. Sed quoad hereditariam ſucceſſionem omnia montana ſunt hereditaria, quia tranſeunt ad heredes.* (*c*) Has proclamationes in eccleſiis fieri ſolitas memorat idem Wenceslaus L. 2. c. 4. ita enim ille: *Nec eis proderit, quod illa proclamacio non eſt facta in eccleſia de argentifodio deſolato iterum excolendo. Nam infra eundem annum hec eſt denunciacio facienda.* (*d*) Wenceslaus II. L. 2. c. 4. ait: *Dicitur ſtollo linea illa, ſive acies, de qua ſectores in argenti fodinis ſecant metallum, ſecundum quod ſe extendit meatus linealiter procedendo.* Dicit porro nomen ſtollonis non mereri, niſi ex eo aqua *educatur*, & *ventus* (aer ad ſufficiens foſſorum reſpirium) *inferatur.* (*e*) In Wenceslai II. Jure montano L. 2. c. 2. hæc ita exprimuntur: *Stollonarii decenter elevent aque ductum purgando ejus canalia diligenter, ne aliquo aqua profluens obſtaculo retardetur, ad omnem etiam utilitatem debitam feneſtris luminaribus expeditis.* In re montana hæ feneſtræ lucis ſeu luminares vocantur *Lichtlöcher.*

aquam impediuerit, Judici & Magiſtro montis (*a*) tribus diebus prenunciet, quibus finitis, ſi non habuerit interceptum mons impediens, impedito monte approbetur iuſticia requirente. (*b*) Item ſi quis in ſtollone de conſenſu Judicis ciuium & magiſtri montis, ſiue porrectoris meatum laborauerit, & ad menſuratum montem ſiue ad laneum ciuium peruenerit, & ibidem laborantes inuenerit, ſine conſenſu eorum non tranſibit. Si autem conſenſerint ad menſuram unius *lacbter* (*c*) tranſeat ſaluo tamen iure ſuo, videlicet quantum ipſe in laneo ciuium cum ſtollone ſuo ſuper ſe ſecuerit, & quantum eo lucri habuerit, abſolute tenebit. Item ſi prius in predicto laneo fuerit laboratum, in medio eciam lanei ſuper profundius ſedebit, & quidquid lucri ferro mediocri ſubtus ſe contrahere poterit, ad uſus ſuos cedet. Item burgenſes (*d*) poſtmodum ſtollonem ſuum, ſi neceſſarium habue-

(*a*) Magiſter montium in Jure Montano Wenceslai II. quartum locum inter *Principales perſonas* obtinet, de quo agitur L. 1. c. 8. *Magiſtri montium*, inquit, *dicuntur eo, quod ſuper omnes Officiales & laboratores in montibus ſibi commiſſis curam gerunt & Magiſterium principale*. 1. Eligatur ex colonis ejusdem montis vir *fidelis, expertus & ydoneus*, qui ad minus XXXII. partem in eodem monte habeat. 2. Ei urburarius juramentum præſcribat. 3. Saltem ſemel qualibet ſeptimana perſonaliter intret foveas. 4. Deſes & remiſſus illico removeatur, etiamſi coloni eidem non adverſarentur. 5. Sine colonorum licentia ſpeciali ne ſibi appropriet aliquas conceſſiones, aut fines. 6. Non retineat aliquam partem excolendam colonorum ſumptibus, qui ſecus fecerit, ab officio removeatur. 7. Omnes conceſſiones cum proprietate & termino ſub teſtimonio Juratorum conſcribat. 8. Laborantibus precium debitum & debito tempore perſolvat. 9. Remunerationes fieri ſolitas, ne porro per metallum faciat, a quo tamen excipiuntur *refectores bulgarum, diviſores & ſeparatores*. 10. Pauperibus laboratoribus tale precium ſtatuat, ut valeant ſuſtentari. 11. Inſtrumentis ad fodinarum culturam neceſſariis diligenter invigilet. 12, Ad ipſius judicium ſpectant: levis injuria, cognitio conceſſionum. 13. Illi partes montium alienatæ reſignentur, ut novum poſſeſſorem inveſtire poſſit. 14. Stipendium hebdomadale ei *ſeptem denariorum groſſorum* aſſignatur, item in ſolemnibus feſtivitatibus juxta lucrum (Ausbeut) argenti fodinarum *competentia*, quæ tamen minime in metallo, ſed denariis danda. 15. Non gerat plura officia, nec plures, quam unum Magiſtratum. Ceterum idem Wenceslaus poſt quatuor præcipua montana officia proximum locum c. 2. *Scriptoribus urburæ*, tum inter mediocria numerat: *Scanſores, menſores, carpentarios & cuſtodes, qui ob hoc etiam Jurati dicuntur, ut utilia faciant, & inutilia prætermittant*. (*b*) Hanc conſtitutionem abrogavit idem Wenceslaus L. 2. c. 2. *Illa autem*, inquit, *ſuperfluitas in medio illorum duorum montium (non obſtante Iglavienſi conſtitutione) in hac parte ad noſtram urburam dignoſcitur pertinere, inventoribus vero juxta ſuam argentifodinam menſura media relinquatur, in qua ſtare poſſint duo homines ordinati in cornu vertibili* (Rundbaum) *laborantes*. (*c*) Idem quod ante *Klafter*, id eſt orgyia. In re montana orgyia tribus ulnis & mediæ æquipollet, dividiturque in 80. pollices Zoll. (*d*) Ex libro ſententiarum Primyslai Ottocari conjicitur per *Burgenſes* rectius fortaſſis intelligi

habuerit, vel alii quicunque quartam partem elaborantes obtinebunt. Item ubicunque mons menſurandus fuerit impediente laneo ciuium, quod ad minus quartum laneum obtinere poterit, predicta menſura noui montis lanei ciuium ſumat inicium. Et ſic menſuram debitam obtinebit ſeptem laneorum; Poſtea Domino Regi duo, Juratis duo menſurentur. Si autem infra duos montes menſuratos nouus mons inueniatur, ut debitam menſuram obtinere poſſit, ſcilicet omnium laneorum, tunc menſuretur. Et ſi habita menſura aliquid ſuperfuerit ſcilicet duobus laneis ciuium, qui dicitur *Uberſchar* (*a*) ad uſus cedat ciuium. Item ſi quis, ut dictum eſt ſupra de conſenſu Judicis (*b*) & Juratorum, & porrectoris moncium ſtollonem iniciauerit, & alter ſuperueniens ante ipſum extra debitam menſuram quarti dimidii lanei per alium ſtollonem, vel per quamcunque foueam prior metallum inuenerit, datis teſtibus & examinatis cauſis menſuram ſeptem laneorum prior obtinebit.

De menſura angulari.

Si circa aliquem montem vel ſtollonem in ea parte, qui dicitur *Hangender* (*c*) metallum inuentum fuerit, de quo ſit dubium, utrum infra menſuram ſeptem laneorum vel extra fuerit, & inter utroſque cultores ſuboriatur concertacio de illo metallo obtinendo: Eligi debent tres honeſti viri, qui nec hys, nec illis incommunicent, (*d*) & quartus ex parte urburariorum, & hi quatuor in ceſpite (*e*) ſuperius menſuram angularem deferant, & iuſte diſcernant, ſi litem ſubortam diſcutere poſſint, quod ſi fieri non poterit, oportebit, quod circa profundius illi duo meatus contingentur per an-

ligi *Fidejuſſores*, nam fidejuſſionis jus *Burgrecht* appellat, quare etiam Gloſſaria medii ævi Germanica *Burgen*, per *cavere* explicant, etymologia deducta a *Bürgen*, *Bergen*, unde hodie fidejuſſio Bürgſchaft appellatur. (*a*) Hodie Ueberreſt reſiduum. (*b*) Judici Wenceslaus II. inter munera montana tertium locum concedit, de cujus officio & jurisdictione agit L. 1. c. 7. *Judex*, inquit, *dicitur*, *ut ait*, *Yſidorus*, *quaſi jus dicens populo*, *ſive quod jure diſceptat*, qui 1. non ferat ſententias niſi ſecundum leges. 2. Cauſas probe *diſcutiat*, *rimetur*, *quousque rei veritas apertius declaretur*. 3. Pronunciet ſecundum allegata & probata. 4. Æqualem ſe præbeat divitibus & pauperibus. 5. Sit maturus, pacificus, conſtans in perficiendis. 6. Omnia in acta ad verbum cum Juratorum teſtimonio per Notarium redigat. 7. Priusquam ad cauſæ cognitionem procedat, plenius ſeſe inſtruat. 8. Quæ de urburariis quoad proceſſum judiciorum dicta ſunt, eadem illi dicta ſunto. 9. Ante ſuſceptum munus non ſecus atque urburarius juramentum deponat. 10. Nunquam præſideat judicio, cum cauſa conſanguineorum ſuorum aut amicorum ventilatur, ſed ſubſtituat aliquem ex juratis minime partium ſtudioſum. (*c*) In re montana dicitur das hangende pars ſeu latus putei tergo impendens in deſcenſu fodinæ. (*d*) Id eſt: qui neutri parti ſeu officio, ſeu amicitia, ſeu ære alieno obnoxii ſint, hodie unpartheyiſch vulgo dicimus. (*e*) Id eſt ſuperficie terræ.

anfractum, & illo anfracto per predictos quatuor electos mensura trahatur angularis, & secundum eorum iudicium illorum cultorum concertacio terminetur; medio autem tempore tam metalli noui inuentores, quam illi pro metallo laborent, (*a*) quod tamen reseruari debet sub custodia, & quibuscunque iure per sepe dictos electos adiudicatum fuerit, illi obtineant lite omni posttergata. (*b*) Item ciuitatis *Iglauie* ius extat, ut quidquid montibus circumquaque contigerit, Judex montis in causis paruis iudicare habet. Si autem quisquam vulneratus fuerit, vel interfectus, Judex montis, gladiis aut cultellis tamen acceptis, alias omnes causas Judici ciuitatis assignabit iudicando; item quidquid Jurati montis iuramentis suis Judici, & Juratis ciuitatis presentauerint, obtinebit efficaciam. Item urburarii in aliquo stollone hereditario sine consensu & scitu cultorum, (*c*) & Magistrorum montis non (*d*) instaurent. &c.

OBSER-

(*a*) Hoc est: utraque pars prosequatur operas suas. (*b*) Posthabita, contempta. (*c*) Qui passim isthic *cultores* vocantur, eos Wenceslaus II. omni loco *colonos* vocat, quorum etymologiam his verbis reddit c. 14. *Coloni a colendo dicuntur eo, quod montes colunt.* Eos vero in tres classes partitur, nempe in *Principales*, qui sibi ab urburariis concessos montes, laneos & stollones excolunt, in *Secundarios*, qui a prioribus laneum aliquem aut stollonem accepere, in *Tertios*, qui a Secundariis laneos, aut stollones obtinuere. (*d*) Id est *ne* aliquid innovent.

OBSERVATIONES PRÆVIÆ
IN
SPECIMEN CODICIS DIPLOMATICI MORAVICI.

Diplomata, instrumenta, literasque publicas animam esse historiæ, valentissimum fulcrum & firmamentum veritatis, criticæ certum in rebus obscuris, dubiisque perfugium, juris tant publici, quam privati, tam sacri, quam civilis, tam proprii quam beneficiarii summum præsidium, unum solumque Chronologiæ Imperantium nusquam fallax testimonium pridem summorum Historicorum concordibus calculis atque sententiis definitum est. Tali, tantoque, atque tam præsente præsidio ne destituerentur Annales nostri Bohemici, ab eo tempore, quo ad scribendam historiam patriam animum appulimus, in id tota contentione cogitatio incubuit, ut diplomatum, instrumentorumque undequaque acervandorum sibi præcipuam curam studiumque præstitueret. Nec pœnituit nos impensæ operæ, cum demum annorum cursu tantam nobis accrevisse videremus multitudinem, quæ facile numerum sexies millesimum æquaret, quæque eo majore habenda essent in pretio, quod non nesciremus omnia seu ex membranis ipsis autographis, seu legitimis codicibus, chartisque veteribus deprompta esse, quæ quidem quantum profuerint ad concinnandos, illustrandosque Annales nostros, jam plura exempla sæculo X. & XI. dedimus.

Utiliorem vero studiis nostris reddituri hanc collectionem, non modo instrumenta hæc in certos titulos dispescuimus, sed & super universis catalogum seu regestum argumentorum chronologico ordine confecimus, ut uno veluti conspectu sciremus, quæ & cujus generis instrumenta singulis annis prodierint, quæve posthac illustrandis locis, temporibus & historiæ patriæ prodesse possint. Hoc ipsum regestum ut plenius absolutiusque redderemus, excussis libris omnibus (quiqui nobis cogniti erant) typis aliquando

in publicum emissis, instrumentorum isthic contentorum compendia extraximus, atque in eundem ordinem chronologicum inseruimus, qua ratione factum ut regestum hoc ad eam molem excreverit, quæ sane prelo subjicienda magni Tomi in folio, ut vocant, capacitatem superatura esset. Ex hoc igitur Regesto prodit præsens specimen chronologicum Codicis Diplomatici Moravici, quod altero tanto auctius, numerosiusque Lectori propinare licuisset, si libuisset eorum seriem usque ad præsens sæculum texere; nam ex sæculo XVI. & XVII. ingens nobis farrago ad manum est ex Towaczoviano Tabulario, & Manuscriptis Bibliothecæ Excellentissimi D. D. Comitis Eugenii de Wrbna supremi Aulæ Cæsareæ Marescalli, ex actis Comitiorum Moravicorum, ex literis Boczkajanis, Gaborianisque ad Moravorum Ordines Proceresque datis, quorum molem, numerumque minime capturæ essent præsentis Tomi angustiæ, quæque necessitatem nobis imposuere eorum censum cum millesimo quingentesimo abrumpendi, residua igitur in Tomum quemcunque posteriorem rejiciendi.

Jam alias crebrius meminimus (quod quidem vel ipse titulus Monumentorum nostrorum innuit) hoc unum nostrum propositum esse, ut his Tomis documenta nonnisi nusquam antehac edita, quæque, quantum quidem nobis compertum, nunquam prelo typographico subjecta sunt, excudantur. Hanc rationem, consiliumque in publicando præsente specimine Codicis Diplomatici Moravici secuti, resecanda omnia illa instrumenta censuimus, quæquæ aliquando quibuscunque demum libris, & quorumcunque opera atque studio in publicum emissa cognovimus. Ne quærat igitur Lector isthic ab ipsis rei diplomaticæ Moravicæ principiis, sæculoque nono alia instrumenta suo toto complexu enarrata, quam nusquam antehac edita. At vero ut etiam ceterorum per libros quam plurimos dispersorum, & nonnunquam sine omni nota Chronologica vulgatorum cognitio aliqua detur Historiæ Moravicæ studiosis, eademque nexu quodam & temporum ordine enarrata compareant, libuit novam normam, nuspiam quidem alibi observatam, amplecti, ut editorum typice excusorum nonnisi argumentum seu compendium in hoc Diplomatario recenseatur, reliqua solum

lum, quæ publicam lucem necdum aspexere, toto suo contextu & latitudine proferantur. Non defuimus autem loco ullo indicare quibus libris, authoribusque, imo quibus sectionibus & paginis impressa inveniantur, ut si instrumentum ipsum legere atque explorare voluerit Lector, quo se convertat, sciat.

Non diffitemur, cum ex pluteis nostris ad compilandum hoc specimen Codicis Diplomatici Moravici transumta deligere occepimus, sese statim principio tantam vim, tantumque numerum insinuasse, ut merito hæserimus, num spatium præsentis Tomi IV. suffecturum sit instrumentis ad annum millesimum quadringentesimum usque recensendis. At vero accuratiore inquisitione atque collatione instituta deprehensum a nobis est plurima instrumenta, præsertim ex vasto illo Codice Diplomatico Nostizianæ Bibliothecæ exscripta, a Bohuslao Balbino jam typis edita esse, ut merito suspicemur Balbinum Codicis istius Nostiziani aliquod exemplar ad manus habuisse. Quod nos ad ea omnia rescindenda, & nonnisi argumentum illorum recensendum compulit, qua ratione factum ut omnino suppeteret spatium ad annum usque quingentesimum specimen istud Codicis Diplomatici perducendi. Licuisset quidem ex eodem Codice Nostiziano Instrumenta a Balbino vulgata in quibusdam emendare, in quibusdam variantes lectiones notare, sed non multam nos utilitatem, & fortassis plane tædium Lectori allaturos metuimus cum non parvo temporis dispendio chartæque jactura, cujus spatia fructuosius instrumentis nunquam editis expleri potuerunt, instrumentis, inquam, ejusmodi, quæ hucusque secretissimis archivorum repagulis clausa delituerunt, & quorum prolatione Historia Moraviæ permagna captura est subsidia.

Nemini rerum Moravicarum perito incognitum est: Przemyslaum Ottocarum II. Regem Bohemiæ sæculo medio XIII. Oppaviensem Provinciam Moraviæ in Ducatum erexisse, primumque illius Ducem constitutum Nicolaum filium naturalem ejusdem Ottocari, ea quidem lege ut Ducatus hic nobile perpetuum feudum Moraviæ perstaret, quo nomine & titulo census, habitusque est ab omnibus successoribus Bohemiæ Regibus, Moraviæque Marchionibus. Non immerito igitur diplomata ad hunc Ducatum, ejus terras, Du-

ces, clientesque ſpectantia huic ſpecimini Diplomatico inſerta ſunt, vulgaris enim & ſupinus eſt hodiernorum præcipue Geographorum error, qui Ducatum hunc Sileſiæ Principatibus, terrisque accenſent, qui reipſa non ignobilis Marchionatus Moraviæ portio eſt, cui quidem rei teſtimonium perhibent complures Majeſtales, ipſorumque Ducum Oppavienſium clientelares literæ, quas præſente ſpecimine proferimus, qui præterquam quod ſe regno, coronæque Bohemiæ obnoxios profeſſi ſunt, peculiaribus paſſim literis ſe vaſallos, feudatariosque eſſe Marchionum Moraviæ agnovere, cujus quidem argumenti etiam nonnulla in hoc ipſo Diplomatario comparent exempla. Quamquam negandum non ſit poſterioribus ſæculis tam Duces Oppaviæ, quam Epiſcopos Olomucenſes (qui uterque feudum Moraviæ tenuerat) quasdam immunitates, exemptionesque a Regibus Bohemiæ impetraſſe, ut in quibusque gravioribus cauſis *quoad ſuas perſonas*, uti vulgo dicitur, non tam Marchioni Moraviæ, quam Regi Bohemiæ ſubjecti viderentur.

Jam ut ad diplomata nusquam edita, quæque hic integra ſeu per extenſum, ut vocant, excuſa damus, pertingamus, eorum potiſſima ex autographis membranis Archivorum Regii, Brzevnovienſis, Melitenſis, Zderazienſis, & Plaſſenſis deprompta ſunt, reliqua ex veteribus Codicibus, legitimisque chartis exſcripta, neque neglexinus unquam indicare fontem, unde hauſta fuerint. De quorum pretio ſtatuet æquus Lector, illius enim cognitioni & æſtimationi rem omnem permittimus, neque vero videri volumus fœnerator, aut mercator, qui laudat, *quas vult protrudere merces.* Non meminimus nos uſpiam typos ſigillorum Marchionum Moraviæ, Epiſcoporum Olomucenſium, Capitulorum, monaſteriorum, eccleſiarum, Nobiliumque excuſos deprehendiſſe, & vero quis hos deſiderare aut exſpectare potuit, cum nemo unus hucusque falcem in meſſem Diplomatariam Moraviæ immiſerit? In venerationem igitur majorem Reverendiſſimi Mæcenatis noſtri complures ſcalpris æneis tabulis inciſos hic proferimus, & quidem Ducis Henrici, tum Marchionum Moraviæ Wladislai, Caroli, Jodoci, & Procopii fratrum, Epiſcoporum Olomucenſium, Ruberti,

Joan-

Joannis de Waldſtein, Conradi, Joannis de Novo Foro, nec non pſeudo-epiſcopi Alberti. Plura ſigilla Vicariorum & Officialium Curiæ epiſcopalis Olomucenſis, Procerum atque Nobilium Grabiſſeorum, Tazzoviorum, Boczkoviciorum, Mezirzicziorum, Zierotiniorum, Kravarziorum, Sternbergiorum, aliorumque, præter duplex ſigillum civitatis Brunenſis, adjecimus, ex quibus ultro teſtatum fiet documenta hæc ex ipſis authographis membranis tranſumta fuiſſe.

Quod ad integram collectionem Diplomatum horum (quorum hic quadringenta quinquaginta in lucem publicam proferimus) attinet, etſi non admodum numeroſa, ſat magna tamen benevolo Lectori videbitur, ſi expenderit illam ab homine extero, atque extra terras Marchionatus Moraviæ conſtituto factam, imo eam potiſſimum ex chartis exteris præſtitam fuiſſe, & quidem non longius atque ad unum milleſimum quingenteſimum excurrentem. Si jam Archiva Moravica aperire libuerit, ſi eruditorum Moraviæ animos ſimilis induſtria in colligendo, acervandoque inceſſerit, facile ſpecimen hoc Diplomaticum ad juſtam molem excreſcet, temporumque curſu & plurium opera ad perfectionem aliquam atque abſolutionem pertingere poterit. Sane cum ex hiſtoriis notum ſit furorem Huſſiticum non tantum deſæviiſſe in Marchionatum Moraviæ, quantum in Bohemiam, archiva illius felicius conſervata fuiſſe pronum eſt conjicere, e quibus inſtrumentorum fertiliſſimam ſegetem ſperare fas eſt. Jam alias nos innuiſſe meminimus Reverendiſſimum Prælatum Rayhradenſem Bonaventuram Pitter, literis ſuis aliquando nobis indicaſſe, quod Diplomatarium Monaſticum Moraviæ ex ſeptingentis inſtrumentis compilaverit, quæque ipſe ex archivis a ſe inſpectis & in ordinem redactis exſcribi fecit, quanta amabo ad efformandum Corpus Diplomaticum Moraviæ acceſſio fieret, ſi Admodum Reverendus ac Eximius Vir Alexius ejuſdem cœnobii digniſſimus Prior hiſtoriæ patriæ ſtudioſiſſimus juxta ac peritiſſimus ſupremam manum ad inſtrumenta hæc, eodem ordine chronologico edenda apponeret, quod ut faciat illum precibus, quibus poſſumus, efflagitamus, multum enim ex his & hiſtoriam Regni Bohemiæ illuſtratum, auctumque iri minime

nime dubitamus. Alioquin vetuſtatis pretio nobis Bohemis Moravia palmam præripit, quod pene cum invidia confitendum eſt, nam illa gloriatur inſtrumentis a ſæculi noni exordio, cum ad poſteritatem noſtram ex Bohemicis ſesqui ſæculo poſteriora tranſcripta dolemus.

Id præterea monendus amicus Lector in hoc ſpecimine noſtro nonnulla referri argumenta, ſeu compendia inſtrumentorum nuſpiam adhuc excuſorum, quorum contextum nunquam legimus, & quæ integro ſuo verborum complexu exarata necdum inſpicere licuit, ea potiſſimum deprompta ſunt ex inventario Carlſteinenſis Archivi Regii ita appellati, quod in hoc Caſtro olim privilegia Regni cum ejusdem rebus pretioſis, aut ut vulgo dicitur clenodiis (ita quidem diſponente Carolo IV. Imperatore) ſervata fuerint. Documentorum iſthic cuſtoditorum cenſus cum conſignatione annorum diverſis temporibus juſſu Regum noſtrorum, præcipue Wladislai II. fuit initus, catalogusque a Notariis Tabularum Regiarum conſcriptus, quæ quidem illi inſtrumenta certis titulis præſertim regionum diſpeſcuerunt, ex illis breve argumentum cum anni expreſſione, quo datum unum quodque eſt, excerpſerunt. Iſtiusmodi duplex catalogus in manus meas pertigit, ex quo etiam adjecta ſigna ciſtarum, numerosque appoſuimus. Notat autem litera *T* arcam ſeu ciſtam, barbare *Trublam*, qua documentum iſtud ſub ſuo numero repoſitum fuit. Archivum iſtud hodie in ſacratiori S. Wenceslai Tabulario reconditum eſt, quo nemini acceſſus patet. Ut igitur quale quale hiſtoriæ Moravicæ ſubſidium ferremus, etiam inſtrumentorum iſtorum compendia (cum integra exſcribere non licuit) iſthic in ordinem chronologicum inſerere viſum eſt, diem & locum, quo diplomata iſta data ſunt, Notarii tabulares nuſpiam in his catalogis expreſſerunt. Poſtremum ſit: nos in citationibus inſtrumentorum impreſſorum, quæ jam crebrius, & a diverſis authoribus evulgata ſunt, paſſim ad notiores, magis communes, patriosque provocaſſe, ſcilicet Balbinum, Goldaſtum, noſtraque opuſcula, cum non neſciamus rariorum quarumcunque editionum copiam non omnibus ad manum eſſe.

SPECI-

SPECIMEN
CODICIS DIPLOMATICI MORAVICI.

I.

Bulla Eugenii II. (a) Urolpho Archiepiscopo Laureacensi, ejus Suffraganeis, & Moymaro Duci Moraviæ inscripta, qua Urolpho vices suas in Pannonia & Moravia concedit. (b) Annales nostri Hageciani P. II. p. 486.

II.

Joannes VIII. Methudium Moravorum Archiepiscopum ob ritum Slavicum in Moraviam inductum ad se delatum Romam citat. dd. XVIII. Kal. Julii. Indict. XII. scilicet anno 879. Ibidem P. III. p. 184.

III.

Joannes VIII. Zwentibaldo Duci Moraviæ zelum fidei orthodoxæ commendat, illumque certiorem reddit, quod Methudium Archiepiscopum Romam evocaverit dd. XVIII. Kal. Jul. Indict. XII. eodem anno 879. Annales nostri Hageciani P. III. p. 186.

IV.

Joannes VIII. Zuentibaldo Duci Moraviæ nunciat Methudium Archiepiscopum rite fidei suæ integritatem Sedi apostolicæ probasse, eidem Archiepiscopatus privilegium a se confirmatum, Wichingum Suffraganeum ejusdem consecratum, nec non ritum Slavicum approbatum fuisse, cui idcirco totique Moravorum ecclesiæ Methudium tanquam verum pastorem commendat. dd. mense Junii Indict. XIII. videlicet anno 880. Ibidem p. 190.

V.

Joannes VIII. consolatur Archiepiscopum Methudium, gratulatur illi de orthodoxæ fidei cultu, deque illius erga Sedem Apostolicam studio. dd. X. Kal. Aprilis Indict. XIV. videlicet anno 881. Ibidem p. 206.

VI.

Theotmarus Archiepiscopus Juvaviensis cum suis suffraganeis Episcopis Ba-

(a) Goldastus in Appendice Documentorum p. 2. Symmachi Papæ Bullam circa annum 501 scriptam, qua Theodoro Archiepiscopo Laureacensi pallium cum legatione vicis Apostolicæ per *Provincias Pannoniorum* concedit, jam diplomatibus Moravicis accenset, at vero cum in hac bulla nulla Moraviæ aut Moravorum fiat mentio, nihilque proditum sit, an jam tum Moravi sacris Christianis initiati fuerint, merito illam prætermisimus. (b) Bulla hæc notis omnibus Chronologicis caret eam tamen contra calculum Goldasti verosimillime ad annum 824. spectare in Annalibus nostris P. II. innuimus, quo loco etiam ostendimus perperam Suffraganeum isthic memoratum Methudium speculo Juliensem pro S. Methodio Moraviæ Archiepiscopo habitum.

Bavariæ conantur coram Joanne IX. Rom. Pontifice a se amoliri Moravorum criminationes, conqueruntur, quod Moraviam subtraxerit jurisdictioni Bavariæ, quodque in eam novum Archiepiscopum Joannem cum tribus Suffraganeis miserit. (*a*) Annales nostri Hageciani P. III. p. 343.

VII.

Hatbo Archiepiscopus Moguntinus suscepto Bavariæ episcoporum patrocinio eandem querelam apud Joannem IX. Rom. Pontificem adversus Moravos movet. (*b*) Ibidem p. 348.

VIII.

Agapitus II. nonnibil pacata Moravia prisca jura Archiepiscopatus Laureacensis resuscitat, simul & controversiam inter Archiepiscopum Laureacensem & Salisburgensem ea ratione dirimit, ut Norica provincia in duas partes dividatur, Moravique Laureacensi Archiepiscopo subjiciantur. (*c*) Goldastus in Appendice Documentorum p. 11.

IX.

Benedictus VII. Pilgrino Archiepiscopo Laureacensi concedit pallium, eique in provinciis Bavariæ, Moraviæ, inferiorisque Pannoniæ Apostolicas vices elargitur. (*d*) Goldastus ibidem p. 19.

X.

Brachizlaus Dux Boemorum confirmat piam donationem Epponis militis, qua monasterio Brewnoviensi Ord. S. Benedicti tradit quædam prædia in Moravia ad flumen Zwitawam, dd. 1043. Annales nostri Hagec. P. V. p. 276.

XI.

Brachizlaus Dux Bohemiæ donat eidem monasterio Brewnoviensi præter complures terras in Bohemia, etiam in Moravia cellam SS. Petri & Pauli in deserto castro Raygrad cum fluminibus, silvis, pratis, &c. circumjacentibus. dd. Pragæ XV. Kal. Novembris 1045. Ibidem p. 285.

XII.

Brachizlaus Dux Bob. cellam Raybradensem convertit in cœnobium, illudque subjicit Abbati Brewnoviensi, multis novo monasterio adjectis donationibus. dd. in castro Raybradensi VI. Kal. Decembris 1048. Ibid. p. 297.

XIII.

Brzetislaus Dux Bob. fundat collegiatam ecclesiam Boleslaviæ, eique præ-

(*a*) Hæc itidem epistola omnibus notis chronologicis caret, ad annum tamen 900. spectare merito conjecimus ex dictis ad eundem annum p. 348. (*b*) Eadem epistola nec annum, nec diem, nec indictionem consignatam præsefert, spectatque verosimillime ad eundem annum 900. (*c*) Ejusdem conditionis uti prioris est bulla, pertinens vero simillime ad annum 946. (*d*) Bulla hæc conjectura certiore anno 975. data est.

præter plurima prædia Bohemica attribuit etiam in Moravia decimationem de urbibus Rokiczen, Znoiem, Bechow, item decimum tributum in pontibus fluminis Tajæ &c. (*a*) Ibidem p. 310.

XIV.

Sigefridus Archiepiscopus Moguntinus tuetur apud Gregorium VII. controversiam Gebhardi episcopi Pragensis adversus Joannem episcopum Moraviæ. (*b*) Ibidem p. 420.

XV.

Gregorius VII. præcipit Wratislao Duci Bohemiæ, ut omnia, quæ a Legatis Apostolicis fratri Gebhardo episcopo Pragensi erepta fuere, & cum primis prædia Moravica, super quibus illi Joannes episcopus Moraviæ litem moverat, restituantur, quo sumptus necessarios habeat ad iter Romam ineundum, quo citatus fuit. dd. Romæ II. Kal. Februarii Indict. XII. id est anno 1074. Ibidem p. 429.

XVI.

Gregorius VII. superioris epistolæ tenorem transcribit Gebhardo episcopo Pragensi, monet, ut cum Joanne episcopo Moraviæ compareat Romæ, interea vero nihil de possessionibus episcopatus Moravici tangat. dd. Romæ II. Kal. Februarii Indictione XII. id est anno 1074. Ibidem p. 429.

XVII.

Gregorius VII. commendat Ottoni & Chuonrado fratribus Ducibus Moraviæ venerationem erga sedem apostolicam, neve ecclesiæ Olomucensis jura lædi patiantur. dd. Romæ XV. Kal. Aprilis Indict. XII. id est anno 1074 Ibidem p. 430.

XVIII.

Gregorius VII. certiorem reddit Wratislaum Ducem Boh. qua ratione se Gebhardus episcopus Prag. coram sede Apostolica purgaverit de violentia Joanni episcopo Moraviæ illata, item causam de controversis fundis episcopalibus ad futuram Synodum translatam fuisse, in qua utrique episcopo aut eorum nunciis comparendum esset, ceterum ut predia controversa interea in Joannis potestate maneant. dd. Romæ XVI. Kal. Maji Indict. XII. id est anno 1074. Ibid. p. 482.

XIX.

Gregorius VII. queritur Wratislao, quod Gebhardus vix domum redux castrum Joannis episcopi Moraviæ involaverit, quem hortatur, ut illi ca-

(*a*) Diploma istud destitutum est notis chronologicis, ad anni tamen 1052. confinia pertinere pluribus argumentis probavimus in Annalibus nostris ad dictum annum. (*b*) Hanc epistolam spectare ad annum 1073. ibidem ostendimus.

castrum eripiat, Joannemque tueatur. dd. Romæ X. Kal. Octobris. Indict. XII. id est anno 1074. In Annalibus nostris Hagec. p. 439.

XX.

Gregorius VII. inter alia gravissime cum Gebhardo expostulat, quod Joannis episcopi Moraviæ terras invaserit, quem ad restitutionem hortatur. dd. Romæ X. Kal. Octobris. Indict. XII. id est anno 1074. Ibidem p. 440.

XXI.

Gregorius VII. consolatur Joannem episcopum Moraviæ, hortaturque, ut ereptum a Gebhardo castrum repetat, dd. Romæ X. Kal. Octobr. Indict. Rom. XII. id est anno 1074. Ibidem p. 442.

XXII.

Gregorius VII. auctoritate Synodi Romanæ definitivam fert sententiam, ut prædia controversa inter Gebhardum episcopum Pragensem, & Joannem episcopum Moraviæ per medium dividantur, donec alteruter causam documentis clariorem demonstraverit. dd. Romæ VI. Nonas Martii. Indict. XIII. Id est anno 1075. Ibidem p. 448.

XXIII.

Gregorius VII. Wratislaum Ducem Boh. inter cetera hortatur, ut studeat pacem inter episcopum Pragensem & Moraviæ conservare. dd. Romæ XVIII. Kal. Maji. Indict. XIII. id est anno 1075. Ibidem p. 451.

XXIV.

Otto Dux Moraviæ cum uxore sua Euphemia fundat monasterium Gradicense Ordinis S. Benedicti ad Olomucium, assignatis eidem pluribus prædiis & redditibus. dd. III. Non. Febr. Indict. I. anno 1078. Ibidem p. 473.

XXV.

Wratislaus Dux Boh. confirmat fundationem mox nominatam monasterii Gradicensis, adjicitque villam Ugeztes. dd. Nonis Februarii. anno 1078. Ibidem p. 475.

XXVI.

Wratislaus Rex Boh. fundat monasterium Ord. S. Benedicti in Oppatowicz assistentibus & probantibus fratribus Ottone & Conrado Ducibus Moraviæ, donatque inter alia in Moravia in Brunensi provincia villam Opatow, Znoymæ nonum forum &c. (a) Ibidem p. 520.

XXVII.

Henricus IV. Imperator cum consensu Wratislai Regis & Conradi Ducis Moraviæ reunit episcopatum Moraviæ Pragensi descriptis latissime finibus

(a) Hoc diploma omnibus notis chronologicis carens spectare ad annum 1086. in Annalibus nostris ad dictum annum probavimus.

bus diœcesis Olomucensis in Hungariam & Poloniam usque protensis. dd. Moguntiæ III. Calend. Maji. Indict. IX. anno 1086. Ibidem p. 522.

XXVIII.

Wratislaus Rex Boh. fundat ecclesiam collegiatam Wisselradensem multis donatis prædiis & reditibus, quibus Weczelo episcopus Olomucensis adjicit centum homines tributarios, præsentibus & approbantibus fratribus Ottone & Conrado Ducibus Moraviæ. (*a*) Ibidem p. 541.

XXIX.

Benedictus Abbas Scotorum Ratisbonæ precatur Wratislao Regi Boh. felicem expeditionem Moravicam. (*b*) In Annal. nostris Hagec. P. V. p. 571.

XXX.

Wratislaus Rex ecclesiæ Wissebradensi sarcit damna, quæ illa in Moravia per tumultus bellicos passa est. (*c*) Ibidem p. 581.

XXXI.

Henricus Zdik Olomucensis episcopus in gravem infirmitatem dejectus commendat se precibus Gotschalci Abbatis Siloensis & fratrum monasterii. Monumenta nostra nusquam antehac edita T. I. p. 105.

XXXII.

Henricus Zdik episcopus Olomucensis Gottschalci Abbatis fratrumque orationes denuo efflagitat, ut seu incolumitatem consequatur, seu separetur a corpore. (*d*) Ibidem.

XXXIII.

Eugenius III. consolatur Abbatissam & Moniales Ord. S. Benedicti Pragæ ad S. Georgium de obitu Henrici Zdik episcopi Olomucensis maximi Benefactoris bujus monasterii, gratiasque agit pro ornamentis sacris ejusdem episcopi impensis & monialium opera confectis. dd. Ferentini XVII. Kal. Maji. (*e*) Hammerschmid in hist. S. Georgii p. 66.

XXXIV.

Fridericus I. Imperator Wladislao Duci Boh. concedit certis festis diebus usum regalis circuli, non ab alio quam Daniele episcopo Pragensi & Joanne episcopo Olomucensi imponendi. dd. Ratisbonæ XV. Kal. Febr. Indict. V. anno 1157. Balbinus Dec. 1. lib. 8. Volum. 1. p. 3.

(*a*) Et istud diploma ad eundem annum 1086. spectare ibidem ostendimus. (*b*) Hanc epistolam verosimillime referri ad annum 1091. ad eundem annum innuimus. (*c*) Et hoc diploma notis chronologicis carens pertinere ad annum 1092. ad eundem annum docuimus. (*d*) Mortuus est Henricus Zdik episcopus Olomucensis anno 1151. VII. Kal. Julii, quare utraque epistola ad eundem annum spectat. (*e*) Hanc Eugenii epistolam ad annum 1152. non præteritum, quo Henricus Zdik mortuus, pertinere innuunt Kalendæ Maji, cum is VII. Kal. Julii mortuus sit, ut Vincentius synchronus, aliique adnotarunt.

XXXV.

Wladislaus Rex Boh. confirmat privilegia & donationes monasterii Gradicensis cum testimonio fratris Conradi Ducis Moraviæ. dd. Pragæ XVII. Kal. Julii. Indict. VIII. anno 1160. (*a*) Pitter in vita S. Guntheri p. 187.

XXXVI.

Wladislaus Rex Boh. auget fundationem ecclesiæ Litomisliensis Ordinis Præmonstratensium, confirmatque omnes donationes a Sobieslao Duce Boh. Ottone Duce Moraviæ, Henrico Zdik episcopo Olomuc. Elisabetha Friderici Ducis Olomuc. uxore, &, Comite Bavaro aliisque factas. dd. Pragæ XIII. Kal. Februarii anno 1167. Berghauer in Proto-M. Pœnit. p. 252.

XXXVII.

Fridericus Dux Olomucensis annuente patre suo Wladislao Rege Boh. donat ecclesiæ Raygradensi locum Granice, vulgo Weißkirch, *cum Joannis episcopi Olomuc. anathemate in violatores subjecto. dd. anno* 1169. *Principatus Wladislai XXX. regnorum XI.* Pitter ibidem p. 141.

XXXVIII.

Sobieslaus Dux Bobemiæ Abbati Plassensi Meinero donat circuitum Obora, Krzezow, & Babina, item Lomnitz & Lutti, tum commutat pro prædio Luzan prædium Ugezd, & pro prædio Cepositz prædium Lugow. sub sigillo & testimonio Detelebi Episc. Olomucensis. (*b*) *dd. Pragæ Indict. VIII.* 1175. Ex Archivo monasterii Plassensis.

Notum sit tam futuris, quam præsentibus; quod Ego *Zobieslaus* Gratia Dei Dux Bohemiæ prospiciens animæ, salutique meæ, Abbati in *Plass*, videlicet *Meinero*, cæterisque Monachis, fratribusque Dei servis ibidem devote Deo famulantibus in remissionem peccatorum meorum dedi circuitum *Oboram*, *Krzecziow* & *Babinam*, cum pratis & agris, quæ sunt infra eundem circuitum, & alium circuitum nomine *Lomnicze* & *Litti*, similiter cum suis agris & pratis proprietario Jure possidendos hisdem fratribus in per-

(*a*) Clarissimus Vir Josephus Monse, in observationibus præviis Juris Iglaviensis a nobis laudatus, ad requisitionem nostram ex Archivo Gradicensi typum sigilli huic diplomati appensi accurate delineari fecit, quem Tabula I. Num. XXXV. excusum damus. Sperabamus vero nos sigillum Wladislai, qua Ducis adhuc Bohemiæ, quod nobis deest, reperturos, at ex præsente sigillo nulla pene conjectura licet nomen Wladislai exsculpere, ut sigillum istud seu Henrici fratris, qui testis adfuit, suspicemur, seu sigillum bilaterale fuisse, hancque frontem nomen S. Wenceslai indigitare ex superstitibus literis conjiciamus. (*b*) Perraræ sunt episcopi istius memoriæ, qui per novem annos ecclesiæ Olomucensi præfuit, nec meminimus uspiam instrumentum illius, aut in quo subscriptus esset, a nobis visum, quam ob rem maxime diploma istud Moravicis adjecimus. Mortuus is est anno 1181., & in monasterio Strahoviensi Pragæ, cujus aliquando alumnus erat, sepultus.

perpetuum dedi. Præterea idem Abbas cum fratribus ſuis audiens me obnixe rogavit de prædio tradito ſibi a quodam Comite nomine *Polik*, filio *Nacereſſe* pro ſalute animæ ſuæ, quatenus hoc meis bonis concambio commutarem, quod & feci, tradens eis prædium nomine *Ugezd* vel *Ougiezd*, pro ſuo quod dictum *Luzan*, & parte eorum additis, ut concambium æqua æſtimatione conſtaret octo talentis. Commutavi etiam eisdem petentibus aliud prædium *Cepoſitz* vel *Capoſitz* nomine, quod contulit eis pro ſalute animæ ſuæ *Boguzlaus* ſcilicet Camerarius filius *Scaſte* pro prædio meo dicto *Lugow*, atque omnium horum actio rata & inconvulſa maneat cum teſtimonio omnium eorum, qui tunc præſentes erant, confirmari præcepi cum carta & ſigillo meo. *Fridericus* Pragenſis Epiſcopus, *Detelebus* Olomucenſis Epiſcopus, *Gervaſius* Cancellarius, & Præpoſitus *Wiſſegradenſis*, *Florianus* Notarius, *Leo* Judex curiæ, *Sdezlaus* Camerarius, *Kunnus* Præfectus de *Kladeſi*, & Præfectus ejus *Pelegrinus*, *Jurogneu* Præfectus de *Sutbe*, *Herema* Præfectus de *Plizen* cum filio ſuo *Herema*, *Mugomil* Pincerna, *Witek* Dapifer, *Mucina* Præfectus Pragenſis, & frater ejus *Dobroyſt*, *Kolon* Præfectus *de Dudelet*, Petrus Præfectus de *Drewcze* cum fratribus ſuis *Milgoſt*, & *Agna*, *Hartelebus* Camerarius Epiſcopi, *Ulricus* filius *Stibor* cum fratre ſuo *Beneda*, *Hermannus* Agazo (*a*) cum fratribus ſuis *Pavel* & *Hoviſſe*, *Woc* Præfectus de *Budiſſin*, Præfectus (*b*) de *Secazlow*. Ego vero quoad vixero, ut orationibus eorum inferar, prout potero, libenter patrocinabor. Acta ſunt hæc anno Incarnationis Domini 1175. Indictione octava. Data per manum Domini *Gervaſii* Cancellarii, & Præpoſiti *Wiſſegradenſis*.

XXXIX.

Fridericus Dux Boh. confirmat Ordini S. Joannis Heroſolymitani omnes donationes a ſe aliisque factas, interque eas villam Iwanowic ſuper Honam fluvium, villam Pelchis, terram Modlejovis in provincia Preroviensi &c. quibus Cain Olomucenſis epiſcopus ſubjecit anathema in violatores. dd. anno Principatus VII. 1183. Ex Archivo Pragenſi Melitenſium.

Ego *Fridericus* Dei gracia Dux Bohemorum circumſpiciens, & conſiderans patris mei beate memorie *Wladislai* Regis, & aliorum Predeceſſorum meorum facta commendabilia, ſcilicet in eccleſiis, quas Deo & Sanctis eius edificauerat, & in beneficiis, ac poſſeſſionibus ibidem Deo ſeruienti-

(*a*) Id eſt Mareſcallus ſeu ſupremus equorum & ſtabuli Præfectus, de qua dignitate jam egimus T. I. Monumentorum iſtorum p. 40. (*b*) Qui iſthic Præfecti vocantur, erant Comites caſtellorum, poſterius etiam Caſtellani appellati.

entibus habundanter collatis, cogitaui apud me, ut & ego in aliquibus sequerer vestigia eorum, ut & ego, si non cum primis, saltem cum muliere paupere offerrem minutum in gazofilacium Domino: Cum ergo de his, quę ad me hucusque per successionem attauorum, & auorum deuenerant, aliqua diuersis cenobiis contulissem, venit mihi in mentem hospitale *Hierosolimitanum*, cui a principio sui Principatus se pater meus deuouerat, & ei aliqua in regno suo contulerat. Huius autem hospitalis audiens facta fere impossibilia, sed quia Deo possibilia sunt, deliberaui de mea liberalitate aliqua ei conferre, aliqua minus utilia utilioribus commutare, aliqua vero reddere, que pater meus usque ad vite sue finem annuali censu redimens, retinuerat. Dedi ergo ei ecclesiam cum consensu & peticione uxoris meæ, (*a*) quam ipsa inter *Pragam* & *Wissegrad* in honore Beati *Joannis Euangeliste* edificauerat ob memoriam victorie diuinitus mihi concesse, circa quam ecclesiam dedi ei terram ad coronam meam pertinentem ad unum aratrum, dedi & ei *Botis* (*b*) fluuium cum loco piscine & molendini. Tradidi eciam ei villam iuxta vicum iacentem nomine *Tinec* cum silua, que supra *Albiam* iacet, ei pertinente. Pro *Borizlau* autem & eius pertinenciis do eis quasdam villas quondam ad *Satbec* pertinentes, iam diu fere desertas, quarum nomina sunt hec: *Ztare Zedlo, Sblasin, in Merouikrizi Vrabradky, Skirsici, Napolene, Raysowici. Ticbonin* villam, quam mea propria pecunia emi a Comite *Tarik de Milevzcbe* dedi domui Hospitalis. Confirmo & *Malini rostrow*, quam Comes *Hrabise* fideli seruicio suo a me deseruiuit, & eidem Domui contulit. Do eciam & confirmo *Upolene, Wranow*, & omnem siluam circa & infra villas iacentem, que vulgariter dicitur *Hole*, ubi custodes silue mee fuerunt, qui vulgariter dicuntur *bagni*, (*c*) quarum villarum culta & inculta ipsemet presens circuire precepi *Hrabysam* summum curie mee Venatorem, quam circuicionem *Hierusalem* vocari precepi, & in ea ecclesiam fieri iussi in honore sancti sepulchri Dominici, & beati *Joannis Baptiste*. Confirmo eciam ei omnes donaciones, que in diebus Principatus mei date sunt, vel dabuntur ei, utpote donacionem uxoris mee, scilicet Parochiam sancte *Marie* ad argentariam, ita quod nulli liceat ibi aliam ecclesiam edificare preter voluntatem eorum, & aliam Parochiam, que edificatur in *Kadan* supra *Egram* fluuium. Confirmo eciam villam *Trebis*, que

(*a*) Videlicet Elisabethæ, quæ isthic etiam testis subscripta legitur; ecclesia autem ista, ex voto ejusdem in loco certaminis constructa in *Bogisce* appellabatur, qui locus hodie in muros Pragenses tractus est, præter nomen autem nihil superest. Vide ea de re chronographum Siloensem T. I. horum Monum. p. 91. & 92. (*b*) Is est rivus Boticz, qui per muros Pragenses illapsus infra Wissehradum sese in Moldavam exonerat. (*c*) Idem nomen hodie custodes silvarum retinent.

que iacet ſuper fluuium, qui dicitur *Medma*, quam eadem uxor mea ipſi contulit. Nihilominus aſſenſi, & aſſencio omnibus Nobilibus meis, qui ei elemoſinas ſuas vel dederunt, vel deinceps dare voluerint, ſicuti *Petro* filio *Milgozt*, qui predicte domui porcionem, que eum contingebat, hereditatis contulit. Confirmo eciam eccleſiam in honore beate *Marie* dedicatam, & omnia ad ipſam ſpectancia, ligneam & eccleſiam, quam conſtruxit *Bobuſe barbatus* (*a*) beneficio caſtri in *Cladeſcbe* honoratus, & terram ad unum aratrum ante caſtrum *Hradech*, quam dedit iam nominate domui *Ozel* filius *Hirdete*. Confirmo iterum villam *Iwanowis* ſuper *Honam* fluuium in *Morauia*, quam *Troianus*, & fratres ſui filii *Dlucbomili* dederunt, & villam *Belchis*, quam *Driſislaus* filius *Helie* dedit. Confirmo eciam terram deſertam in *Modleiouis* ad unum aratrum in prouincia *Prerouenſi* pertinentem ad caſtrum *Hradec*, terra autem eadem vocatur *Roberis*. Confirmo preterea *Hrobemky* ſuper fluuium, qui dicitur *Pzina* cum ſuis attinenciis, ex una parte *Hlubeice* termino iacente usque ad terminum *Bohubwalow*, & dehinc usque ad pontem virgis factum, qui dicitur *Bezſtrecowabat*, & ab his terminis ſemita & ſigna protenduntur usque in *Kozidol*, & deinde eadem ſigna usque *Milich* fluuium protenduntur, hoc autem factum eſt fratris mei *Wladimiri* aſſenſu accedente. (*b*) Igitur pro larga & ampla caritate, quam habent in veneranda domo hoſpitali in recipiendis infirmis tam pauperibus quam diuitibus hominibus de *Iwanowis*, & omnibus villis ad eandem villam pertinentibus, & hominibus de *Hrobnik*, & omnibus villis illic ſpectantibus in furtis, in homicidiis, ſiue in aliis quibuscunque collectis, ſiue in caſtris, ſiue in pontibus edificandis, vel in quocunque alio negocio terre, ſi quod forte contingit, eandem libertatem, & ſecuritatem concedimus, quam anteceſſores noſtri *Olomucenſi* contulerunt epiſcopatui. Pax ergo ſit eis hominibus villarum iam nominatis vel eciam futuris, quos diuina prouidencia & hominum largicione ſuis uſibus collegerint, & libera ſecuritas, & ſecura libertas ſit eis a me, & ab omnibus meis ſucceſſoribus in ſecula ſeculorum, amen. Ne autem donacio & confirmacio mea in irritum ducatur, rogo fratrem meum *Bretislaum* epiſcopum *Pragenſem*,

(*a*) In diplomate Henrici epiſcopi Pragenſis dd. anno 1186. vocatur: *eccleſia beati Wenceslai in foro Vadſco a Comite Boguſta edificata*, quæ veroſimillima eſt eccleſia S. Wenceslai in foro pecuino hodie RR. PP. Auguſtinianorum diſcalceatorum. (*b*) A villa Iwanowis omnia hic commemorata loca in Moravia ſita erant, quibus itaque Wladimirus Dux Moraviæ conſenſum ſuum præbuit. Ceterum vox *frater* quo Fridericus iſthic Wladimirum impertit pro genio illius ætatis pro patruele accipienda, quod vel ipſe Fridericus non obſcura in hoc diplomate innuit, cum dein Bretislaum fratrem Wladimiri *ſuum* non noſtrum appellat.

genſem, & omnes ſuos ſucceſſores, & Dominum *Cayn* epiſcopum Olomucenſem, & omnes ſuos poſteros, ut quisque ſpiritu malicie ductus factum hoc immutare, vel fratribus dicte domus ſiue in *Bohemia*, ſiue in *Morauia* in aliquo detrahere preſumpſerit, malediccionis flagello puniatur; huius facti teſtes, qui erant preſentes, hy ſunt: *Eliſabeth* Ducilla, *Wladimir* Dux de *Holomus* (*a*) cum fratre ſuo *Bretislao*. *Bretislaus* epiſcopus *Pragenſis*, *Cayn* epiſcopus *Olomucenſis*, *Lamprecht* Abbas de *Cladorub*, *Minger* (*b*) Abbas de *Plaſs*, *Florianus* Prepoſitus *Wiſſegradenſis*, *Hrabiſe* Camerarius *Holomucenſis*, *Preda de Neibſtin*, *Milbort* Comes beneficium habens in *Bouſes*, & ſummus Venator ſiluarum ſpectancium in *Necbolic*, *Smil de Udercbe* cum filiis, *Beneda de Sueſin*, Otto *Woyzky* cum fratre *Rediwog* & filiis, *Chazlaw de Pontin*, *Bozden de Peſtodup* maior procurator in beneficio *Milbort*, *Martin de Milkow*. Ego *Bretizlaus* epiſcopus *Pragenſis* rogatu fratris mei *Friderici* Ducis *Bobemie* omnes, qui immutare hoc factum, vel fratribus dicte domus in aliquo detrahere preſumpſerint, authoritate, qua fungor, excommunicacionis vinculo innodatos pene gehennali ſubicio perpetualiter cruciandos. Ego *Cayn* epiſcopus *Olomucenſis* (*c*) rogatu *Friderici* Ducis Bohemie omnes, qui hoc factum immutare vel fratribus dicte domus in aliquo detrahere preſumpſerint, auctoritate, qua fungor, excommunicacionis vinculo innodatos pene gehennali ſubicio perpetualiter cruciandos. Eandem autem penam excommunicacionis nos duo epiſcopi noſtris relinquimus ſucceſſoribus. Actum eſt autem hoc anno Dominice Incarnacionis MCLXXXIII. Principatus mei VII., Pontificatus vero *Bretislai* fratris mei anno ſecundo. (*d*)

XL.

Fridericus Dux Bobemiæ & Gubernator Moraviæ usque ad fines Hungariæ ſub capitis ſupplicio præcipit æternæ oblivioni tradendas rebelliones Comitum Wrſſoveciorum, quas repetitis vicibus majores illorum adverſus Duces Boh. concitarunt, Ratiborio Wrſſovecio ejusque genti peculiaria arma gentilitia concedit ob meritum, quod in ſubjicienda Moravia Boemiæ adjutor exſtiterit. dd. 1184. (*e*)

XLI.

(*a*) Iſtud nuſpiam proditum alibi: Wladimirum jam anno 1183. fuiſſe Ducem Olomucenſem, ut proinde Fridericus Wladimirum Ducem Olomucenſem inſtituiſſe tum videatur, cum priore anno Conradus Friderico adverſatus Marchionatus Moraviæ initia molitus eſt, uti in Diſſertatione noſtra de initiis Marchionatus Moraviæ fuſius egimus. Vide Borns Abhandlungen 2. Band. (*b*) Is eſt Meinerus in ſuperiore diplomate nominatus. (*c*) Et iſte Strahovienſis Canoniæ alumnus erat, iſthic anno 1194. ſepultus. (*d*) Friderici Ducis ſigillum bilaterale huic diplomati appenſum excuſum damus Tabula I., eodem numero XXXIX., quem diploma præſefert. (*e*) Hoc diploma in Bohemi-

co

XLI.

Henricus episcopus Pragensis, filius Henrici Ducis Moraviæ, Ordini S. Joannis Hierosolymitani donat villam Nalevine & confirmat ecclesiam S. Joannis in Boisci cum villa Tinecz, aliisque donationibus piis. dd. 1186. (*a*) Ex Archivo Pragensi Melitensium.

Henricus Dei gracia episcopus *Pragensis Rogerio* Magistro Hospitalis *Iberosolimitani*, eiusque successoribus, reliquisque fratribus predicti Hospitalis perpetuam in Domino salutem. Ex multorum relacione, sed precipue patris mei, pie videlicet memorie Ducis *Henrici* (*b*) cognoscentes, quanta pietatis opera pauperibus & infirmis impenduntur in presato Hospitali, pie sollicitudini vestre commisso: Pia nihilominus devocione accedentes, vestreque fraternitatis, & elemosinarum, atque oracionum participes esse gestientes, ad honorem Dei & beati *Johannis Baptiste*, atque ad subsidium sacrum pauperum Christi supradicto Hospitali do villam de patrio iure mihi derelictam nomine *Nalevine* ob redempcionem peccatorum meorum & presati patris mei, qui iam dudum *Iberosolimis* apud vos fraternitatem susceperat tempore Magistri *Assaliti*, & pro anima matris mee Ducisse scilicet *Margarete* amplius iure perpetuo possidendam. Ecclesiam quoque beati *Joannis Euangeliste* in loco, qui dicitur *Boisci* a Duce *Friderico*, & eius uxore Ducissa *Elisabeth* constructam, & vobis cum villa *Tinecz* & riuulo nomine *Boticz* cum stagno, & loco molendini nobis presentibus colla-

co sermone primus, quantum constat, in medium protulit Paprocius in speculo Moraviæ p. 290., quod demum in germanicum sermonem translatum Goldastus in Beylagen p. m. 175. Lunig. R. A. Part. spec. Contin. I. p. 231. aliique excusum dedere. Sed nihil diplomate isto magis commentitium effingi potest, quod istius ætatis nullam prorsus notam præsefert. Nam 1. titulus iste insolitus Friderici nuspiam in tot superstitibus illius diplomatibus reperitur. 2. Bohemica diplomata isti ætati nunquam erant usitata. 3. Idioma bohemicum a dialecto istius sæculi toto cœlo abest. 4. Ut ex diplomatibus allatis porroque afferendis cognoscitur, necdum is seu nominum propriorum in familiis nobilibus, neque armorum uniformium usus invaluit. Verbo omnia pene verba hujus diplomatis suppositionem & figmentum clamant. Sed hac ipsa de re jam egimus P. II. Annal. nostrorum p. 147. & 192. (*a*) Hunc annum in dorso membranæ expressum esse perhibet apographum meum. (*b*) Ex his convincitur Fridericum Ducem (utpote filium Wladislai Regis) & Henricum episcopum Pragensem nonnisi fuisse fratrueles, ac proinde vocem illam *frater*, qua se uterque in priore diplomate donat, pro *fratruele* accipiendam esse. Ceterum Henricus hic Dux pater episcopi primus fuit, qui Ordinem S. Joannis Hierosolymitani in Moraviam induxit, uti jam Tomo Monument. nostrorum III. p. 28. innuimus, iter autem Hierosolymitanum cum fratre suo Wladislao ingressus est anno 1147. uti apud Vincentium T. I. Monument. p. 165. legere est.

tam, & a nobis eodem die conſecratam. (*a*) Sed & eccleſiam beati *Wenceslai* in foro *Vadſco* a Comite *Boguſſa* edificatam, & in eadem conſecracione a prefatis Principibus Hoſpitali *Iheruſalem* per manum noſtram cum terra ſibi pertinente collatam, & ſub interminacione anathematis confirmatam vobis in perpetuum libere poſſidendas auctoritate diuinitus nobis conceſſa, concedimus & confirmamus. Eccleſiam eciam a ſupermemorata Duciſſa *Eliſabeth* ſuper *Meſea* in honorem beate *Marie* fundatam, & ab eadem ſimul cum marito prefato videlicet Duce *Friderico* Hoſpitali *Iheruſalem* iure perpetuali poſſidendam collatam, ſuoque ſigillo confirmatam eidem concedimus & confirmamus. Ut igitur hec omnia ſupermemorata Hoſpitali *Iheroſolimitano* in perpetuum rata, & indiuulſa permaneant, vobis concedimus, & ſigilli noſtri impreſſione corroboramus. Quicunque autem in omnibus ſupradictis inſtinctu diabolico ductus vobis iniuriam aliquam aut violenciam intulerit, anathema ſit, amen. (*b*)

XLII.

Gregorius VIII. Hinkonem de Serotin Cruciſignatum Militem Diœceſis Olomucenſis ejusque familiam & terras in protectionem Sedis Apoſtolicæ ſuſcipit, quam anathemate roborat Cain epiſcopus Olomucenſis. dd. Beneventi Pontif. anno I. id eſt 1187. Ex codice chartaceo ſæculi XIV. Archivi Carlſteinenſis. (*c*)

Gregorius epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio *Hinconi de Serotin* Cruciſignato Militi *Olomucenſis* Diœceſis . . . ſacro-ſancta Romana eccleſia deuotos & humiles filios ex aſſuete pietatis officio propenſius diligere conſueuit, & ne prauorum hominum moleſtiis agerentur, eos quaſi pia mater ſue proteccionis munimine confouere. Cum igitur tu zelo fidei & deuocionis accenſus ſigno viuifice Crucis aſſumpto propoſueris in terre ſancte ſubſidium proficiſci, nos tuis iuſtis poſtulacionibus grato concurrentes aſſenſu perſonam tuam cum familia tua, bona tua, que in preſencia racionabiliter poſſides, ſub Beati *Petri* & noſtra proteccione ſuſcipimus, & preſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes, ut poſtquam in primo generali paſſagio, a Sede Apoſtolica ſtatuendo, iter arripueris transmarinum, donec de tuo reditu vel obitu certiſſime cognoſcatur, ea omnia integra maneant & coniuncta &c. Data *Beneventi* P. anno I.

Et

(*a*) Iſtud nuſpiam alibi proditum eccleſiam in Boiſci ab Henrico epiſcopo conſecratam fuiſſe, (*b*) Sigillum Henrici epiſcopi Pragenſis magna parte læſum eadem Tab I. Numero XLI. ex Archivo Melitenſi excuſum damus, quod omnium primum hucusque ex ſigillis Epiſcoporum noſtrorum in manus noſtras pertigit, comparebit autem Num. 44. aliud ejusdem Henrici epiſcopale ſigillum diverſum penitus, illæſumque. (*c*) Præclarum hoc eſt Illuſtriſſimæ Familiæ hodie ſuperſtitam Comitum de Zierotin documentum.

Et ego *Cain Olomucensis* episcopus anathema pronuncio in omnes, quicunque diabolico instinctu Tibi, pueris, (*a*) clientibus, seruis aut terris tuis iniuriam vel violentiam inferre presumpserint &c.

XLIII.

Otto Bohemorum Dux, quondam Marchio Moraviæ cum Matre sua Maria a primis fundamentis construit in loco Luca dicto monasterium Ordinis Præmonstratensis, amplisque prædiis & reditibus id locupletat sub testimonio Kaym Moraviensis episcopi, nec non Wladimiri & Brecizlai Ducum Moraviæ. dd. Pragæ VIII. Kal. Novemb. Indict. VIII. anno 1190. Ex Archivo Canoniæ Lucensis.

In Nomine sancte & indiuidue Trinitatis. *Otto* (*b*) Dei gracia *Bohemorum* Dux, quondam Marchio *Morauie*. De gestis hominum suboriri solet sepe calumpnia, nisi lingua bonorum testium robur adhibeat, aut scriptura. Notum igitur fieri volumus tam presentibus quam futuris, quod ego *Otto* Dei gracia Dux Bohemorum & nobilissima mater nostra Domina Maria (*c*) diuina inspiracione commoniti, pro nostrarum, nostrorumque parentum, remedio animarum, & ut presentis vite statum cum incolumitate nobis nostrisque successoribus pertransire diuina concedat clemencia, monasterium in *Luca* ad honorem Dei & B. *Marie* semper Virginis & S. Wencezlai gloriosi Martyris a primis fundamentis construximus, statuentes, ut Canonici sub regula *B. Augustini* & Ordine *Premonstratensi* perpetuo ibidem deseruiant, & pro nostris, nostrorumque successorum delictis assidue intercedant, & in Missis eorum propriam pro nobis commemoracionem faciant. Ad sustentacionem autem Canonicorum, qui sub regulari obseruancia Deo in eodem cenobio militabunt, possessiones subscriptas in dotem ecclesie donacione legitima irreuocabiliter in perpetuum assignamus, concedimus, & donamus, tali tamen tenore, quodsi quisquam aliqua presumpcione dotes illas, quas in presenti priuilegio predicto monasterio confirmamus, ab eadem ecclesia alienauerit, ad me, vel ad heredes meos omni contradiccione postposita reuertantur. Ceterum si ad usum suum & commoditatem ecclesie Abbas & Canonici eiusdem loci ex integro semper seruauerint, quieto & irreuocabili iure illa beneficia ipsis & ecclesie consistant in perpetuum. Quodsi ego vel heredes mei diabolico instinctu nostre donacionis beneficium retraxerimus, & contra nostri decreti paginam ire,

 vel

(*a*) Id est: *liberis*. (*b*) Otto hic aliter Conradus dictus fuit, quod nomen vel ipse in aliis diplomatibus exprimit. (*c*) Balbinus in Epitome p. 246. hanc Mariam facit Henrici Imperatoris filiam, sed id adversatur synchrono Chronographo Siloensi a nobis T. I. Monum. edito, qui p. 88. dicit hujus Ottonis, aliter Conradi dicti, socerum fuisse Palatinum Imperatoris.

vel aliquam molestiam inferre tentauerimus, me siquidem, meosque heredes malediccione obligo perpetua, ac triginta auri libras prefate ecclesie sub Imperatorie districcionis examine in integrum sine examine redditurum. Pretaxate vero dotes, quas predicte ecclesie confirmamus, he sunt: Capella *S. Nicolai* cum omnibus ei attinentibus, decimacio in *Marchta*. Tres ville in *Dobsici*, *Gesovici*, *Oblkovici*. Mansus unus in villa *Gracib*, alter in villa *Zuassu*, tercius in *Mravitic*. Capella *S. Georgii* in *Strachotim* cum tribus villis *Chaikovici*, *Popovici*, *Chrepici*. Capella *S. Joannis* in *Roketim*, cum villa una *Popovici*. Capella *S. Andree* in *Gobza* cum villa & sola taberna, & uno molendino *Ceulebou*, cum duabus tabernis *Chegost*, *Sellesovici*, *Bransudici* & *Opoyovici*, *Oderonovici*, *Nemchici*, *Bischici*, *Liski*, *Rokinicee*, *Bresava*, *Lutochor*, *Griusucea*, *Trebonchovici*, *Domamlo*. Unus mansus in *Listenvic*, *Lodinicee*, *Chrauzko*. Huius autem donacionis testes hi sunt adhibiti: *Henricus Pragensis*, & *Kaim Morauiensis* episcopi, *Wladimirus* & *Brecislaus* fratres eius, Duces *Morauie*. Actum publice in Curia nostra *Prage* anno incarnati Verbi MCXC. Indict. VIII. conc. VII. Epact. XXIII. octauo Kalendas Nouembris. Data per manum Cancellarii *Floriani*. (*a*)

XLIV.

Henricus Dux Bohemorum & episcopus Pragensis nec non Marchio Morauie, donat monasterio Lucensi Ord. Præmonstratensis villam Luca cum telonio, villa Bohmelicz, molendino, & silva Palice. dd. VII. Idus Junii in castro Betow 1195. Ex eodem Archivo Canoniæ Lucensis.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis. Anno Verbi incarnati millesimo centesimo nonagesimo quinto. Indiccione XIII. Epacta XXV. concurrente V. iuxta labentis huius seculi varietates varie in hominibus generantur mutabilitates: Inde est cerea in vicium flecti, & lucri hydropico morbo siciens presens etas multa audet, nihil pudet, dumodo viuat. Porro quia preciosus memorie thesaurus est scriptura, rerum seriem incommutabili loquens veritate, & opponens obstaculum emergentibus calumniis inconuulsum, hec siquidem seua inimicorum constringit iacula, & precludit aditum, quem fabricat mens dolosa. Huius inspectu racionis ego *Henricus* Dux *Bohemorum*, & episcopus, nec non Marchio *Morauie* pro remedio anime meæ, & fratris mei Ducis *Conradi*, ac pro uniuersis predecessoribus meis,

(*a*) Sigillum bilaterale appensum excusum damus Num. XLIII. ex eodem Archivo Lucensi, quod cum accuratissimo apographo ab Eximio Viro D. Ambrosio Jancko, Canoniæ istius Priore meritissimo collato ad petitionem nostram transmisit Reverendissimus & Excellentissimus D. D. Gregorius Lambek loci dignissimus Abbas & Ordinis Generalis Visitator, uti jam in Dissertatione nostra de Initiis Marchionatus Moraviæ meminimus.

meis, terrena pro celestibus, videlicet villam, que dicitur *Luca* adiacentem eiusdem nominis monasterio cum theolonio, & villa *Bobmelicz* cum molendino & flumine, quod ibi preterfluit, & silua, que *Palice* nuncupatur, nec non cum terra seruorum, & pleno dominio dedi perpetualiter. Et quoniam sapiens rei exitum ante metitur, & iacula preuisa minus feriunt, quod factum meum racionabile, superueniente inique occasionis scrupulo minime valeat eneruari, testimonio horum corroboraui, quorum nomina sunt hec: *Wladimirus* cum fratre suo *Bracizlao* Principes *Olomucenses*. *Zpitigneus* cum fratre suo *Zwatopluk* Principes de *Brinen*. *Vtizlaus* Prepositus *Wissegradensis* & Cancellarius Ducis *Bohemie*. (*a*) *Christophorus* Prepositus *Bolezlaviensis*. (*b*) *Witek* Archidiaconus *Sattensis*. *Laurencius* Canonicus Pragensis. *Grabise* Camerarius Ducis Bohemie. *Witek Zlanebor* Castellanus de *Budysin*. *Budiwy* Subcamerarius Ducis Bohemie. *Roprecht* Castellanus de *Podivin*. *Arnestus* Pincerna Ducis Bohemie. *Jaros* Subpincerna Ducis Bohemie. *Wilalmus* Venator Curie. *Zuda Zbralaus* filius *Zlanebor*. *Georius* Castellanus de *Netolic*. *Pertoldus* Castellanus de *Gradec*. *Macerat* Gladiator Ducis Bohemie, (*c*) qui eodem tempore dedit villam predicto monasterio, que *Lurin* vocatur, & coram eisdem testibus. Hi sunt testes de Prouincia *Znoymensi*: *Attlebus*, *Mrakota*, *Belik*, *Pazbuba*, *Ortwinus*, *Marquardus*, *Alexius*, *Zpita*, *Belen*, *Janik*, *Miroslaus*, *Thomik*. Isti vero sunt de Prouincia *Olomucensi*: *Bugota*, *Blud*, *Zudomir*, *Predbor*, *Zdebor*, *Petrek*, *Mikul*, *Zudiwoy*, *Lacub*, *Zemizlaus*. Isti autem sunt de Prouincia *Brunensi*: *Zbrazlaus*, *Petrus Superbus*, *Lewa*, *Diwa*, *Budiz*, *Bolebor*, *Radek*, *Budek*, *Ztresimir*, & alii quam plurimi *Boemi* & *Moraui*, qui eidem donacioni interfuerunt. Ut autem racionabile factum meum maius robur valetudinis in posterum obtineat, & omni euo inconuulsum permaneat, sigilli mei presentis impressione communiui. Ne autem succedentibus certis temporibus conueniens ordinacio mea possit euacuari, quatenus ea, que bona sunt ordinata, in perpetuum maneant rata, & omni generacio-

(*a*) Incognitus hucusque Præpositus iste Wissehradensis omnibus Historicis nostris, quem & Hammerschmid & Berghauer in serie Præpositorum prætermisere, cujus loco substituere Henricum ipsum hunc episcopum Pragensem, cujus diploma est, quem nuspiam Præpositi nomine subscriptum hactenus inveni. (*b*) Et iste ignoratus fuit Balbino in Epitome p. 196. (*c*) Hanc vocem *Gladiator* inter officia & munera Ducalia necdum uspiam mihi occurrisse memini. Apud Polonos præcipua erat *Gladiferi* dignitas, qui Principi in publicis pompis gladium præferre solitus, ut refert Sollerius in actis Sanctorum Tom. V. Julii p. 744. Apud nos *Armigeri* passim appellabantur. Haud vane suspicor *Wilkonem Archidiaconum* scribam seu Notarium, per quem hoc diploma datum est, gente Polonum fuisse, nam etiam primus ex usu Polonorum, diplomatibusque Polonicis vocem isthic *Castellanus* induxit, qui ut ex superioribus patet, apud nos *Præfecti* seu *Comites* vocari soliti.

cioni, que preterit, & aduenit, fixa sit, & inuiolata, accensis candelis violatores huiusmodi, quod absit, excommunicaui, & cum *Juda* traditore eos eterno cremandos igne deputaui. Actum est autem hoc in ipso die Protho-Martyris *Stephani* apud monasterium *Lucense* feliciter amen. Datum per manum *Witkonis* Archidiaconi in Castro *Betow* septimo Idus Junii. (*a*)

XLV.

Przemyslaus Ottocarus I. Rex Bohemiæ confirmat fundationem Cœnobii Wellebradensis Ordinis Cistercienſium a fratre suo Wladislao Marchione Moraviæ factam dd. 1202. Stredovskius in sacra Moraviæ Historia p. 20.

XLVI.

Przemyslaus Ottocarus Rex Bob. confirmat monasterio Insulano Ordinis S. Benedicti omnes pias donationes eidem monasterio factas cum consensu, & sub testimonio Wladislai Marchionis Moraviæ & Ruperti episcopi Olomucensis dd. XVI. Kal. Februarii anno 1205. Pitter in vita S. Guntheri p. 151.

XLVII.

Fridericus II. Imperator Henrico Marchioni Moraviæ, ejusque hæredibus concedit Mocram & Mocny in feudum cum omnibus juribus & attinentiis ad ea spectantibus. dd. Basileæ VI. Kal. Octobris 1212. Balbinus Dec. 1. L. 8. Volum. 1. p. 164.

XLVIII.

Fridericus II. Imp. inter plura jura & privilegia regno Bohemiæ concessa etiam concedit Regibus Bohemiæ jus & auctoritatem investiendi episcopos suos, scilicet Pragensem & Olomucensem. dd. Basileæ VI. Kalen. Octobris anno 1212. Balbinus ibidem p. 6.

XLIX.

Conventio de Marchionatus Moraviæ terris inter Wladislaum Marchionem Moraviæ & Ducem majoris Poloniæ. dd. 1213. In Regni privilegiis Carlsteinensibus T. 12. N. 35. p. m. 363.

L.

Diploma Henrici alias etiam Wladislai dicti, Marchionis Moraviæ, vi cujus omnes possessiones, quas Domus S. Joannis Hierosolymitani in Moravia possi-

(*a*) Appensum huic membranæ sigillum bilaterale Num. XLIV. excusum damus ex eodem Archivo, quod sane propter raritatem suam magno habendum in pretio. Prima enim fronte Henricum exhibet in habitu episcopali, altera in ducali. Diversum igitur ab omnibus nostris sigillis bilateralibus, quæ ubivis altera parte imaginem S. Wenceslai præsentat.

possidet, vel possessura est, ab omni jure Laicali liberat & absolvit. dd. 1214 (*a*) Archivum Pragense Melitensium Num. 13.

LI.

Przemyslaus Rex Bohemiæ cum consensu, & sub testimonio Wladislai Marchionis Moraviæ, atque Ruberti episcopi Olomucensis confirmat donationem Ulrici de Luticz ecclesiæ B. V. Mariæ in Plaz Ordinis Cisterciensium factam. dd. in urbe Praga VI. Idus Junii 1216. Ex Archivo Monasterii Plassensis.

In Nomine sancte & Indiuidue Trinitatis.

Przemysl Dei gracia Bohemorum Rex, uniuersis Christi fidelibus tam presentibus, quam futuris in perpetuum. Cum omnes in *Christo* pie viuentes debito Diuini precepti teneantur, ut pauperes eius, & maxime eos, qui spreta omni terrena ambicione, ardenciori desiderio amori Dei adheserunt, amplecti, atque manutenere debeant, specialiter tamen conuenit Nobis, qui ex Dei largitate, honoribus & dignitatibus, pre ceteris in hoc mundo locupletati, & adaucti sumus, huiusmodi viros deuocione bone conuersacionis probatos nostre proteccionis clypeo defensare, ac bona ipsorum non solum, que a nobis, verum eciam ab aliis collata sunt, nostre circumspeccionis vigilancia inconuulsa conseruare, & custodire. Proinde notum esse volumus, tam futuri, quam moderni temporis vere fidei cultoribus, quod fidelis noster bone recordacionis *Ulricus de Luticz* in extremo mortis articulo constitutus, pro remedio anime sue, & progenitorum suorum, contulit ecclesie *B. V. Marie in Plaz* predium quoddam nomine *Nivitz* cum omnibus pertinenciis suis, cum pratis, terris, nemoribus, pascuis & omnibus aliis libertatibus, & immunitatibus suis, quo defuncto *Protiua* Ger-

(*a*) Nescio quibus scrupulis quique agantur in communicandis archivorum suorum documentis. Ego cum jam facile ante annos 16. ab Excellentissimo Comite Kollowrath tum Melitensium Grandi Priore facultatem impetrassem exscribendorum omnium Ordinis istius diplomatum, renitentia Cancellarii, qui simul Archivarius erat, factum est, ut nonnisi domi suæ argumenta exscribere, & typum sigillorum excipere licuerit. Inter hæc argumenta & istud est, appensum vero est membranæ duplex sigillum: alterum Wladislai Marchionis Moraviæ adeo in marginibus attritum, ut ex fugientibus literis ex voce Moravia nonnisi quinque characteres ORAVI supersint, equite ipso Wladislao bene conservato. Alterum sigillum Ruberti episcopi Olomucensis prorsus illæsum est. Utrumque Num. L. excusum damus. At vero accidit paulo posterioribus annis, ut Ordo hic inclytus antiquam possessionem loci Boisce vindicare meditatus in Processu suo cum Curia Neo-Urbensi plura instrumenta permodum allegatorum apposuerit, quæ demum gratia Clarissimi Viri Josephi Zeberer Cancellarii Neo-Urbensis mecum communicata sunt. Inter ea tamen præsentis diplomatis transumtum, utpote ad Moraviam spectans, allegatum non fuit.

Germanus eiusdem consilio quorundam infidelium deceptus salubre factum aliquamdiu impedire, atque in irritum reuocare conatus est, quod & fecit. Tandem diuino timore pariter & amore nostraque admonicione correptus in communi colloquio Bohemorum *Prage* habito (*a*) presentibus Venerabilibus Episcopis Domino *Andrea Pragensi*, ac Domino *Ruberto Olomucensi*, presente nihilominus Dilecto fratre meo *Wladislao* Marchione *Morauie*, aliisque quam plurimis tam Clericis, quam Laicis non contemnende Authoritatis personis prefatam donacionem prenotatis Ecclesie fratribus tam ipsis, quam eorum successoribus in remissionem peccatorum suorum perpetuo Jure possidendam contradidit. Ut igitur hec accio firma & illibata permaneat, potestatis mee, & Domini *Pragensis* Episcopi *Andree*, necnon Domini *Ruberti Olomucensis* Antistitis, & *Wladislai* fratris mei *Morauiensis* Marchionis authoritate cum sigillorum nostrorum impressione & presentis pagine conscripcione confirmandam statui, atque corroborandam. Quodsi qua imposterum Ecclesiastica secularisue persona hanc donacionis dotem sciens instinctu diaboli violare, & aliter, quasi contra eorum voluntates immutare tentauerit, secundo, tercioue commonita, si non satisfaccione congrua emendauerit, Ecclesiastice districcioni, & eterne damnacioni se nouerit subiacere; Facta sunt autem hec anno Dominice Incarnacionis MCCXVI. Hi sunt testes, qui presentes fuerunt, quando Dominus *Albertus* Abbas *Plazensis* prememoratam villam recepit: *Andreas Pragensis Episcopus*, *Rubertus Olomucensis*, *Wladislaus* Marchio *Morauiensis*, *Martinus* Canonicus Pragensis, Magister *Joannes* Scholasticus, *Slauco* Camerarius, *Iberas*, *Benefs*, *Marquardus* frater eius, *Budiwoy* filius *Swesb*, *Henricus* filius *Witbigonis*, *Chotibor*, *Herdebor*, *Oler* & *Theislaus* filius *Thymonis*, *Stephan de Ludowitz*, *Magnus* filius *Ottonis de Wizan*, *Hermannus de Ninitz*, *Zaawis* filius *Witingonis*, *Dulubor* Judex Curie, *Scutz*, *Tilei* filius *Smil*, *Wilhelmus* socer *Protiue*, *Borutha*, *Stibor de Loz*, *Seruath*. Scriptum est hoc Priuilegium anno Regni nostri XVIII. Pontificatus Domini *Andree II.* Consecracionis eiusdem I. datumque per manum Domini *Ebbonis* Pragensis Ecclesie Prepositi Regalis aule Cancellarii in Urbe *Praga* sexto Idus Junii. Amen. (*b*)

LII.

(*a*) Id est Comitiis Regni. (*b*) In gratam animi nostri vicem hic profiteri convenit nos omnia Plassensis monasterii diplomata debere Nobili ac Consultissimo D. Fabiano Stehlik de Czenkow & Treustat Consulari Viro Urbis regiæ Plsnensis, qui eadem nobis exscribi fecit, cum monasterium Plassense diplomatum suorum vidimationem, uti vocare solemus, a Magistratu Plsnensi petiisset, ad quam quidem transumtionem tum Reverendissimi Abbatis consensus accessit.

LII.

Fridericus II. Imper. ad instantiam Henrici Marchionis Moraviæ & Magnatum tam Bohemiæ quam Moraviæ confirmat electionem Wenceslai I. Regis Boh. filii Przemyslai Ottocari I. dd. Ulmæ VI. Kal. Augusti. Indict. IV. anno 1216. Balbinus Dec. I. l. 8. Volum. 1. p. 8.

LIII.

Wladislaus Marchio Moraviæ totum circuitum loci Hranic cum villis & silvis confert monasterio Gradicensi. (*a*) Pitter in vita S. Guntheri p. 142.

LIV.

Transactio inter Dlubomislum Abbatem Brewnoviensem, & Bonifacium Abbatem Gradicensem super possessione terminorum, & circuitus de Raingicz Olomucensis diœcesis. dd. apud Pragam Indict. IX. anno 1222. Pitter ibid.

LV.

Cojata filius Grabisse testamento diversis monasteriis, ecclesiis, agnatisque transcribit complura prædia sua, cumprimis autem Sepulchro Christi in Zderas Pragæ legat villas in Moravia Bediecowice, Koietici, Jurinovici Tlustovsi, Lomusi, Sestoiowici, Ostrasan; denique duabus suis sororinis Ewfemiæ & Swatbonæ Drunovici & Ratsici. dd. anno Dominicæ Incarnationis millesimo . . . hora prima. (*b*) Ex autographo Archivi Zderasiensis.

Notum sit omnibus, quod ego *Coiata* filius *Grabisse*, (*c*) cum filios non habeam *Cristum* heredem faciens in testamento relinquo Ecclesie *Pragensi Krrici*, preter unam curiam, que subiacet Ecclesie sancti *Georgii* in *Trz.* Sepulchro *Cristi*, *Sderaziensi* videlicet Ecclesie, relinquo *Snevmmost* cum omnibus appendiciis suis, & *Wrutek* cum omnibus attinenciis suis, & *Jamru*, cum omnibus, que ad se pertinent. In *Morauia Bediecouici*, *Koietici*, *Jurinouici*, *Tlustovsi*, *Lemusi*, *Sestoiowici*, *Ostrasan*, ita duntaxat, ut Domina *Wratislawa* uxor mea regat, & possideat omnibus diebus vite sue. Ecclesie sancti *Laurencii Opatowic*, villam *Matarow*, ad *Gnewinmost* none se-

(*a*) Diploma caret notis Chronologicis, at spectare ad annum 1222. indicia quæque innuunt. (*b*) Haud dubitare licet testamentum istud anno 1227. factum, ita ut numeri XX. temporum longinquitate & injuria locorum, quibus hoc diploma depositum fuit, evanuerint. Id sequens diploma innuit, quo jam ex quibusdam hic nominatis locis donatio inter vivos fit; & confirmabit rem inferior nota de Joanne Pragensi electo, qui rite isti anno congruit. (*c*) Plures Grabissios fuisse supremis Regni nostri muniis inclytos ex superioribus diplomatibus cognoscere fas est, adeo ut alios Regum, Ducumve nostrorum Camerarios, quæ ea ætate dignitas magna fuit, alios supremos Curiæ Venatores legerimus, quo Cojata præsens gavisus sit munere nuspiam in utroque diplomate prodidit. Quanquam is autem improlis demortuus, uti hic fatetur, plures tamen Grabissei superstites permansere.

feptimane totum, totum Jus fori, necnon & tabernarum ufus fecundum numerum, quantitatem none taberne cenfus reddatur; Ecclefie *Stragowienfi* villam *Coberici*, Ecclefie *Sedlecenfi Sefemici, Krafno, Prebori, Rinine*, Sororinis meis duabus *Eufemie* & *Swatobne* in *Morauia Drunowici*, & *Ratfici*. Sororino noftro *Benes* villam *Cladorub, Kocafice, Domaslaw, Hermanno* feruienti *Radub, Marfoni. Krafícow, Mirkow, Mignarto, Cocotow, Blafio Polfice, Wogslao*, & *Boguslao Bezdrurice, Pribrslao* & *Wladorio Podgore, Podiwoy Trzu, Jarofowi Jabloni, Mileslao Welebudici, Detrico Slatenicei*. Item *Miquarto Stenkowici, Predlorio Nafcalfce, Blafio* clienti *Navifocei, Klimece, Serriblebee, Zezeme*, & *Milote* fratri eius *Hocen, Wizrece*, ita ut diuifo nemore cum Sepulchrariis (*a*) faciant fibi noualia *Nacaffo Nalgote*, & nemus, *Nalubbane, Johanni Umoftka, Oslowi, Wlocoti, Olefna Voyslao, Ugerci, Conrado, Goueni Naprorowe*. (*b*) Et quia omnium habere memoriam pocius eft diuinitatis quam humanitatis, ut ultime voluntatis mee difpoficio perpetuum robur obtineat firmitatis, teftamentum meum feci, in fcriptis redegi, faciens illud mei figilli munimine roborari. Dominum eciam electum Pragenfem rogaui, ut fuum appenderet figillum. (*c*) Teftes autem, qui rogati a me in difpoficione huius facti fuerunt, funt ifti: Dominus *Martinus* Prepofitus *Sacenfis, Clemens* Archidiaconus *Boleslauienfis*, Dominus *Berhardus* Subdiaconus curie Pont. Pragenfes Canonici, *Conradus* Abbas de *Opatow*. Abbas de *Offek*. Abbas de *Milewsk*. Abbas de *Sedlec*, *Hroznata* Comes de *Podiebrad, Muzlaus, Unka, Wok, Matheus, Caftolow, Henricus Hezema, Milota, Stognew, Benes, Nicolaus* Archidiaconus, *Vogslaus* Canonici Pragenfes. Anno Dominice Incarnacionis Millefimo..VII. facta funt hec, & confirmata hora prima. (*d*)

LVI.

(*a*) Id eft Fratribus Ordinis S. Sepulchri. (*b*) Ex tot tantisque legatis piisque terrarum donationibus conjice Cojatæ iftius divitias & potentiam. Nolim dubitare illum nepotem *Magni Grabiffæ* a Vincentio noftro p. 56. commemorati fuiffe, cujus filium Gerardum is fortiter apud Mediolanum tanquam leonem occubuiffe memorat. (*c*) Sigillum illud, quod hodie membranæ appenfum eft, Num. LV. excufum damus, e quo cognofcitur electi iftius Pragenfis epifcopi nomen fuiffe *Joannes*. Ita enim infcriptio habet: *SIGILL. IOHNIS. DI. GRA. SCE. . . . ECCLIE. MINISTRI.* Id eft: *Sigillum Johannis Dei gratia fanctæ Pragenfis ecclefiæ miniftri*, quo itaque Joannes epifcopus ante confecrationem fuam ufus eft. Non potuit is autem alius fuiffe, quam Joannes hujus nominis II. epifcopus Pragenfis, qui in hujus Cojatæ & Conradi Abbatis de Opatow fubfcripti teftis ætatem inciderat, de quo Pulkava ad hunc ipfum annum 1227.: *Joannes Pragenfis Scholafticus XIV. Kalendas Januarii Pragenfis epifcopus confecratur*, ut ita hæ literæ quoquo demum menfe ante ejus confecrationem datæ fint. Verofimillime autem adhuc ante menfem Auguftum, uti ex fequente ejusdem Cojatæ diplomate cognofcere fas erit. (*d*) Membranæ ifti & alterum hodie appenfum eft, teftatoris fcilicet Cojatæ, figillum

LVI.

Idem Cojatha de Gnevinmost filius Grabisse peculiari charta & donatione inter vivos donat ecclesiæ Zderasiensi (in qua sibi sepulchrum delegit) inter ceteras terras Bohemiæ etiam ex supra memoratis Moravicis Tlustovsi, Sestojowici, & Lemusi, ita tamen, ut ejus conjux Wratislawa priorum duorum prædiorum usumfructum ad dies vitæ habeat. dd. XI. Kalend. Augusti 1227. Ex autographo ejusdem Archivi Zderasiensis.

Nouerit presencium uniuersitas, & posteritas futurorum, quod ego *Coiata de Gnevinmost* (*a*) filius *Grabisii*, considerans carnalem mihi prolem diuinitus esse negatam, que mihi in meis bonis succedere posset, volensque *Cristum* heredem habere, & in bonis meis successorem, qui pro datis sibi reddit centuplum, & dat vitam eternam, Ecclesie *Zderasiensi* ante *Pragam*, (*b*) quam ad honorem *Cristi*, & eius sancti Sepulcri ego & Dominus *Swebor* Karissimus frater meus fundauimus, (*c*) & in qua sepulturam elegi, do, dono, & relinquo, *Gnevinmost* cum omnibus suis appendiciis, & *Wrutek* cum omnibus attinenciis suis, & *Jamne* cum his, que ad se pertinent, *Tlustovsi* & *Sestoiewice*, *Lemusi*, *Lipetim*, *Copisti* (*d*) cum omnibus eorum iuribus & utilitatibus, ita tamen, quod Domina *Wratislaua* coniunx mea dilecta *Tlustovsi* & *Sestoiewici* possideat temporibus vite sue, post mortem autem eius pertineant ad Ecclesiam memoratam. Ut autem donacio mea robur obtineat firmitatis, presens scriptum iussi sigillis predicti Domini *Sweborii* fratris mei, qui eidem Ecclesie *Sderasiensi* dedit plura sua bona, & meo roborari. (*e*) Testes horum sunt *Grosnatha* Comes de *Podibrad*, *Boguslaus*

gillum, quod duo decussata rastra hortensia exhibet (eodem Num. LV. a nobis excusum) quæ veteri patria nostra lingua *Grabice* appellabantur. An autem nobiles isti ab hoc ipso clypeo nomen suum traxerint, an illi nomini suo hæc rastra accomodaverint, quis divinet? Ceterum hoc omnium primum sigillum Nobilitatis nostræ, clypeusve est, quem hactenus ex Archivis detexi. (*a*) Jam in Annalibus nostris Hagecianis docuimus hodiernam Regiam civitatem Pontum seu Brüx antiquitus Gnewinmost appellatam fuisse. (*b*) Nova urbe Pragensi necdum condita merito dicitur ecclesiam hanc ante Pragam sitam fuisse. (*c*) Hem veros Zderasiensis monasterii & ecclesiæ fundatores, ex quo diplomate jam quædam prælibavimus Tomo I. nosttorum Monumentorum p. 231. Non igitur Zderad aliquis, ut Hagecius ad annum 1190. cumque eo posteriores volunt, fundator fuit, sed Cojata & Swebor gente Grabissii. (*d*) Scilicet prædia in Moravia sita. (*e*) Hodie a membrana hac tam sigillum Cojatæ, quam Sweborii avulsum est quocunque temporum casu. Neque vero in universo Archivo Zderasiensi plus trecentis membranis locuplete (quod totum non modo exscribi, sed etiam singulorum sigillorum typos magno sumtu transsumi fecimus) charta aliqua aut transsumtum nominati Sweborii amplius superest, quæ professo primoprima Zderasiensis ecclesiæ initia magis magisque adversus inveteratam hodie opinionem illustrasset.

laus Unka, Wok, Matheus, Castolow, Henricus, Zezema, Milotha, Stognew, Benes. Actum & datum Dominice Incarnacionis millesimo ducentesimo XXVII. undecimo Kalendas Augusti.

LVII.

Przemyslaus Ottocarus I. & Wenceslaus I. Reges Bohemiæ sub attestatione, & sigillo episcopi Pragensis & Olomucensis profitentur, quod Reges Bohemiæ debeant ab Archiepiscopo Moguntino consecrari & coronari. dd. Pragæ Indict. I. anni 1228. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 10.

LVIII.

Przemyslaus Ottocarus I. ad petitionem fratris sui Wladislai quondam Marchionis Moraviæ, necnon ex consensu Ruperti episcopi Olomucensis reiterat, & renovat omnes donationes atque privilegia Welebradensi cœnobio factas. dd. Welebradii in ipsa consecratione ecclesiæ V. Kal. Decembris 1228. Sommersberg in Script. rer. Siles. T. I. p. 919.

LIX.

Przemyslaus Marchio Moraviæ monasterio Monialium Portæ-Cœli Ordinis Cisterciensis a patre suo Przemyslao Rege fundato, confert bonum Tissnovicz, aliasque villas atque reditus annuos, quæ Wenceslaus I. Rex Bohemiæ confirmat. dd. in Znoim. Indict. VII. Pridie Kal. Novembris 1234. Sommersberg ibidem p. 922.

LX.

Przemyslaus Marchio Moraviæ confirmat omnes donationes, privilegia, & jura a patre suo Przemyslao Ottocaro, atque patruo suo Wladislao Marchione Moraviæ domui Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani in Moravia concessa. dd. 1234. Archivum Pragense Melitensium N. 16.

LXI.

Przemyslaus Marchio Moraviæ absolvit & eximit monasterium Lucense Ordinis Præmonstratensis ab omnibus præstationibus & jurisdictione Laicali. dd. 1224. Paprocius in Speculo Moraviæ fol. 248.

LXII.

Przemyslaus Marchio Moraviæ monasterio Portæ-Cœli Monialium Ord. Cisterc. consentiente Wenceslao Rege Boh. fratre suo confert villam Lomnice. dd. Brunæ VIII. Idus Junii. Indict. VIII. 1235. Sommersberg ibid. p. 923

LXIII.

Albertus Bohemus Archidiaconus Passaviensis Judex Generalis Apostolicus per Alemanniam & Germaniam mandat Th. Abbati in Zabordovicz, ut publicet per diœcesim peculiares preces pro Gregorio Papa in Canone dicendas, dehortatur ab itinere contra Pruthenos Cruce signatos. dd. apud Bru-

Brunam VII. Idus Maji 1240. Oefelius in Script. rer. Boic. T. I. pag. 788.

LXIV.

Idem Albertus Bohemus incusat inobedientes apud Brunam, jubet promulgari excommunicationem adversus episcopum. dd. apud Chladeroub VIII. Idus Junii 1240. Oefelius ibidem p. 789.

LXV.

Innocentius IV. committit Abbati de Luca Ordinis Præmonstrat. ut recognoscat querelas ab Abbate Brewnoviensi contra Magistrum Cruciferorum S. Mariæ in capite Pontis Pragensis motas ex controversia decimarum & possessionum. dd. Lateran. II. Kal. Aprilis. Pontif. anno II. id est 1244. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Innocencius episcopus seruus seruorum Dei Dilecto filio . . . Abbati de *Luka Premonstratensis* Ordinis, *Olomucensis* Diocesis salutem & Apostolicam benediccionem. Conquesti sunt nobis . . . Abbas & Conuentus Monasterii *Brewnouiensis*, quod Magister *Cruciferorum* (*a*) Domus sancte *Marie Pragensis* in capite Pontis (*b*) & quidam alii *Pragensis* Ciuitatis & Diocesis super decimis, redditibus, possessionibus, & rebus aliis iniuriantur eisdem. Ideoque discrecioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam, & appellacione remota debito fine decidas, faciens, quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellacione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Lateran.* II. Kalendas Aprilis. Pontificatus nostri anno II.

LXVI.

Innocentius IV. committit episcopo Pragensi, item Brzewnouiensi & Gradicensi Abbatibus, ut Conradum ad episcopatum Olomucensem intrusum ab omni administratione suspendant, & bona episcopatus diligenter conservari curent. dd. Lugduni V. Martii. Pontificatus anno II. Ex eodem Archivo Brewnoviensi.

Innocencius episcopus seruus seruorum Dei Venerabili Fratri . . (*b*) episcopo *Pragensi*, & dilectis filiis . . . (*c*) *Brewnouiensi*, & . . *Gradicensi Pragensis* & *Olomucensis* Diocesis Abbatibus salutem & apostolicam benediccionem. Exponentibus coram nobis J. Decano, B. Archidiacono, & Magistro J. Canonico & Procuratore *Olomucensis* ecclesie, quod *Conradus* (*a*)

(*a*) Id est Melitensium Ordinis S. Joannis Hierosolymitani. (*b*) Is fuit Nicolaus. (*c*) Clementi.

(a) Canonicus *Ildesenienſis* pro eo, quod in *Olomucenſem* eccleſiam procurauerit ſe intrudi, & ſe gerit pro epiſcopo in eadem, (b) fuit auctoritate noſtra citatus, ut noſtro ſe conſpectui per ſe, vel procuratorem idoneum preſentaret, ſuper hys ſecundum iuſticiam reſponſurus. Verum cum diucius exſpectatus contempſerit comparere, nos indempnitati eiusdem eccleſie precauere volentes, eam & domos ipſius cum bonis omnibus, que ad ipſam & epiſcopatum pertinent, ſequeſtranda, & predictum *Conradum* propter ſuſpicionem dilapidacionis, ac infamiam intruſionis ortam de ipſo, & ne ſcandalum in eodem populus Domini paciatur, ab adminiſtracione ſpiritualium & temporalium duximus ſuſpendendum. Ideoque diſcrecioni veſtre per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus domos & bona ipſa auctoritate noſtra recipere, ac diligenter conſeruare curetis, uſque ad noſtre beneplacitum voluntatis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellacione poſtpoſita, compeſcendo. Quodſi non omnes his exequendis potueritis intereſſe Tu Frater . . . (c) epiſcope cum eorum altero ea nihilominus exequaris. Datum *Lugduni* V. Idus Marcii Pontificatus noſtri anno ſecundo.

LXVII.

Przemyslaus Marchio Moraviæ Henrico de Lichtenſtein ob merita ſua donat oppidum Nicolſpurg, ſi Wilhelmus & Hermannus de Dürnholz juri ſuo in id renunciaverint. dd. in Brunna XIX. Kal. Febr. 1249. Ex Apographo Archivi Domus Lichtenſteiniæ. (d)

Premyslaus Dei gracia Illuſtriſſimi *Wencezlai* Bohemorum Regis filius, Marchio *Morauie* omnibus hanc paginam inſpecturis in perpetuum. Cenſemus conueniens, & honeſtum, ut eorum, qui ſe circa ſerenitatem Domini & & Patris noſtri Illuſtriſ. Regis *Wencezlai* & noſtram exhibuerunt fideles & deuotos recompenſemus ſeruicia beneficiis, & gracia ſingulari. Ea propter deuota & fidelia ſeruicia, que fidelis noſter Vir nobilis *Henricus de Lichtenſtein* (e) Domino & Patri noſtro ac nobis exhibuit, oculo largitatis in-

(a) de Fridebergk. (b) Auguſtinus in epiſcopis Olomucenſibus p. 282. dicit: Conradum hunc violenter a Wenceslao Rege Bohemiæ contra Willtelmum legitime a Capitulo electum intruſum fuiſſe, adeo ut Decanus & Capitulum ſpontaneum pro eccleſiaſtica immunitate exilium per ſeptennium ſubierint, nec prius quam anno 1247. Brunonem de Schœnberg (poſteaquam Wilhelmus juri ſuo & electioni ſponte ceſſit) unanimibus votis electum fuiſſe. (c) Nicolae. (d) Non ignoramus præſens atque huic ſubnectendum diploma jam excuſum eſſe in *Collectaneis Genealogico-Hiſtoricis ex Archivo inclytorum Auſtriæ Inferioris Statuum.* At vero quoniam exemplaria non modo emendatiora, ſed etiam integriora conſecuti ſumus, & maxime cum illa Nicolsburgum locum Præpoſituræ Reverendiſſimi Mæcenatis noſtri tangant, libuit hic integra inſerere. (e) Henrici iſtius de Lichtenſtein militaria facinora præſertim in Pomerania exerta, victori-

intuentes, cum dignitatem nostram dona sua deceat promere magnifice ac habunde, villam *Niclaspurg* cum ipsius attinenciis in proprietatem donamus ab eo & heredibus suis omni cessante impedimento, donec *Wilhelmus de Dyrnholz* cum fratre suo *Hermanno* eidem ville voluntarie renunciauerit, prefatum *Henricum* & heredes suos pro ipsa deinceps non impediturus, perpetuo possidendam. Et ut hec prouida nostra Nobilitatis donacio effectum consequatur pleniorem: statuimus, firmissime precipientes, ne quis ipsum & heredes suos in iam dicta villa de cetero impedire debeat, seu aggrauare. Ut autem ea, que prediximus, apud posteros perpetuo rata & inconcussa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta hec sunt in *Brunna* presentibus his testibus: Domino *Brunone* episcopo *Olomuzensi*, Comite *Otthone de Plawen*, *Hawlone de Lewenberk*, *Sdezlao de Sternberk*. Item Nobilibus nostris de Morauia *Witkone de Krawar*, *Hadoldo* fratre, *Voyslao*, *Hartlebo & Jenzone* fratribus, *Hermanno de Ninicz*, *Hincone de Jeromirz*, *Wilhelmo de Uztopesch*, *Ceiczone & Sdezlao* fratribus. Nobilibus vero de *Austria*: *Pilgrimo de Schwarzeno*, *Friderico de Gerlochs*, & fratre suo *Conrado*, *Albertone*, *Henrico & Diethmaro* fratribus *de Boumgarten*, & quam pluribus aliis. Datum in *Brunna* per manum Magistri *Wilhelmi* Curie nostre Notarii. An. D. MCCXXXXIX. XVIIII. Calend. Februarii.

LXVIII.

Przemyslaus Marchio Moraviæ renunciatione facta fratrum de Dyrnholz pleno jure Henrico de Lichtenstein tradit Nicolsburgum. dd. in Brunna XV. Kal. Decemb. 1249. Ex simili Apographo Archivi Domus Lichtensteiniæ.

Premyslaus Dei gracia Illustrissimi *Wencezlai* Boemorum Regis filius, Marchio *Morauie* omnibus hanc literam inspecturis in perpetuum. Censemus conueniens & honestum, ut eorum, qui se circa serenitatem Domini & Patris nostri Illustris. Regis *Wencezlai*, & nostram exhibuerunt fideles & deuotos, recompensemus seruicia beneficiis, & gracia singulari. Ea propter deuota & fidelia seruicia, que fidelis noster vir Nobilis *Henricus de Lichtenstein* Domino & Patri nostro ac nobis exhibuit, oculo largitatis intuentes, cum dignitatem nostram dona sua deceat promere magnifice ac habunde, villam in *Niclaspurch* cum ipsius attinenciis, quam Nobilis noster *Wilhelmus de Dyrnholz* impetrauit, in nostra presencia constitutus voluntarie

amque illius ad Thorunum adversus Swatoplucum Pomeraniæ Ducem obtentam pluribus prosequitur Martinus Cromerus, aliique. Facinora illius militaria pro Rudolpho I. exerta refert etiam Thomas Ebendorffius ab Haselbach in Chronico Austriæ.

tarie liti cessit, ipsi *Henrico* & heredibus suis conferimus secundum ius & consuetudinem *Theutonicam* perpetuo posidendam. Et quod prouida nostre Nobilitatis donacio effectum consequatur pleniorem statuimus firmissime precipientes, ne quis ipsum & heredes suos in presata villa deinceps impedire debeat seu aggrauare. Ut autem ea, que prediximus, apud nos perpetuo rata & inconuulsa permaneant, sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in *Brunna* presentibus his testibus: *Gallo de Lewenberk*, *Jeroscho de Zliucn*, *Wenceslao de Sternberk*. Item Nobilibus Morauie: *Botechone*, *Hartlibo*, *Jenczone*, *Simoni* & *Chadoldo* orphanis filiis *Czieczonis*, *Wikardo*, *Ulrico*, *Friderico de Gerlochs*, & quam pluribus aliis. Datum in *Brunna* per manum Magistri *Wilhelmi* Curie nostre Notarii. Anno Domini Mill. CCXXXXVIIII. XV. Calend. Decembris.

LXIX.

Przemyslaus Marchio Moraviæ ad preces Brunonis Episcopi Olomucensis confirmat omnia privilegia ecclesiæ Olomucensi dd. die S. Thomæ Apostoli 1250. Paprocius in Speculo Mor. fol. 37.

LXX.

Wenceslaus Rex Bohemiæ & Przemyslaus Marchio Moraviæ confirmant Jura tam Municipalia quam Montana civium Iglaviensium. (*a*)

LXXI.

Przemyslaus Marchio Moraviæ confirmat donationes a se, Bavaro Viro Nobili & matrona Domina Dobislava Hospitali S. Joannis Hierosolymitani factas. dd. apud Netbolicz. Indict. VIII. anno 1251. Ex apographo Perillustris Equitis D. de Rosenthal Archivarii Cæsarei.

In nomine Patris, & Filii & Spiritus Sancti. Amen. *Premisl* diuina clemencia Marchio *Morauie* & Dux *Austrie* omnibus in perpetuum. Considerantibus nobis, quod ea, que geruntur, sub tempore vetustas obliuionis consumat, adeo ut factorum presencium non sit apud futuros recordacio, quippe cum in rebus humanis nihil constet esse durabile, placuit & visum fuit utile, ut subscriptorum seriem gestorum in litera, cui nunquam vita deficit, transmittamus memorie posterorum. Cunctis igitur tam presentibus, quam futuris fieri volumus manifestum, quod cum dilectus fidelis noster *Bauarus* Vir Nobilis, diuino tactus Spiritu, villas quasdam subnotatas, has videlicet: ecclesiam & Domum Hospitalis *Straconicz*, *Horasouicz*, *Horca*, *Susedouicz*, *Matinicz*, *Lubeticz*, *Radaseyowicz*, *Miloncuicz*, *Ptacouicz*, *Lom*

(*a*) Instrumentum istud præfixum est Juri Iglaviensi, quod pag. 205. excusum dedimus. Caret quidem omnibus notis chronologicis, sed ad confinia annorum istorum pertinere ibidem in observationibus praviis ostendimus.

Lom, Chirti, cum suis appendiciis, & Matrona Domina *Dobislava* villam *Lusicz* cum suis attinenciis Hospitali (& predictus Marchio villam *Mocarow* addidit) sancti *Joannis Baptiste in Hierusalem*, absolute de suis proprietatibus libere contulissent, ad nostram venientes presenciam deuote & humiliter nostre magnitudini supplicarunt, quatenus easdem donaciones Hospitalis predicti Domui Procuratoribus tum loci *Straconicz*, iure perpetuo seruituras, dignaremur de speciali nostre magnificencie gracia confirmare. (*a*) Dignum itaque arbitrati iustis ipsorum & honestis postulacionibus annuere, donaciones predictas ratas & gratas habentes, & eas nihilominus, utpote factas racionabiliter approbantes presentibus confirmamus. Ut autem hec nostra confirmacio robur habeat, & perpetuam firmitatem, nomina Virorum Nobilium huic litere pro abundanti cautela in testimonium iussimus annotari. *Vitco de Nouo castro*, *Hrauisa* filius *Vitconis*, *Vitco de Lebecow*, *Subislaus* filius *Sueza*, *Jaroslaus* frater *Galli*, *Cunradus de Janowicz*, filius suus *Burghardus*, *Wilhelmus de Podiebrad*, *Wocco de Rosenthal*, *Hwoysa* cum fratre *de Dol*, *Predocha* cum fratribus *de Blattna*, *Vlricus* filius *Budislai*, *Vlricus Lepus*, *Heyzt de Budoywicz*, *Smilo de Luchtenburg* cum filio suo, *Petrus Vwani de Leiewicz*, *Wernerus de Serdow*, *Vwanus de Repicz* cum fratre, *Desiderius de Hranicz*, *Withmar de Sesicz*, *Boboslaw de Vedsow*, *Dobez de Bukownik*, *Habrec de Dubrawicz*, *Gaudencius* Capellanus Marchionis. In cuius rei euidentiam presentem literam predicte Domus fratribus duximus conferendam nostri sigilli munimine roboratam. Acta sunt hec anno Dominice Incarnacionis MCCLI. Indict. VIII. Datum apud *Netbolicz* per manus Notariorum nostrorum *Wilhelmi* & *Gotschalci*.

LXXII.

Innocentius IV. dispensat cum Marquardo de Thurz & Ludmilla Nobili Olomucensis Diœcesis in quarto gradu affinitatis. dd. Lugduni III. Idus Decembris. Pontif. anno VI. Id est anno 1251. Ex Regestro anni VI. Pontif. Innocentii IV. Baluzius L. 1. p. 437.

LXXIII.

Przemyslaus Marchio Moraviæ bona omnia in Moravia confirmat Crucigeris cum rubea stella. dd. Znoymæ 6. *Junii anno* 1252. Beczkowsky in Chronico vernaculo Boemiæ p. 406.

LXXIV.

Przemyslaus Marchio Moraviæ confert Diethmaro de Steyer jus sibi

(*a*) Hem certa & indubitata Grandis Prioratus Melitensis Straconicensis initia.

competens in castro Lostein. dd. apud Linzam III. Kal. Septemb. 1252. Collectanea Archivi Stat. Inf. Austriæ p. 215.

LXXV.

Wenceslaus Rex Bohemiæ cum testimonio filii sui Przemyslai Marchionis Moraviæ confirmat omnia bona, jura, immunitatesque Crucigeris cum rubea stella tam in Bohemia quam Moravia. dd. Pragæ die 6. Aprilis anno 1253. Beczkowsky c. l. p. 408.

LXXVI.

Przemyslaus Ottocarus II. Boh. Rex confirmat Avi sui literas, quibus Præposito ecclesiæ Olomucensis dignitas Cancellarii Marchionatus Moraviæ cum villa Ubercz confertur. dd. Oppaviæ XVII. Kal. Aug. 1256. Balbinus in Epitome p. 253.

LXXVII.

Przemyslaus Ottocarus II. Rex Boh. confirmat omnes possessiones Domus S. Joannis Hierosolymitani per universam Moraviam. dd. anno 1256. Archivum Pragense Melitensium N. 24.

LXXVIII.

Alexander IV. Papa committit Abbati de Porta Apostolorum, nec non Decanis Wratislaviensis & Olomucensis ecclesiæ inquisitionem causæ Monialium in Swietecz, quas Magister & fratres Hospitalis Hierosolymitani regulis & professione Ordinis sui stringere nitebantur. dd. Laterani XV. Kal. Maji Pontif. anno III. Id est 1257. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis . . . Abbati de *Porta Apostolorum* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis, item Decano . . . *Wratislaviensi* & *Olomucensi* salutem & Apostolicam benediccionem; Dilecte in *Cristo* filii . . . Magistra, & Sorores Ecclesie de *Sowecz* (*a*) nobis significare curarunt, quod Magister, & fratres Hospitalis *Jerosolymitani* de *Boemia* ea occasione duntaxat, quod ipse aliquando eorum signum de ipsorum voluntate in suis portarunt vestibus, licet quod eorum ordinem profiteri nolebant, semper fuerint protestate, & adhuc eorundem fratrum, vel alterius ordinis obseruanciam minime sint professe, dictorum fratrum profiteri ordinem, & obedienciam sibi prestare ipsas compellunt inuitas, eas occasione huiusmodi laboribus & expensis multipliciter aggrauando. Quo-

(*a*) Tam in hac Alexandri IV., quam Clementis V. Bulla nomen hujus Parthenonis corrupte scriptum est. Vocabatur autem Swietecz, hodie locus Schwatz appellatur in Districtu Litomericensi situs. Posterius ergo Moniales hæ regulam & Ordinem Canonicorum S. Sepulchri Zderasiensis amplexæ sunt, sub quorum directione etiam post Ziskianam monasterii istius eversionem stetere. Hodie Parthenonis istius bona adscripta sunt mensæ Archiepiscopali Pragensi.

Quocirca discrecioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus vocatis qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propositis, quod Canonicum fuerit, appellacione postposita, statuatis, facientes, quod decreueritis, per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram eandem appellacione cessante, cogatis veritati, testimonium perhibere. Quod si non omnes hys exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum *Laterani* XV. Kalendas Maii, Pontificatus anno tercio.

LXXIX.

Alexander IV. dat potestatem Pragensi & Olomucensi episcopo, ut inungant & coronent Primislaum Ottocarum, cum Wernerus Archiepiscopus Moguntinus nondum sit a se confirmatus. dd. Anagniæ II. Non. Octobris Pontif. anno VI. id est 1260. Goldastus in Supplemento Actor. public. p. 258.

LXXX.

Urbanus IV. eximit Religiosos Ordinis S. Sepulchri de Zderas Pragensis Diœcesis eorumque ecclesias a jurisdictione episcopi Olomucensis. dd. Viterbii VI. Kal. Maji. Pontif. anno I. id est 1261. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filiis . . . Preposito, & fratribus Domus Dominici Sepulchri de *Sderaz* Ordinis Sancti *Augustini Pragensis* Diocesis salutem & Apostolicam benediccionem. Pro re delectabili & iocunda ducimus, ut cum loca Diuino dicata cultui ex potestate nobis diuinitus attributa multipliciter honorare possimus, sanctam *Jerosolimitanam* Ecclesiam, & uniuersa loca subdita sibi, de cuius regimine, licet immeriti, fuimus ad Apostolice dignitatis fastigium euocati, graciosi fauoris munere prosequamur. Sane peticio vestra nobis exhibita continebat, quod licet in Ecclesiis, quas in *Olomucensi* Ciuitate ac Diocesi obtinetis, per fratres domus vestre Presbyteros consueueritis a tempore, cuius non existit memoria, facere seruiri. Venerabilis tamen frater noster *Olomucensis* Episcopus vos super hoc interdum molestat, pro sue libitu voluntatis in vestrum, ac eiusdem domus preiudicium, & ipsius Ecclesie *Jerosolimitane*, ad quam prefata domus pleno iure pertinet, non modicum detrimentum. Quia vero iam dicta Ecclesia cum omnibus suis membris ad *Romanam* Ecclesiam nullo pertinet mediante, nos ipsam volentes plena exempcionis libertate gaudere, ut in dictis Ecclesiis sicut hactenus, sic & in posterum per huiusmodi fratres possitis facere deseruiri, non obstante contradiccione

temeraria, prefati Episcopi vobis auctoritate presencium indulgemus. Sentencias autem suspensionis, aut interdicti, vel excommunicacionis, si que propter hoc in vos, vel aliquem vestrum per eundem Episcopum, aut alium de mandato eius promulgate fuerint, ex nunc decernimus irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis, & constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbii* VI. Kalendas Maii. Pontificatus nostri anno primo.

LXXXI.

Urbanus IV. committit episcopo Pragensi, ut defendat Religiosos S. Sepulchri in Zderas adversus Decanum & Capitulum ecclesiæ Olomucensis, quod eorum ecclesias Brunensem, Znoymensem & Betonensem indebitis exactionibus aggravat. dd. Viterbii VI. Kal. Maji. Pontif. anno primo, id est 1261. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri . . . Episcopo *Pragensi* salutem & Apostolicam benediccionem. Dilecti filii . . . . Prepositus & fratres Domus Dominici Sepulchri de *Sderas* nobis grauiter sunt conquesti, quod Decanus & Capitulum *Olomucensis* Diocesis *Brunensem*, *Znoemensem* & *Betonensem* Ecclesias ad dictam domum pleno iure spectantes indebitis exaccionibus aggrauant, & molestant. Quocirca Paternitati tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si est ita, dictum Decanum quod ab huiusmodi exaccionibus omnino desistat, monicione premissa per censuram Ecclesiasticam appellacione remota preuia racione compellas. Non obstante, si eis, vel ipsorum alicui a Sede Apostolica sit indultum, quod suspendi, vel interdici, aut excommunicari non possint, sine aliqua ipsius Sedis indulgencia per quam effectus iusticie in hac parte impediri valeat, vel differri, & de qua in nostris literis plenam & expressam oporteat fieri mencionem, seu constitucione de duabus diebus edita in Concilio generali, ita quod ultra terciam vel quartam aliquis extra suam Diocesim auctoritate presencium ad iudicium non trahatur. Datum *Viterbii* VI. Kalendas Maii Pontificatus nostri anno primo.

LXXXII.

Urbanus IV. eximit Religiosos Ordinis S. Sepulchri in Zderas ab omni subsidio Archiepiscopis aut Episcopis præstando. dd. Viterbii VII. Kalend. Maji. Pontif. anno primo id est 1261. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Urba-

Urbanus Episcopus seruus seruorum Dei Dilectis filiis Preposito & fratribus Dominici Sepulchri de *Sderaz* Ordinis sancti *Augustini Pragensis* Diocesis salutem, & Apostolicam benediccionem. Pro re delectabili & iocunda ducimus, ut tam loca Diuino dicata cultui ex potestate nobis diuinitus attributa multipliciter honorare possimus, sanctam *Jerosolimitanam* Ecclesiam, de cuius regimine, licet immeriti nos fuimus ad Apostolice dignitatis fastigium euocati, cum locis sibi subditis attollimus munere gracie specialis. Hinc est, quod nos vestris supplicacionibus annuentes, auctoritate vobis presencium indulgemus, ut ad exhibicionem procuracionum, vel cuiuscunque subsidii faciendam Archiepiscopis vel Episcopis, aut quibuscunque Ordinariis, vel Ecclesiarum Prelatis, seu eciam Legatis & Nunciis Apostolice Sedis minime teneamini, nec ad id compelli possitis sine speciali mandato Sedis eiusdem faciente plenam & expressam de Sepulcro Dominici & indulgencia huiusmodi, ac toto eius tenore de verbo ad verbum plenariam mencionem. Nos enim nihilominus suspensionis, interdicti, & excommunicacionis sentencias, si quas in vos, vel aliquem vestrum seu vestram Ecclesiam per quemcunque contra indulgenciam ipsam promulgari contigerit, ex nunc decernimus irritas & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis & constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, Indignacionem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Viterbii* VII. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

LXXXIII.

Przemyslaus Ottocarus II. Rex Boh. concedit ut Olomucii theatrum seu domus communis, quæ vulgo Rathaus dicitur, ædificetur. dd. apud Iglaviam III. Idus Octobris 1261. Paprocius in Speculo Moraviæ fol. 382.

LXXXIV.

Frater Hartnodus Magister Hospitalis Domus Teutonicæ in Prussia concedit Herborto de Fulstein Nobili Moravo castrum Wessenburg cum pertinentiis. dd. in Elbinga. Indict. IV. 1261. Paprocius ibid. fol. 405.

LXXXV.

Przemyslaus Ottocarus Rex Bohemiæ confirmat Henrico de Lichtenstein donationem oppidi Nicolspurg a se Marchione adhuc Moraviæ factam. dd. Viennæ. Kal. Maji. 1262. Collectanea Archivi Statuum Infer. Austriæ p. 192.

LXXXVI.

Joannes Dux Oppaviensis Nobili Sadkoni de Besovicz confert villam

Beso-

Besovicze cum omnibus appertinentiis. dd. Ratiboriæ ante festum S. Jacobi Apostoli 1262. Paprocius in Speculo Mor. fol. 225.

LXXXVII.

Richardus Romanorum Rex investit & confirmat Przemyslaum Ottocarum in Principatibus Regni Bohemiæ, Marchionatus Moraviæ, ac omnibus feudis ad hos duos Principatus spectantibus. dd. Aquisgrani IX. Augusti. Indict. V. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 14.

LXXXVIII.

Smil Burggravius Brumoviensis, ejusque conjux improles cum consensu Regis Przemyslai & Brunonis episcopi Olomucensis in terris suis hereditariis fundant locupletissime Abbatiam Ordinis Cisterciensis (cui nomen ab ipso fundatore Smilheim impositum) Wellebradensique Abbati subordinatum volunt. dd. in Oborz, die Dominica in Octava B. Mariæ Virginis in cælos assumptæ anno 1264. Ex Codice chartaceo sæculi superioris Bibliothecæ Waldsteinianæ Duxoviensis. (*a*)

In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Amen. Nos *Smil* Burggravius *Brumoviensis* cum nostra Charissima Conjuge: Cum tam sacra Scriptura, quam quotidiana experientia doceat, quod omnes quasi aqua immergamur terræ, inde nunquam redituri; hinc necesse est, ut secundum *Christi* præceptum thesaurizemus nobis thesaurum indeficientem in cœlis, quem neque ærugo neque tinea corrumpit, neque fures effodiunt & furantur, item ut in præsente sæculo amicos nobis faciamus, ut dum de hoc mundo migraverimus, nos recipiant tanquam oves perditas in æterna tabernacula. Notum facimus: cum ex Dei dispositione prolibus atque hæredibus destituti simus, quod ad Dei Omnipotentis, sacratissimæ Virginis *Mariæ* Matris ejus, & Sanctorum omnium laudem & honorem in nostra hæreditate dicta *Wizowicz* exstruxerimus Abbatiam Ordinis *Cisterciensis* cum pleno & integro consensu Serenissimi Principis, Domini nostri Regis Boh. *Przemyslai* dicti *Ottocari* Ducis *Austriæ* & *Styriæ*, Marchionis *Morauiæ*, simul & cum assensu Venerabilis in Christo Patris Domini *Brunonis* episcopi *Olomucensis*, in cujus Diœcesi hæreditas nostra existit. Nomen autem huic Abbatiæ a nomine nostro

(*a*) Codex hic complectitur Miscellanea Historica, quæ collecta fuere industria Reverendissimi Viri Thomæ Pessinæ a Czechorod a suo Marte Moravico, & Phosphoro septicorni in orbe literario notissimi. Non dubitamus pro consuetudine illius sæculi diploma istud latino sermone fuisse exaratum, nonnisi vernaculum tamen a Pessina in hoc codice ad posteritatem transcriptum est, quod igitur latino idiomate donari fecimus, atque hoc insinuandum fuit, ne si fortassis aliquando primigenium instrumentum detegeretur, quis miretur, id verbis a præsente deflectere.

ſtro impoſitum, (a) ejusque viſitationem Honorabili in *Chriſto* Patri *Nicolao* Abbati eccleſiæ *Welebradenſis* commiſſam volumus, a quo ejusque ſucceſſoribus aut vices gerentibus ordinationes & præcepta Ordinis ſuſcipere tenebuntur.

Ut autem Abbatia a nobis fundata felices progreſſus faciat, & fratribus ibidem diu noctuque Deo famulantibus de ſuſtentatione congrua, vitæque neceſſariis proſpiciatur, infra ſcriptas villas atque poſſeſſiones illis dedimus, & jure hæreditario in perpetuum poſſidendas tradidimus. Primo quidem *Wizowicz* cum foro venalium diebus Martis, *Chraſticzow, Lutonin,* item villam, quam tenuimus in *Zadwerzſicz, Drnowicz, altam Lhotam,* quæ *altum pratum* vulgo vocatur, *Vilperkam,* vel aliter *Augezd* dictam villam cum foro venalium die Jovis, item prata *Haluzicz* & *Mysleniow*, & alia prata in ſilvis, quæ a fratribus eodem jure poſſideri volumus, quo a nobis tenebantur, quæ omnia cum eorum pertinentiis illis in perpetuum habenda, tenenda, & fruenda dedimus. Cum autem rerum poſſeſſio, niſi chartis firmetur, e memoria elabi ſoleat, & ſæpius poſteros in errores atque lites inducat, idcirco donationum harum omnium terminos & fines, prout nos eas tenuimus, atque hucusque libere & quiete ſine omni impedimento finitimorum noſtrorum poſſedimus, his literis accurate inſcribi juſſimus, ne futuris temporibus cum fratribus ante dictis ullæ controverſiæ, contentionesque enaſcantur. Incipiunt autem termini cis *Sluſſowiczium*, in loco, quo oritur & fluit *Oſtrata*, & poſt poſtremum confluentem, qui poſt montem oppoſitus eſt *Sluſſowiczio;* in hoc monte progrediuntur termini ad certam aquam, cui nomen eſt *Wſſemina*, & abinde per montem deorſum procurrunt

(a) Videlicet *Smilheim*, uti paulo inferius jam vocatur. Sartorius in Ciſtercio bis tercio p. 1089. hoc monaſterium aliter *Wizovitium* appellatum ait, idque fundatum fuiſſe a familia Cunſtadea, ſcilicet *Smilone filio Comitis Gebhardi de Berneko & Nidde* ſub nuncupatione: *Roſa Mariæ.* Sed cum toto cœlo aberraſſe convincit Chronicon Zdiarenſe p. 48. ab Olavo. O. Celſio Upſaliæ editum anno 1745., in quo dicitur Smilonem iſtum Gerhardi filium anno 1312. juvenem relicto hærede Botzkone deceſſiſſe, quod itaque neque præſenti Chronologiæ, neque ipſiusmet Smilonis Smilheimenſis confeſſioni, qui ſe improlem ſcribit, reſpondet. Erat omnino huic Smiloni Gebhardi filio gente Cunſtadeo patruus quoque nomine Smilo, ſed cum is jam anno 1258. mortuus ibidem p. 49. perhibeatur, idemque filium heredem reliquerit, Smilheimenſis haud eſſe potuit fundator. Jam quidem etiam Balbinus Dec. 1. L. 3. p. 231. hunc Smilonem Cunſtadeum facit, ſed falſum arbitror ex literis anni 1494. Victorini & Henrici Ducum Monſterbergenſium Cunſtadeorum gente, quibus monaſterii iſtius bona cum civitate Wizowicz Boczkoni Kuna de Kunſtat tradiderunt. Id enim plus non innuit, quam ſæculo XV. finiente hujus monaſterii bona penes Cunſtadeos fuiſſe. Literas has æque in eodem Codice Duxovienſi repertas ad dictum annum 1494. proferemus.

runt ad locum, in quo a dextris oritur *Rokytnicze*, a finiſtris *Trnawa*. Ab his duobus rivis retro procedunt ad *Tieſſik* torrentem & ſecundum iſtius curſum uſque ad flumen *Beczwa*, comprehenduntque quidquid a prædicto monte fluit, ſeu pluviæ, ſeu vivæ aquæ ex parte dextra in *Beczwam* uſque in *Senicz*, atque prope montem. Ab hujus latere progrediuntur ad montem *Polomne*, uſque eo dum occurrat *Platna Seminka*, quæ ab hoc monte profluit, & ubi duo montes initium ſumunt *Smolni* dicti prope ipſa litora, quibus locis plenam & certam habuimus & habemus poteſtatem molendina exſtruendi, nec non jus in ſilvas, & in virgulta, ſi quæ excreverint, denique in piſcationes aut quascunque alias res, quæquæ inde provenire poſſunt. Infra *Smolinie* recta procedunt termini ad *Kamenz*, ubi concurrunt cum *Wiſſnowa* & *Bobatin*, oſtenduntque limitem, ubi fluit *Smewerka*. In eundem rivum *Smewerka* exonerat ſe torrens, qui initium ſumit infra montem retro *Wlacbowicz*. Ad torrentis iſtius ſcaturiginem (quæ eſt ſupra *Meczedlni*, mediumque tenet inter *Mileniowy*) inveniuntur montes, qui per aquam pluviam iſthic currentem abrumpunt terminos, donec perveniatur ad rivum dictum *Lipowsky*, ubi exoritur *Luzni*. Abhinc procedunt ad fontes, ſcaturiginemque rivi *Luzni*, ambiuntque montem, qui primus in ſilva prominet, quo loco attingunt plures torrentes ex utraque parte caſtri dicti *Sebradt* decurrentes, ſcilicet ſub monte, cui caſtrum iſtud impoſitum eſt. Præterea iſthic duo montes, quorum alteri nomen eſt *Mrzeſt*, alteri *Tluſta bora* fines terminorum oſtendunt, verbo vocantur *Oslno*, illudque innuunt, quod infra hos montes tres aquæ ſcaturiant, quæ uniuerſim *Oslna* appellantur, quæquæ proprie finalem terminum limitum conſtituunt decurrentes per *Zelicbowicz* in *Drewnicz*.

Notum etiam facimus, quod *Zadwerzicz*, *Lipe* & *Zelicbowicz* villas in mox nominatis terminis cenſas Nobilis Vir de *Huſtopecz* ex liberrima voluntate ſupra dictis fratribus ea conditione contulerit, ut in eas non prius, atque poſt mortem illius jus aliquod habeant. Eadem conditione prudens vir *Petrus* nonniſi poſt mortem ſuam iisdem Fratribus de *Smilbeim* libere tradidit villam *Slopny* nomine ſuo & fratrum ſuorum. Pertinet autem villa *Slopna* ad *Wilperk*, quæ præterea illius Parochia eſt. Antedictas itaque villas, terminorumque memoratorum conſcriptionem cum ſcitu & permiſſione Domini noſtri Regis *Przemyslai Ottocari* fecimus, alias vero præterea villas in Moravia ſitas diviſim plena etiam libertate iisdem Fratribus chartis peculiaribus tradidimus: nempe *Wyſokam Lbotam* villam ad fluvium *Hroznikow* ſitam, quæ limites ſuos protendit uſque in *Drotymin*. Item villam *Sſanow* in limitibus *Hungariæ*, nec non villam *Nywnicz* cum his terminis: Incipiunt nempe

pe cum fluvio seu fonte *Tieznow* dicto, & procurrunt, terminanturque post montem *Kralowa Hora* dictum, isthic duo rivi a parte superiore exonerant se in flumen *Byſtricz*. Abhinc progrediuntur usque ad locum quo *Lubna* oritur, inde usque ad *Dubrowicz*, subtus quam villam *Lubna* fluit, rectaque se flectunt circa scaturiginem penes *Beczkow* & *Brikawecz* versus rivum, qui ex *Slawkow* profluit. Abinde protenduntur in *Polow*, ibi concurrunt, proceduntque post *Sſanow* ad rivum *Zleby* dictum *Dukow*, cujus medietas fluit versus rivum *Niemczan*, & per *Harowes* infra montem *Kralowa Hora* dictum in *Tauſskow*. Silvam etiam, ex qua supra nominatus Serenissimus Rex *Przemysl* ligna benevole & clementer dedit pro ædificiis & aliis omnibus Fratrum necessitatibus. Et quamvis intra scriptos limites villæ exstruerentur, aut cuicunque a securis Principibus darentur, prædicta tamen villa ab hac silva & ejusdem utilitatibus non debet separari. Limites autem hujus silvæ hoc ordine procedunt: Incipiendo a pratis per totum montem usque ad fluvium *Klenowni* dictum, item per montem *Gaworni* ex utraque parte æqualiter usque ad rivum *Niemecz* & villas *Plepowecz*, *Lbotam*, *Cbropin*, *Zarzicz*, ubi divisio finium est, incipiuntque in via, qua itur per *Crzmi* in *Brzeſt*, eo loco, quem proxime alluit *Moſſtienicze* rivus, isthic descendunt, & juxta eum procurrunt usque ad *Moravam* fluvium; dein juxta litora *Moravæ* protenduntur, eandemque silvam ambiunt, uti & insulam *Geſtrzab* in flumine *Morava* positam. Abhinc denuo *Morava* terminus est per *Lukawicz in Becziwi*, servatque suam latitudinem, donec redeat eo, ubi initium sumpsit. Has omnes aquas, seu fluvios cum utroque litore, piscationibus, molendinis erectis aut erigendis, insulis, juribus, & libertatibus, aliisque quæ hic proprio nomine non exprimuntur, ante dictis Fratribus, prout nos ea sine omni impedimento possedimus, in perpetuum possidenda tradidimus. Præterea etiam eorundem Fratrum possessionibus adscribimus ea, quæ in villa *Brzezolup* propria nostra fuere. Item villam *Czechovicz*, quæ in dotem cum suis appertinentiis ecclesiæ data est. Villarum præterea *Lowczicz*, *Przeſtawlk*, *Civikow* medietatem cum suis terminis, silvis & attinentiis eisdem fratribus concessimus. Termini autem harum villarum ambiunt integrum montem a valle incipiendo prope *Necbwalin* usque ad fastigium montis, & per viam usque ad *Geleny Roby*. Item villas *Leſſni* & *Oleſs* sitas prope *Brunam*, quarum termini initium sumunt e regione *Podoli*, & protrahuntur usque ad viam communem *Brunenſem*, juxta quam procedunt, usque ad confinia *Podolii*, abhinc descendunt ad viam, quæ ducit ex *Slatin* in *Sslapanicz*, & revertuntur illico ad viam communem ante dictam. Abhinc procurrunt in *Proticz* &

& *Skalicz*, ambiuntque *Skalicz*, & montem, qui ad silvam prominet, illud quidem montis latus, ubi e regione ex summitate montis dicti *Czista Hora* defluunt aquæ pluviæ in vallem, & ubi videntur duæ foveæ. Abhinc recta progrediuntur termini a tergo *Czimanicz*, ascenduntque in montem *Wistka* dictum, descenduntque rursum in vallem, ubi scaturit *Stelnicz*. His locis, quæcunque aquæ pluviæ confluunt, aut quicunque dextra parte montis rivi decurrunt, iisdem terminis includuntur. Omnes itaque silvas, prata, piscationes utriusque litoris, & omnes quascunque res ad hæc pertinentes cum suis utilitatibus, prouti nos eadem tenuimus, & fruiti sumus, voluntarie, libereque prænominatis Fratribus in perpetuam quoque possessionem concessimus. In his autem hæreditatibus & possessionibus a nobis universim collatis comprehensas volumus omnes utilitates undecunque provenientes, omnes agros aratos aut non aratos, omnes montes, valles, silvas, prata, pascua, piscationes, molendina instructa aut non instructa, virgulta aut alia cujuscujus demum nominis, nihil nobis penitus reservantes absque omni dolo prædictis Fratribus concedimus, & pleno jure tradimus, facientes & statuentes sæpe nominatos Fratres horum omnium veros, legitimos, perpetuosque esse & fore hæredes atque possessores.

Acta sunt hæc coram Serenissimo Rege & Domino nostro *Przemyslao Ottocaro*, *Austriæ* & *Styriæ* Duce, Marchione *Moraviæ &c.* Præterea coram eodem facta est cessio & donatio permodum ultimæ voluntatis in remedium animarum, & ex legato testamenti nonnisi post obitum effectum suum sortituri super medietate in *Zaduerzicz*, villæ *Lipe*, & *Zelicbovicz*, quam supra nominati Nobiles Viri *Wilbelmus de Hustopecz*, & frater ejus de *Slopna* prædictis Fratribus dederunt. Ad quam quoque Serenissimus Princeps consensum suum præbuit. Ut vero hæc nostra donatio firmitatem & robur obtineat perpetuum literas istas sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari & confirmari. Rerum autem harum testes sunt: Venerabilis Dominus *Brun* episcopus *Olomucensis*, *Ernestus* scriba, *Buress* Dux *Monsterbergensis*, *Smil Wilbelm de Hustopecz*, *Wilbelmus de Krnow*, *Astlebus* frater *Yacow*, *Gilges de Swabenicz*, *Benessius Milota*, & *Andreas* fratres, *Kuna de Wewerczi* Marescallus *Moraviæ*, *Smil de Kocbtan* filii *Boczkonis*, *Sudomirz* Camerarius *Brzeslaviensis*, *Joannes de Temnicz*, *Adalbertus de Wassomicz Wasso*, *Petrus de Slopna*. Datum in *Oborzi* in Capitulo Fratrum *Prædicatorum* die Dominica in octava Assumptionis B. *Mariæ* Virginis. Anno a Nativitate *Christi* Millesimo ducentesimo sexagesimo quarto. (*a*)

LXXXIX.

(*a*) Intra supra nominatam Pessinæ collectionem continetur etiam vernacula oratio, quæ verosimil.

LXXXIX.

Litis contestatio inter Abbatem de Wilbelmow, & Abbatem de Welegrad in causa cujusdam solutionis annuæ ad Ecclesiam in Hursit pertinentis. dd. Cremeser III. Calendas Aprilis an. 1267. Ex autographo Archivi monasterii Brzewnoviensis.

Hotizlaus Procurator, seu Actor Abbatis in *Wilbelmow* Patroni Ecclesie in *Hursit*, nomine eiusdem Abbatis. & *Elwinus* eiusdem Ecclesie in *Hursit*: Plebanus, petiuerunt per Officialem Domini B. (*a*) Episcopi *Olomucensis* compelli Abbatem de *Welegrad* ad respondendum eisdem super solucione unius carrate (*b*) vini soluende eidem Ecclesie in *Hursit* annis singulis ab Abbate in monasterio in *Welegrad* pro decimis prediorum in *Chorrit*, que Nobilis *Conradus* Vir de *Hardek* monasterio de *Welegrad* ea condicione contulerat, ut dicta carrata annis singulis solueretur. Item petiuerunt, cum predicta Ecclesia in *Hursit* in possessione percipiendi huiusmodi carratam annis pluribus fuerit, se ad possessionem restitui, vel responderi sibi, quare Ecclesie in *Hursit* eam subtraxerint. Item petebant XIV. carratas per XIV. annos, Ecclesie in *Hursit* subtractas. Ad quod Abbas de *Welegrad* litem contestando respondit, se non teneri ad solucionem predicte carrate, cum nullam solucionem de predictis prediis Ecclesie in *Hursit* facere teneretur, nec ipsam Ecclesiam restitui in hac parte debere, cum nunquam in possessione percipiendi huiusmodi fuerit, & ob hoc eciam XIV. carratas petitas minime soluere teneretur. Lite ergo contestata dictus Officialis predictos Abbates *Cremeser* (*c*) citauit, ut iuramentum de veritate,

Mm 2 seu

rosimillime anno 1616. hic loci habita, cum templum ab *Helena Dociana* prognata Illustrissima *de Rewey* Hungarica stirpe instauraretur, quæ titulum hunc præsefert: *Rosa Smilheimensis, quæ mirabiliter nata ter marcuit, ter reflornit.* In ea author dicit: Viros ætate graves a Majoribus suis accepisse, quod Smilo proximis Natali Christi diebus venatus, eo loci, quo hodie rudera monasterii spectantur, speciosissimam rosam repererit, eandemque decerptam in bulgam suam retruserit, redux conjugi suæ oblaturus, quæsitam deinde non invenisse nisi eo loco, quo illam præsecuerat, capto igitur omine alioquin Virum prædivitem, liberisque carentem eodem loco fundamenta monasterii jecisse. Ceterum monasterium istud turbis Hussiticis a Zizka eversum fuisse, monachis plerisque in fontes præcipitatis, opibus direptis, prædiisque eorum inter profanos homines distributis. Ita direptum, desolatumque stetisse usque ad annum 1494. quo ditio integra ad Boczkonem Kuna de Kunstat pertigit, cujus solertia monasterium templumque instauratum, monachique reducti fuere. Proferemus ad eundem annum 1494. instrumentum Victorini & Henrici Ducum Monsterbergensium, quo monasterii istius ditio Boczkoni de Kunstat traditur, eo loco itaque ceteras memorias hujus monasterii ex eadem memorata oratione subjiciemus. (*a*) Brunonis. (*b*) Dolii vinarii species ea quantitate, quæ carro vehi potest. (*c*) Id est: Cremsirium, hodie civitatis episcopalis.

feu de calumpnia prestarent, & alia facerent, que tunc de iure incumberent facienda, diem eis peremptoriam ad hoc faciendum feriam proximam post octauam *Philippi* & *Jacobi* assignando. Actum Cremeser, anno Domini MCCLXVII. III. Calendas Aprilis, presentibus *Conrado* Scholastico, & Canonico *Olomucensi*. *Jo. de Kecset* Canonico *Cremesercensi*, & Preposito *Hermanno* de monasterio.

XC.

Relatio Brunonis episcopi Olomucensis facta ad Romanum Pontificem super deliberandis in Concilio Lugdunensi. dd. 1267. Apud Raynaldum in Annal. Eccles. ad h. a. N. 3.

XCI.

Przemyslaus Ottocarus Rex Boh. confirmat fundationem Welebradensis monasterii ab avo & patre suo factam. dd. Brunæ XIV. Calend. Martii. Indict. XIII. 1270. Sommersberg in Script. rerum Siles. T. I. pag. 918.

XCII.

Rudolphus Rom. Rex investit Przemyslaum Ottocarum II. de regno Bohemiæ, ejusque attinentiis, nec non Marchionatu Moraviæ. dd. in castris ante Viennam VII. Cal. Decemb. Indict. V. 1276. Balbinus Dec. I. Lib. 8. Vol. 1. pag. 21.

XCIII.

Bruno episcopus Olomucensis cum aliis episcopis elargitur Indulgentias ecclesiæ Ordinis Teutonici in Bergen. dd. Viennæ VII. Idus Aprilis 1277. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 123.

XCIV.

Martinus IV. mandat Olomucensi episcopo, ut detentores decimarum, reddituum, terrarumque Wissebradensis ecclesiæ ter publice in templo admonitos, si restituere aut satisfacere noluerint, excommunicationis sententia feriat. dd. apud Urbem veterem XVI. Kal. Febr. Pontif. anno I. id est 1281. Hammerschmid in Historia Wissehrad. p. 402.

XCV.

Nicolaus Dux Oppaviensis castrum Edelstein cum suburbio quod Czukmantel dicitur, ecclesiæ Wratislaviensi confert. dd. Nissæ die VI. Septembr. 1281. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 796.

XCVI.

Pardus dictus Horky cum consensu uxoris, filiorum, filiarumque testamento legat Abbati & Conventui Gradicensi jus Patronatus in Horka. dd. Olomucii VI. Cal. Julii 1287. Paprocius in Spec. Morav.

XCVII.

XCVII.

Kasimirus Dux Oppoliensis Wenceslao Regi Boh. & Marchioni Moraviæ homagium fidelitatis præstat, cui instrumento Theodoricus Episc. Olomucensis per Ambrosium Canonicum Olomucensem Notarium suum nomen suum subscribi & sigillum appendi jussit. dd. Pragæ in castro IV. Idus Januarii. Indict. II. 1289. Balbinus Dec. I. Lib. 8. Vol. I. p. 214.

XCVIII.

Bonifacius VIII. confirmat privilegia Abbatis in Brzewnow, nec non Præpositurarum Rayrad Olomucensis, & Policz, atque Braunau Pragensis Diœcesis. dd. Romæ VI. Idus Aprilis. Pontif. anno II. id est 1295. Ludevig. Reliquiarum T. VI. p. 59.

XCIX.

Monasterium Litomisslienſe Ordinis Præmonstratensis vendit in Moravia villas Dotczno, Pamelicz, & Cladrub circa Letowicz sitas pro VI. marcis argenti Pragensis ponderis. dd. 1295. Archivum Curiæ Zwittaviensis in Moravia.

C.

Amicabilis compositio inter episcopum Theodoricum, Capitulumque Olomucense, atque Bavarum Abbatem Brzewnoviensem super administratione & cura animarum, privilegiisque ecclesiæ Raygradensis. dd. Medricz VI. Kal. Febr. 1296. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Theodericus (*a*) Dei gracia *Olomucensis* episcopus omnibus in perpetuum. Equitas racionis & approbata consuetudo requirunt, ut iurgancium questiones, que grate pacis limite terminantur, ad cautelam presencium, & memoriam posterorum redigi debeant in scripturam, ne lites dampnosas certo fine decisas incertitudo succedens quandoque resuscitet, quas intercedens concordia sepeliuit. Eapropter nos *Theodericus* Dei gracia *Olomucensis* episcopus constare cupimus uniuersis, quod nuper inter nos ex una, & Venerabilem Abbatem & Conuentum *Brewnoviensem* Ordinis *S. Benedicti Pragensis* Diocesis, & monasterium *Raygradense* nostre *Olomucensis* Diocesis Ordinis eiusdem *S. Benedicti* ex parte altera orta materia questionis pro eo: quod nos in eodem *Raygradensi* monasterio predicto Abbati in spiritualibus & temporalibus subiecto institucionem & destitucionem, & alia iura episcopalia ad legem iurisdiccionis, & Diocesanam spectancia, cum populum habeat, petebamus, ex quibus plurima dictus Abbas nobis non deberi, ea se, & predecessores suos a tempore, quo non extat memoria, possedis-

(*a*) Is numero XVIII. Moraviæ episcopus, mortuusque perhibetur anno 1312. ab Augustino Olomucensi p. 282.

elegi. Et nihilominus ſiue ibidem, ſiue alibi corpus meum contigerit ſepeliri, in preſencia Reuerendi in *Criſto* Patris Domini *Johannis Pragenſis* Epiſcopi, Prepoſito eiusdem monaſterii ſuo, fratrum ſui Conuentus, ac ipſius Monaſterii nomine ſtipulanti cauſa mortis donaui irreuocabiliter centum marcas *Pragenſium* groſſorum, ſexaginta quatuor groſſos pro marca qualibet ſingulos computando, ſolempni ſtipulacione promittens eidem Prepoſito ei & predicto monaſterio dare, tradere, ac exhibere mox poſt mortem meam donacionis cauſa dictam pecunie quantitatem, & volo, atque pacior, ut illico dicta mea morte ſecuta ſit ipſorum, quod eisdem donaui, & quod peticio & exaccio predicte quantitatis donate eis competat pleno iure. Et hanc donacionem per me, & meos heredes ratam & firmam eciam irreuocabiliter promiſi tenere, & integraliter adimplere, & pro his centum marcis ſoluendis modo predicto ipſi Prepoſito nomine quo ſupra obligaui *Wozieradi* villam meam, aut ſi hec obligata, imbrigata, ſeu occupata, vel alienata fuerit, aliam villam *Waltzamaniczi* nuncupatam, alioquin alia quecunque bona mea vicina ville eorum vulgariter *Zalicz* dicte; ac dedi ei me mortuo licenciam & auctoritatem intrandi poſſeſſionem per ſe, alium, vel alios, quemcunque, ſeu quoscunque, ordine Juris ſeruato vel non ſeruato, ammoto inde quolibet poſſeſſore. Inſuper eisdem Prepoſito fratrum Conuentui, & monaſterio do, dono & concedo liberaliter, & intuitu pietatis in remiſſionem meorum eciam peccaminum Jus Patronatus Eccleſie apud Sanctum *Georgium* ville dicte, ſiue *Profriednalbota* quod ad me Jure proprietatis & dominii dinoſcitur pertinere, & in eosdem ex nunc de mea certa conſciencia transfero, nichil Juris vel oneris in eodem vel Plebano dicte Eccleſie de cetero reſeruando, ut autem hec donaciones pecunie & Juris Patronatus obligacio, & poſſeſſionis introicio, ſiue acquiſicio ville predicte per me, ac meos heredes penitus irreuocabiles permaneant, pro me & eisdem heredibus, ſiue herede expreſſe renuncio in his ſcriptis omni Juris Canonici, Ciuilis, conſuetudinis, ſtatuti, priuilegii, & ſpecialiter Juris terre, ac cuiuslibet alterius Juris auxilio, quod mihi, eisdem heredibus, aut heredi competit, competet, vel poſſet competere in futurum contra donaciones, obligacionem, & poſſeſſionis introitum ſupra dictas, ac excepcioni non ſtipulate pecunie, & cuiuslibet alterius Juris & facti, accionique doli mali, &

ſupra vidimus. Cum vero Swabeniczii & clypeo & nomine differant ab his ſupra nominatis Grabiſſeis, conjicere fas eſt hos duos fratres Cojatam & Swehorium ex linea materna ſeu proavos maternos fuiſſe Witkonis de Swabenicz. Atque proinde non proprie Swabenicios, uti paſſim hodie opinio eſt, ſed Grabiſſeam familiam fundaſſe monaſterium Zderaſienſe; e quibus ſimul cognoſcitur veroſimillime vocem *genitores* minus recte intellectam huic opinioni hodie prorſus inveteratæ occaſionem dediſſe,

& in factum fubiiciens, me, heredes, feu heredem meum & predictas villas ac bona predicta foro Ecclefiaftico in hac caufa. Teftes horum funt Honorabiles Viri Magiftri: *Gregorius* Decanus, *Simon* Plebanus fancti *Egidii*, & fancti *Galli Prage*, ac *Hermannus* iuratus Notarius Curie Epifcopalis, *Woyko*, *Gallus*, Ciues Pragenfes, hofpites mei. Item *Tworzimir*, *Nuczok*, *Gallus de Chanow*, & alii famuli mei plures, ut hec in literis predicti Domini Epifcopi confirmatoriis plenius continentur. In quorum teftimonium efficax & robur prefens fcriptum fieri, ac meo iuffi, ac nobilium virorum Dominorum *Alberti de Lompnitz* Magiftri Curie, & *Alberonis* Sub-Pincerne (*a*) Domini Regis figillis obtinui communiri. Datum *Prage* apud fanctum *Clementem* anno Domini millefimo trecentefimo octauo, decimo quinto Kalendas Junii.

CIII.

Vitko de Swabenicz vendit duas villas Zalfie & Slupna Conventui Sepulchri Dominici Zderafienfis. dd. Pragæ VI. Calend. Augufti 1309. Monumenta noftra inedita T. I. p. 229.

CIV.

Vitko de Swabenicz earundem duarum villarum Conventui Zderafienfi venditarum in terræ tabulis affecurationem procurat. dd. Pragæ IV. Kal. Augufti 1309. Ibidem p. 232.

CV.

Henricus Boemiæ & Poloniæ Rex confirmat literas, quibus Vitko de Swabenicz vendit fupra nominatas duas villas Conventui Zderafienfi. dd. Pragæ in ambitu S. Clementis in pede pontis III. Kalendas Augufti anno 1309. Ex autographo Archivi Zderafienfis.

Nos *Henricus* Dei gracia Boemie & *Polonie* Rex, *Karinthie* Dux, *Morauie* Marchio, & Comes *Tyrolis*, tenore prefencium notum effe volumus uniuerfis, prefentibus & futuris, quod nos Nobilis viri *Witkonis de Swabenicz*, fiue de *Hermanicz* fidelis noftri literas recepimus non rafas, non cancellatas, non abolitas, nec in parte fui aliqua viciatas, petentis humiliter, & inftanter, ipfarum tenorem in omnibus & fingulis fuis claufulis & articulis per nos ratum & gratum haberi, ac de noftra benignitate Regia confirmari, quarum continencia de verbo ad verbum talis exiftit: Nouerint uniuerfi prefentes literas infpecturi, quod nos *Witko de Swabenitz*, fiue

(*a*) Ceteris a membrana avulfis figillis hoc unum Alberonis hodie fupereft, quod Num. CII, excufum damus. Witkonis vero de Swabenicz figilium jam Tomo I. Monumentorum noftrorum Tab. I, Num. I. excufum dedimus cum tribus aliis Swabeniciorum figillis, e quibus cognofcere licet rhombum, non rafträ decuffata Grabiffeorum, hujus familiæ proprium clypeum fuiffe.

de *Hermanicz* noſtra ſpontanea voluntate duas proprias villas noſtras *Zalſie*, & *Slupecz*, ſiue *Slupno* &c. (*a*) Nos igitur ipſius *Witkonis* precibus, cum iuſte ſint, & pie, gracioſe ac fauorabiliter annuentes, ipſas literas, earumque continenciam in omnibus & ſingulis ſuis clauſulis, & articulis ratas & gratas habentes, easque valere perpetuo volentes, preſentis ſcripti patrocinio roboramus. In quorum omnium teſtimonium has noſtras preſentes ratihabicionis & confirmacionis noſtre literas fieri, & ſigillum noſtrum eisdem appendi Regale, quo uti conſueuimus, iſta vice; Et cum fauente Domino in Regem *Boemie* fuerimus coronati, litteras preſentis tenoris mandabimus renouari, & eas ipſis Prepoſito & Conuentui de *Zderaz* ſigillis noſtris maioribus ſigillatas, quibus tunc uti ceperimus (*b*) a die coronacionis noſtre dabimus infra menſem dum per eos fuerimus requiſiti. Datum anno Domini, & Indiccione predictis, III. Kalendas eiusdem Auguſti &c.

CVI.

Joannes episcopus Olomucensis recognoscit, quod Vitko de Swabenicz, ceterique illius agnati monasterio Zderasiensi jus Patronatus in Swabenicz concesserint. dd. in Bruna XIV. Kal. Novembris. Indict. VII. 1309. Ex autographo Archivi Zderaſienſis.

In nomine Domini. Amen. Ne rerum geſtarum memoria per decurſum temporis deperiret, ſapientum introduxit auctoritas, & conſuetudo laudabilis approbauit, ut ea, que geruntur in tempore ad eterne rei memoriam ſcripturarum teſtimonio perennentur. Eapropter Nos *Johannes* Dei gracia *Olomucensis* epiſcopus notum facimus uniuerſis preſentes literas inſpecturis, quod Nobiles Viri *Witko de Swabenicz* ſiue *de Hermanicz*, *Hrabiſſius de Clynonicz*, ſiue *Trawnik*, *Nicolaus* de ipſo *Swabenicz*, *Johannes de Bukonin* dicti, feruore almi ſpiritus inflammati in noſtra conſtituti preſencia Jus Patronatus eccleſie in eodem *Swabenicz*, quod ad ipſos & progenitores eorum pertinuit ab antiquo, cum prediis, decimis plenis omnium prediorum ad ipſam eccleſiam iure Parochiali ſpectancium, ac aliis utilitatibus, pertinenciis & iuribus ſuis uniuerſis Honeſtis ac Religioſis Viris Prepoſito, Conuentui, & ipſorum ſucceſſoribus Domus *Zderasiensis* per eosdem progenitores ipſorum fundato, Ordinis *S. Augustini* ſacroſancti Dominici

(*a*) Eſt idem venditionis inſtrumentum, quod jam Tomo I. Monumentorum noſtrorum p. 229. typis datum eſt, ubi videri poteſt. (*b*) Rariſſima ſunt Henrici Regis Bohemiæ diplomata, qui paucis annis Regno præfuit, multo rarius illius ſigillum, quod illæſum hodie membranæ iſti appenſum eſt, cujusque typum nos Num. CV. excuſum damus, diverſum id forma eſt ab omnibus Ducum Regumque noſtrorum ſigillis, quo quidem ut ipſe iſthic fatetur, ante coronationem ſuam uſus eſt, ut ita certum ex hoc inſtrumento fiat Henricum anno 1309. menſe finiente Julio adhuc coronatum non fuiſſe.

minici Sepulcri *Jerosolimitani Pragensis* Diocesis dederunt, donarunt, tradiderunt liberaliter, & de speciali gracia, & in eosdem fratres ac ipsorum successores ex sua certa sciencia & unanimi voluntate pro suo suorumque remedio peccaminum transtulerunt per eos ac successores ipsorum semper & in perpetuum iure proprietatis & dominii habendum, tenendum & libere ac pacifice possidendum, renunciantes pro se ac suis heredibus ac successoribus quibuscunque ipsi iuri Patronatus, suisque pertinenciis & iuribus uniuersis, que ad ipsos pertinent, vel quantumcunque poterunt pertinere. Insuper omnis iuris Canonici, Ciuilis, consuetudinis, priuilegii, statuti, restitucionis in integrum auxilio, nec non excepcioni Juris & Facti cuiuscunque persone vel uniuersitati indulto, accionique doli mali, & in factum accioni, & cuiuscunque alterius iuris auxilio, quod eis vel eorum heredibus aut successoribus contra omnia vel singula predicta, vel aliquid predictorum competit, vel modo quolibet posset competere in futurum. Recognouerunt quoque, & veraciter sunt protestati coram nobis, quod ipsum Jus Patronatus cum omnibus supradictis ad ipsos Fratres & Domum ipsorum predictam de iure pertinet, & dudum pertinebat ex causa donacionis ab ipsis Progenitoribus suis Fratribus ipsis facta, quanquam propter delictum unius persone eodem iure ipsi Fratres fuerunt spoliati. Petentes quatenus donacioni siue tradicioni predicte nostrum assensum beneuolum dignaremur de benignitate solita impertiri, ac ipsam ex officii nostri debito confirmare. Nos igitur attendentes peticionem dictorum Nobilium racionabilem atque iustam fauore religionis piis ipsorum desideriis annuentes, donacionem, tradicionem, & translacionem predictam ratam & gratam habentes auctoritate, qua fungimur, confirmamus, volentes & concedentes ut predicti Viri Religiosi ecclesiam suprapictam per se vel per Vicarium secularem Clericum officiare debeant, ac ibidem amministrare Sacramenta. Ad hec promittimus, ut predicti Religiosi Viri omnes fructus ecclesie prefate, quocunque nomine censeantur, suis usibus valeant applicare, sustentacione Vicarii, seu Seruiarii congrua reseruata, Juribus eciam Legatorum Sedis Apostolice, nostris, ac Archidiaconalibus in omnibus semper saluis. In cuius rei testimonium & robur perpetuo validurum presens scriptum fieri, & sigilli nostri munimine iussimus roborari. Actum & datum in Brunna anno Domini millesimo trecentesimo nono XIV. Kalendas Nouembris. Indiccione VII. Pontificatus vero nostri anno septimo.

CVII.

Joannes episcopus Olomucensis Herberto & hæredibus de Trabergk concedit bona feudalia in Fulstein. dd. in Modricz X. Kalend. Julii. Pontif. anno VII. 1310. Paprocius in Speculo Mor. p. 405.

CVIII.

Fridericus Dux Austriæ promittit Joanni Regi Bohemiæ & Poloniæ, quod Marchionatum Moraviæ sibi per Henricum Romanorum Regem obligatum, & literas obligatorias sibi super hac re ab eodem traditas reddere velit. dd. Pataviæ III. Calend. Aprilis 1311. Ludevig. Reliquiarum T. V. p. 527.

CIX.

Vitko pater, & Joannes filius de Swabenicz donant monasterio Zderasiensi unum laneum agri in Moravan Diœcesis Olomucensis in præsentia Joannis episcopi Olomucensis. dd. Olmucz pridie Nonas Junii 1311. Monumenta nostra inedit. T. I. p. 233.

CX.

Boleslaus, Henricus, Wladislaus, Bernhardus Duces Silesiæ promittunt, Joanni Regi Boh. se terram Opaviæ, ut primum octo millia marcarum soluta fuerint, resignaturos. dd. Olomuc. III. Idus Junii 1311. Sommersberg Scr. Rer. Siles. T. I. p. 840.

CXI.

Civitas Oppaviensis obligata Ducibus Lignicensibus in octo millibus marcarum grossorum regalium homagium fidelitatis præstat Joanni Regi Boh. atque ex ejus mandato etiam Ducibus Lignicensibus. dd. Oppaviæ XVII. Calend. Julii 1311. Balbinus Dec. I. L. 8. Vol. 1. p. 231.

CXII.

Joannes Rex Boh. petit, ut Hermannus Archiepiscopus Moguntinus vices suas pro coronatione Reginæ Bohemiæ committat Suffraganeis Pragensi & Olomucensi episcopo. dd. Pragæ ante festum S. Michaelis 1311. Würdtwein in Subsidiis Diplomaticis T. V. p. 196.

CXIII.

Joannes Rex Boh. confirmat Statibus Marchionatus Moraviæ privilegia: 1. *quod ultra consuetas bernas nullas exigere velit.* 2. *Quod munia terræ nonnisi Moravis ortu collaturus.* 3. *Quod jus hæreditatis porro usque ad quartum gradum perstaturum sit.* 4. *Quod non coacturus extra Marchionatum militare. dd.* 1311. Weleslavina in Calend. p. 333.

CXIV.

Commissio Clementis Papæ V. data Ulrico de Pabenicz Canonico Olomucensi, ut, quod in præjudicium Joannis Præpositi Brunnensis attentatum invenerit, revocare procuret. Datum Viennæ Id. Januarii Pontificatus anno septimo. Id est 1312. Ex Autographo Archivi Brewnoviensis.

Clemens Episcopus seruus seruorum Dei; Dilecto Filio Magistro *Ulrico de Pabenicz* Doctori Decretorum, Canonico *Olomucensi* salutem, & Apostoli-

ftolicam benedíccionem. Dilecti Filii Magiftri *Johannis* Prepofiti Ecclefie *S. Petri* in *Brunna Olomucenfis* Diocefis apud Sedem Apoftolicam conftituti precibus annuentes, prefencium tibi auctoritate mandamus, quatenus quicquid inueneris in eius preiudicium temere attemptatum, poftquam idem Magifter *Johannes* caufa peregrinacionis, & pro quibusdam fuis negociis promouendis iter arripuerit ad fedem veniendi predictam, in ftatum debitum legitime reuocare procures contradictores per cenfuram Ecclefiafticam appellacione poftpofita compefcendo. Datum *Vienne* Id. Januarii Pontificatus noftri anno feptimo.

CXV.

Zeczechius Servitor D. Vitkonis vendit cum confenfu D. Plebani in Marveins unum laneum agri Zyfrido Civi Brunenfi. dd. Marveins VIII. Kalendas Februarii. Anno 1315. Ex Autographo Archivi Zderafienfis.

Ego *Johannes* filius Domini *Witkonis* pie recordacionis, dicti de *Swabenicz*, & *Perchta* eiusdem *Witkonis* relicta; Notum facimus uniuerfis prefentem literam infpecturis, quod *Zeczechius* feruitor nofter fidelis ac diuturnus cognatus Domini *Hermanni* noftri Capellani Plebani in *Marueins* unum laneum & agros curticule, quos *Fridericus Penefticus* Ciuis *Brunenfis* quondam in fua habuit poffeffione, coram nobis bona ac libera voluntate predicti Plebani, nec non noftro cum fauore & confenfu vendidit Viro Difcreto *Zyfrido* Ciui *Brunenfi* dicto de *Dybaz* pro quindecim marcis argenti Pragenfis monete, videlicet LXIIII. groffis pro marca qualibet computatis, tali interpofita condicione, quod ipfe *Syfridus* feu eius fucceffores duas marcas monete predicte prefato *Hermanno* Plebano in *Marueins* usque ad terminum fue vite debeant annis fingulis cenfualiter miniftrare. Et poft finem vite predicti Plebani prelibatam Ecclefiam quicunque tenebit, ac poffidebit, illi fepe dictus *Syfridus* aut eius fequaces de prefato laneo non nifi verum & iuftum cenfum miniftrarent, iuxta quem alius laneus in predicta villa, qui vulgariter circumfcribitur *Purchrecht*, cenfuat, & exfoluit. De agris vero curticule cum laneo fepe dicto venditis altari ibidem deferuient unum fertonem fecundum monetam fepius promulgatam. Si quis autem, quod abfit, dictum *Syfridum*, aut eius fucceffores conaretur infeftare, & compellere ultra, quam cenfus & ius prenotatum fe extendit, exinde bona fide manuali (*a*) vice & nomine iuramenti una cum fucceffóribus noftris dictum *Syfridum* & fibi fuccedentes defendere promittimus, & tueri, ut circa Jurisdiccionem prefate empcionis fecuri manere valeant, & quieti. Quidquid autem predictus *Syfridus* aut fui fequaces grauaminis percepe-rint,

(*a*) Id eft ftipulatione, Handftreich.

rint, siue dampni, plenam in nos, & in nostros succedentes Jurisdiccionem habeant reperendi, si nos autem, aut nostri sequaces de sepesato *Syfrido*, seu sibi succedentibus ita longe vie ad spacium simus residentes, ut ipsi nos ad Judicii potestatem non poterint reuocare, extunc ipsi *Syfrido* aut suis successoribus plenum ius & potestatem conferimus, ut ipse *Syfridus*, aut sui sequaces a nostris hereditatibus extorqueant, vel ubicunque poterint extorquere. In testimonium & firmitatem omnium predictorum nostra & Ciuitatis *Brunensis* sigilla presenti litere sunt appensa. (a) Datum & actum in *Marveins* anno Domini millesimo CCCXV. VIII. Kalendas Februarii.

CXVI.

Sobko Præpositus Zderasiensis cum Conventu suo profitetur, quod Domina Marska ad ecclesiam S. Nicolai in Mezirzicz, quæ per dictos Religiosos administratur, donaverit tres laneos & dimidium molendini, in cujus donationis vicem eidem promittitur anniversarium cum vigiliis & orationibus, & panis eo die pro quatuor pauperibus. dd. XI. Kalendas Januarii anno 1317. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

In nomine sancte Trinitatis eiusdem Indiuidue Unitatis amen. Ne rerum gestarum memoria per decursum temporis deperiret, sapientum introduxit auctoritas, & consuetudo laudabilis approbauit, ut ea, que geruntur in tempore, ad eterne rei memoriam scripturarum testimonio perhennentur. Nos igitur *Sobko* Diuina miseracione Prepositus. *Clemens* Prior, nec non totus Conuentus Domus *Zderasiensis*, ac *Przibislaus* & fratres ibidem Ordinis *S. Augustini* sacrosancti Dominici Sepulcri *Jerosolimitani*, scire facimus uniuersis presentis & future etatis presencium noticiam habituris, quod Domina *Marska* cupiens in remedium peccaminum mariti eius *Mathie* felicis recordacionis, & filii eius *Zeborii* pie memorie, ac in propriam salutem tres laneos sitos in *Babicca* & dimidium molendinum cum pratis, siluis, & aquis sana mente, & racione, non compulsa, nec coacta, sed de mera, & omnimoda omnium amicorum eius voluntate, maturo consilio, assensu pariter & consensu nobis ac fratribus in *Mezirzicz* ad Ecclesiam sancti *Nicolai*, & eciam calicem & casulam, & mensalia, ac omnem ornatum ad capellam sancti *Michaelis* ibidem collocatam liberaliter dedit, tradidit, & donauit, nos possidentes cum omnibus utilitatibus, & prouentibus, qui ad ipsos dignoscuntur pertinere, secundum quod sunt in eorum metis circumferencialiter stabiliti, que suapte bona superius nominata perpetue possidebimus eo Jure & Dominio & consuetudine, qua Domina *Marska*

(a) Joannis & Berchtæ de Swabenicz sigilla sunt a membrana avulsa solo hodie persistente sigillo civitatis Brunensis, quod Num. CXV. excusum damus.

ka de Lbota prius nominata tenuit, & habuit, & ad usus placitos conuertenda iuxta que nobis utilius videbitur expedire. Unde pro hac donacione ei promittimus omni anno diem anniuersarium cum vigiliis, & oracionibus, ac missis, secundum quod plures habere possumus, volumus libentissime obseruare, & eciam nostro pane die illo quatuor pauperes pascere. Ut autem hec donacio ac promissio robur firmitatis obtineat, presentes fieri iussimus, & nostrorum sigillorum appensione fecimus communiri. Testes huius rei sunt primo Dominus *Johannes de Meziriecz* cum sua conthorali *Jutta*, Dominus *Thobias de Casau*, & filii Domini *Johannis Tasso* & *Wsnata*, & Dominus *Heinricus de Mosticz*, (*a*) & alii quam plurimi honesti Viri, quorum nomina non sunt scripta. Datum anno Domini MCCC XVII. XI. Kalendas Januarii, hoc autem est datum in die Omnium Sanctorum.

CXVII.

Joannes Rex Bohemiæ donat Catharinæ viduæ de Lomnicz medietatem in villis Sipriz & Blesnicz, ut eas Brunensi beatæ Annæ monasterio legare possit. dd. Idus Februarii 1318. Paprocius in Speculo Mor. p. 264.

CXVIII.

Nicolaus Dux Oppaviæ præstat homagium fidelitatis Joanni Regi Bohemiæ, recognoscitque, quod se absque hærede masculo decedente Ducatus Oppaviæ immediate ad coronam Bohemiæ devolvatur. dd. Pragæ V. Nonas Julii 1318. Balbinus Dec. I. Lib. 8. Volum. p. 229.

CXIX.

Conradus Episcopus Olomucensis confirmat ad præsentationem Sobkonis Præpositi, & Conventus Zderasiensis Ottonem Crucigerum Sderasiensem pro Plebano Ecclesiæ in Morawans. dd. Brunæ XV. Kalendas Martii anno 1321. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Conradus* Dei gracia *Olomucensis* Episcopus notum facimus uniuersis presentes literas inspecturis, quod ad presentacionem & peticionem Honorabilis, ac Religiosi Viri fratris *Sobkonis* Prepositi *Sderasiensis* Ordinis sancti *Augustini Pragensis* Diocesis de consensu Conuentus sui in Ecclesia in *Morawans* vacante per mortem *Hermanni* olim eiusdem Ecclesie Plebani, in qua plenum ius Patronatus obtinet, Dilectum nobis *Ottonem* Presbyterum Rectorem legittimum instituimus & Plebanum, ipsum sibi cum iuribus & pertinenciis suis uniuersis auctoritate ordinaria confirmantes, curam

(*a*) Quatuor sigilla apposita fuere huic membranæ, scilicet Præpositi Sobkonis, Conventus Zderasiensis, Joannis de Mezericz & Tobiæ de Casau. Hodie unicum superest Sobconis Præpositi, quod Num. CXVI. excusum damus.

ram animarum, & administracionem spiritualium & temporalium prout ad nostrum spectat officium sibi committentes in eadem. In cuius rei testimonium presens scriptum fieri, & sigilli nostri fecimus appensione communiri. Datum in *Bruna* anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, XV. Kalendas Marcii.

CXX.

Joannes Præpositus & Capitulum Wissebradense vendunt bona in Moravia Lysnicz, Selcbowicz & Pocbticz (utpote remotiora) Domino Henrico de Lypa. dd. Pragæ II. Nonas Junii anno 1321. Ex Autographo Archivi Regii.

Nos *Johannes* Dei gracia Prepositus, Regni Bohemie Cancellarius, *Dirzlaus* Decanus, *Nycolaus* Custos, *Waltherus* Scholasticus, Totumque Capitulum *Wissegradensis* Ecclesie ad *Romanam* Ecclesiam nullo medio pertinentis, fatemur, & recognoscimus per presentes, quod volentes condicionem ipsius Ecclesie nostre facere meliorem, Bona eiusdem Ecclesie nostre in *Wolframitz* in *Morauia* sita, cum villis videlicet *Lysnitz*, *Selcbowicz* & *Pocbtitz*, & uniuersis eorum pertinenciis, que sic longe a nostra fuerunt Ecclesia posita, quod eorum utilitatem non totam poteramus percipere, matura & diligenti deliberacione prehabita, de Serenissimi Domini nostri *Johannis Bohemie* & *Polonie* Regis, *Lucemburgensis* Comitis, qui eiusdem Ecclesie nostre existit Patronus de communi nostro consilio, conniuencia & assensu expedire & proficere Ecclesie nostre predicte non dubitantes, Nobili Viro Domino *Henrico de Lypa* summo Regni Boemie *Marscbalco* rite vendidimus, omneque Jus, quod nobis, Prepositure & Ecclesie *Wissegradensi* predicte competit, aut competere poterat, transtulimus in eundem taliter, quod ipse Dominus *Henricus*, & heredes sui, bona ipsa & villas predictas cum omnibus Juribus, utilitatibus libertatibus, Jure Patronatus in *Wolframitz* & pertinenciis suis uniuersis, in quibuscunque rebus consistant, cum omni Dominio, Jure & Jurisdiccione, sicut ad ipsam Prepositurarn, & Ecclesiam nostram pertinebant, Jure hereditario, & in perpetuum habeant, teneant, & possideant, eisque utantur libere, & de eis tamquam de re propria ordinent, disponant, & faciant hoc, quod eorum placuerit voluntati, pro duobus milibus Marcarum grossorum denariorum *Pragensium*, sexaginta quatuor grossos computando pro marca qualibet, quam quidem pecuniam per ipsum Dominum *Henricum* nobis & Ecclesie nostre plene & integraliter solutam, & in Prepositure, & Ecclesie nostre utilitatem conuersam esse recognoscimus, sic quod de ipsa pecunia duorum milium marcarum, eundem Dominum *Henricum*, heredes, & successores suos presentibus quitta-

quittamus, & liberos esse dicimus, & solutos renunciantes sponte, & libere, ac sine coaccione qualibet excepcioni non numerate, vel non solute nobis, vel in utilitatem Prepositure & Ecclesie nostre non conuerse supra dicte pecunie, & omni alii Juris auxilio, quo iuuari possemus ad requirendum nostro, vel Prepositure nostre predicte nomine, ab ipso Domino *Henrico*, vel heredibus, & successoribus suis eandem pecuniam, in parte aliqua, vel in toto, sed eam vendicionem per nos, prout premissum est, communiter & de omnium nostrorum consilio & voluntate prefato Domino *Henrico*, & suis heredibus factam, ratam habere promittimus, atque firmam, promittentes contra ipsam, de Jure, vel de facto, vel alio quouis modo non venire. Renunciantes eciam sponte & expresse omni Juris tam Canonici, quam Ciuilis, consuetudinis vel statuti, seu alterius cuiuslibet Juris auxilio, quod nobis, vel Ecclesie nostre contra predictam vendicionem competit, vel posset aliqualiter suffragari. In cuius rei testimonium presentes literas fieri, ac nostrorum Prepositi, Decani, Custodis, ac Scolastici, nec non Dominorum *Hynkonis* filii quondam *Heymanni de Duba*, Pragensis Prepositi, Magistri *Ulrici de Pabyenitz*, *Johannis Poloni*, Magistri *Volgangi* Canonicorum, ac tocius Ecclesie nostre Capituli sigillorum munimine fecimus roborari. (*a*) Actum & datum Prage II. Nonas Junii anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo primo.

CXXI.

Conradus episcopus Olomucensis componit controversiam inter Ottonem Plebanum ecclesiæ in Moravans, & Bartussum civem in Brunna. dd. in Modracz VI. Nonas Julii 1321. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Conrad* Dei gracia *Olomucensis* Episcopus notum facimus uniuersis presentes literas inspecturis, quod cum inter *Ottonem* Plebanum Ecclesie in *Moravans*, & *Bartussum* Ciuem in *Brunna* super quodam allodio seu curia & agris ad eam pertinentibus in eadem villa *Marvans* situata, & ab eodem *Bartusso* nouiter comparata, quam curiam & agros, ipse Plebanus dotales sue Ecclesie, dictus vero *Bartussus* non dotales, sed eidem Ecclesie duntaxat annis singulis in duabus marcis grossorum *Pragensium* fuisse, & fore obligatos asserebant, fuisset suborta materia questionis, talis nobis presentibus, ac de nostra conniuencia & assensu inter eos composicio interuenit, quod idem *Bartussus* statim dictos curiam & agros prefato Plebano liberos dimittere, & sibi cedere debeat de eisdem, ac idem Rector ipsi *Bartusso* in festo Natiuitatis Beate Virginis proxime affuturo quatuordecim

(*a*) Sigilla quinque hodie huic chartæ appensa scilicet, Præpositi, Decani, Custodis, Joannis & Volgangi Canonicorum excusa dedimus Numeris CXX.

marcas & fertonem, grossorum *Pragensium* sexaginta quatuor pro earum qualibet computando omnimode & finaliter persoluere teneatur, & si idem Plebanus in eodem termino memoratas quatuordecim marcas & fertonem ipsi *Bartusso* forsitan persoluere non valeret, extunc vel prius ipse Plebanus non poterit alteri cuiquam dictos agros cum curia vendere, vel eciam pro predicta in prenominato termino conquirenda pecunia aliqualiter obligare, sed ipse *Bartussus* & heredes sui extunc in antea eosdem agros cum curia, iure, quod vulgariter *Purcbrecht* dicitur, tenebunt, & perpetuo possidebunt, Plebano supra scripte Ecclesie, qui pro tempore fuerit, singulis annis duas marcas duntaxat census nomine, nec quidquam aliud persoluendo. Actum & datum in *Modracz* dilectis in Cristo nobis *Sebastiano* Preposito, *Hermanno* & *Friderico* Canonicis Ecclesie sancti *Petri* in *Brunna* & *Sdizlao* Plebano Ecclesie in *Urbaw*, nec non *Mauricio Nicolao de domo Theutonica*, *Henslino Werfoms*, & *Nicolao Cristani* presentibus & aliis pluribus fide dignis, (*a*) anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, VI. Nonas Julii.

CXXII.

Joannes de Mezirzicz cum filiis suis donat monasterio in Zderaz Jus Patronatus Ecclesiæ circa Skubrow in Solnicz. dd. in monasterio Sderasiensi XVII. Kalendas Septembris anno 1321. Ex autographo Archivi Zderasiensis.

Uniuersis tenorem presencium inspecturis Nos *Johannes de Mezirzicz*, *Wznata*, *Tasso* & *Jesco* filii eius cupimus esse notum, quod nos aduertentes esse magnum inter opera pietatis religiosis locis, in quibus Deo famulantes die noctuque cultui Diuino insistunt, ac pro viuis, & defunctis, oracionibus, missis, sacrificiis, ieiuniis, abstinenciis, vigiliis, disciplinis, & aliis bonis operibus, Deo cottidie famulantur, elemosinas elargiri; quapropter Religiosorum Virorum . . . Prepositi, Prioris, & Conuentus fratrum monasterii *Sderasiensis* ante *Pragam* Ordinis sancti *Augustini* sacro sancti Sepulchri Dominici *Jerosolimitani*, quos beneficiis, quibus possimus, prosequimur, sicut & progenitores nostri fuerant prosecuti, piis desideriis satisfacere cupientes, ac eorum inopie subuenire volentes, Jus Patronatus Ecclesie circa *Skubrow* in *Solnicz* oppidi nostri, quod ad nos pleno Jure dinoscitur pertinere, eisdem Preposito, Priori, fratribus monasterii predicti, & eorum successoribus de nostra bona voluntate, & unanimi consensu damus liberaliter, & donamus propter Diuine laudis augmentum, & remedium

(*a*) Sigillum Conradi episcopi Olomucensis huic membranæ appensum excusum damus Num. CXXI.

dium animarum pie memorie progenitorum nostrorum, ac remissionem peccatorum nostrorum; ipsum Jus Patronatus cum suis pertinenciis omnibus & singulis exnunc in eosdem tenore presencium transferentes, per ipsos tenendum, utifruendum, possidendum, perpetuo cum suis Juribus uniuersis; renunciamus eciam pro nobis, nostris heredibus, & successoribus quibuscunque, excepcioni cuilibet Juris & facti ac beneficio, cuicunque indulto, & auxilio omnis Juris Canonici, Ciuilis, consuetudinis, & alterius cuiuscunque, que, vel quod nos, heredes, aut successores nostros, vel aliquem horum contra predicta, donacionem & translacionem potest, vel quantumcunque poterit adiuuare. Intendentes, & volentes, ut donacio & translacio predicte modo, via & Jure subsistant, quo melius stare possunt. Ut autem predicta opera laudis Diuine pro viuis & defunctis predictis, eo copiosius valeant fieri, quo per Religiosum Plebanum eadem Ecclesia fuerit gubernata. Ipsi Prepositus & fratres voluntarie promiserunt in eadem, cum vacauerit, iuxta beneplacitum Domini bonum Plebanum locare, Ordinis sui fratrem, & alium Presbyterum religiosum, vel secularem ipsi perpetuis temporibus sociare, ita quod semper duo Presbyteri sint ibidem. Horum testes sunt Dominus *Thobias de Tassow*, (*a*) frater & Patronus noster dilectus, *Johannes* filius eius, *Hrono* filius Domini *Hrononis de Nachod*, & quam plures homines fide digni. Actum & datum in Monasterio *Sderasiensi* anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo XVII. Kalendas Septembris.

CXXIII.

Joannes XXII. committit Sacristæ Ecclesiæ Olomucensis ut controversiam ortam inter Præpositum & Conventum Monasterii in Zderaz; nec non Joannem, Prechtamque relictam Witiconis de Schwabenitz componat. dd. Avinion. Pontif. anno sexto V. Idus Junii anno 1322. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Johannes Episcopus seruus seruorum; Dilecto filio Sacriste Ecclesie *Olomucensis* salutem, & Apostolicam Benediccionem. Conquesti sunt nobis . . . Prepositus & Conuentus Monasterii sancti *Petri* in *Zderas* per Prepositum soliti gubernari Ordinis sancti *Augustini Pragensis* Diocesis, ad Ecclesiam Sepulcri Dominici *Jerosolimitani* immediate spectantis, quod *Johannes* filius quondam *Witikonis de Swabenicz* siue *Hermanicz* miles, & *Berchta*, quondam *Witiconis de Swabenicz* laici, relicta vidua *Olomucensis* Diocesis super quibusdam decimis, terris, debitis, possessionibus, & rebus aliis

(*a*) Hujus solius hodie supereſt sigillum membranæ appensum, quod Numero CXXII. excusum damus.

aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discrecioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias causam, & appellacione remota debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram Ecclesiasticam firmiter obseruari. Testes autem qui fuerunt nominati, si se gracia, odio, vel timore subtraxerint, censura simili appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Avinion.* V. Idus Junii Pontificatus nostri anno sexto.

CXXIV.

Ludovicus Rex Romanorum primarias preces pro Canonicatu ecclesiæ Olomucensis concedit Henrico de Nionburcb. dd. 1322. Oefel. rerum Boic. T. I. p. 73.

CXXV.

Elisabetba Regina conjux Joannis Regis Boh. fundat Brunæ sub castro Spielberg Moniales Ordinis Cisterciensis, concessa iisdem urbe Auspicz, aliisque terris. dd. 1323. Sartorius in Cistercio bis tercio p. 1078.

CXXVI.

Ludovicus Dux Austriæ renunciat omni juri, quod sibi in regnum Bohemiæ aut Marchionatum Moraviæ competere posset. dd. in Bruka die Dominico, quo cantatur Esto mihi. 1324. Balbinus Dec. I. Lib. 8. Vol. I. p. 30.

CXXVII.

Joannes Rex Bohemiæ Nobilibus Tetauer de Tetow (hodiernis Kinskiis) *testimonium dat avitæ nobilitatis, eosque in Ordine Dominorum Bohemiæ censet. dd. Pragæ die Martis post Resurrectionem Dominicam* 1326. Paprocius in Ordine Dominorum p. 376.

CXXVIII.

Literæ civium Znoymensium, quibus recognoscunt sese iurasse & promisisse Joanni Regi Bohemiæ, quod post mortem ejus fideliter velint assistere Henrico Duci Carintbiæ, utpote tutori liberorum a se in testamento designato. dd. 1328. In Privilegiis Regni Carlstein. T. 12. N. 35. p. m. 122.

CXXIX.

Joannes Dux Silesiæ & Dominus Stinaviæ recognoscit, quod cum Joanne Rege Bohemiæ, & Carolo Marchione Moraviæ convenerit, ut civitatem Frauenstad cum districtu a fratre suo Duce Conrado disbrigare, insuper quadringentas marcas sibi deponere teneantur, tum se procuraturum, ut a vasallis præstetur utrique homagium. dd. Pragæ VII. Junii anno MCCCXXX. Ex Codice Diplomatico MS. Bibliothecæ Nosticzianæ.

Nos

Nos *Joannes* Dei gracia Dux *Slesiæ* & Dominus *Stinauie* preſentibus publice recognoſcimus & fatemur; Quod nos cum Magnifico & Excellente Principe Domino noſtro *Joanne* Rege *Bohemiæ* & cum Inclyto Domino *Carolo* primogenito dicti Domini Regis Marchione *Morauie* conuenimus amicabiliter, & ſingulas cauſas concordauimus, in hoc videlicet, quod ipſi ciuitatem *Frauenſtadt*, & diſtrictum cum omnibus ſuis nobilibus Burgenſibus, & Juribus, Dominiis, oppidis, caſtris, Vaſallis, & pertinenciis, quibus ea prius poſſidebamus, & qui Duci *Conrado* fratri noſtro homagium preſtiterunt, ab eodem fratre noſtro teneutur iterato disbrigare, & hoc facere infra hinc & feſtum ſancti *Michaelis* proxime affuturum. Et quando ipſe Rex, ac Marchio *Morauie* predictam ciuitatem *Frauenſtadt* cum pertinenciis ſuis predictis ab homagio facto, ut dictum eſt, nobis disbrigauerint, & eciam poteſtati noſtre aſſignauerint, nec non quadringentas marcas *Polonicalis* ponderis XLVIII. groſſos pro marca qualibet computandos infra hinc & dictum feſtum ſancti *Michaelis* nobis ſatisfecerint, tunc nos ſtatim prefato Domino Regi *Bohemie*, heredibus, & ſucceſſoribus ſuis ordinabimus, & faciemus, & effectualiter procurabimus fieri homagium, & fidelitatis iuramentum, perpetuo per vaſallos, & Burgen. Ciuitatum *Stinauie*, *Frauenſtadt, Gore, Lobyn, Lynda, Polchowitz, Colowen* cum caſtris & pertinenciis uniuerſis, & alios incolas terrarum noſtrarum uniuerſos, & predicta homagia, ſeu fidelitatis iuramenta ipſe Rex *Bohemie* heredes & ſucceſſores ſui pro ſe perpetuo debebunt retinere, tali adiecta condicione, quod frater Dux *Henricus Saganenſis*, & ſui heredes iuſtam ipſorum porcionem poſt mortem meam in predictis terris noſtris expectabunt, exceptis duntaxat *Frauenſtadt* & *Lubin* ciuitatibus cum uniuerſis Diſtrictibus & Dominio ipſorum, que dicto Domino noſtro Regi, heredibus, & ſucceſſoribus ſuis abſolute & libere remanebunt; poſtquam autem Vaſalli homines, & Burgenſes prefati fidelitatis homagium, ſeu iuramentum dicto Regi & ſuis heredibus fecerint, extunc ſtatim ipſe Dominus Rex & ſui heredes omnes predictos vaſallos, Burgenſes, ſeu homines vel incolas ad nos remittere debet, eisdem precipere & mandare, ut nobis prompte obediant, pareant, & intendant tanquam ipſorum Domino iuſto, temporibus vite noſtre, nec a nobis unquam recedere, ſeu deuiare propter aliquam cauſam, quam ipſe Dominus Rex, aut ſui heredes nobis adinuenire poſſent modo quouis. Promiſimus eciam firmiter, & tenemur dicto Domino Regi, & ſuis heredibus, quod prefatos vaſallos, homines, & Burgenſes circa ipſorum Jura debeamus fauorabiliter conſeruare. Preterea dictus Dominus Rex pro ſe & heredibus ſuis nobis ſincere promiſit, quod pro poſſeſſionibus noſtris, ſeu terris nunquam

quam laborabit, sed pocius easdem terras nostras a violenciis & iniuriis quorumcunque vite nostre temporibus tenebitur magnifice defendere, & tueri. Insuper si aliqui Nobiles, Burgenses, aut incole terrarum nostrarum homagium, & fidelitatis iuramentum dicto Domino Regi Bohemie, aut heredibus suis facere renuerint, & ipso prestito homagio nobis obedire, nec promittere iterato nollent, extunc ipse Rex Bohemie, aut heredes sui, & nos eosdem remittentes, seu rebelles vi compellere tenebimur ad predictum homagium & fidelitatem dicto Domino Regi & obedienciam nobis faciendam. Etsi nos predictam ciuitatem *Lubin* infra quadriennium continuum exsoluere potuerimus, in huiusmodi exsolucione subsidium ipse Rex tercium denarium nobis dare tenetur. Si autem ipse Rex, aut sui heredes ipsam prius exsoluerent, extunc datis sibi per nos duabus partibus ciuitatem eandem nobis tenebitur assignare; ita tamen, quod ipsa semper ciuitas *Lubin* cum castro, & territorio suo post nostrum obitum ad eundem Regem Bohemie, & heredes suos esse debebunt illico & libere deuoluta. Deinde ipse Rex denuo per literas suas & tractatus pridem in *Wratislauia* nobiscum habitos ratificare tenebitur preter *Lubyn* & quingentas marcas ponderis & nummi predictorum, de quibus ipse Rex & heredes sui soluti erunt, & liberi, ex eo quod predictus noster frater Dux *Henricus Saganensis*, & heredes sui successionis in media parte terrarum nostrarum, prout superius exprimitur, respectum obtinebunt. Promittimus eciam omnia & singula predicta bona fide loco prestiti corporaliter iuramenti custodire, attendere, & infra hinc, & festum beati *Martini* proxime affuturum obseruare, & effectualiter adimplere, nec contra ea venire, vel facere per nos, alium, vel alios, de Jure, consuetudine, vel de facto, alioquin prefate terre nostre ipso facto ad dictum Dominum Regem, & heredes suos debebunt esse deuolute, de quibus terris nostris ipse Rex, aut heredes sui se tunc intromittere poterunt, & debebunt reculacione, contradiccione, & impedimentis cessantibus quibuscunque, renunciantes in his omnibus & singulis supradictis excepcioni doli mali, in factum accioni, beneficio restitucionis in integrum, constitucioni, consuetudini, literis & indulgenciis Apostolicis, Imperialibus, vel a Romanorum Regibus impetratis vel impetrandis. vel omnibus aliis tam iuris Canonici, quam Ciuilis auxilio, per quod nobis suffragium a dicto Domino Rege, & heredibus suis preiudicium posset quomodolibet generari. In quorum testimonium & fidem presentes scribi fecimus, & sigillo nostro ordinauimus communiri. Actum & datum *Prage* anno Domini MCCCXXX. septimo die Junii.

CXXX.

Joannes Rex Bohemiæ ob complura merita Herdwici de Lichtenstein, ejusdem Dominia Nicolspurg, Weisenstein &c. ab omni Berna regali libera esse pronunciat. dd. Parisiis in Vigilia S. Georgii 1332. Collectanea Archivi Stat. Inf. Austr. p. 197.

CXXXI.

Instrumentum seu Vidimus Hinkonis episcopi Olomucensis, super Bulla Urbani Papæ, & privilegio Przemyslai Ottocari &c. monasterio Brzewnoviensi concessis. dd. Pragæ VIII. Idus Novembris 1333. Ziegelbauer in Epit. Hist. Mon. Brewnov. p. 261.

CXXXII.

Joannes Rex Bohemiæ Herdvico de Lichtenstein & Nicolspurg, jacturam bonorum, quam sui causa fecerat, sarcit, eique castrum Meidberg, & nonnullas alias terras in feudum dat. dd. Lucenburg in octava Epiphaniæ 1334. Collectanea Archivi Stat. Inf. Austriæ p. 199.

CXXXIII.

D. Petrus Wissebradensis Decanus, Olomucensis Episcopi Vicarius & Officialis confirmat Henricum Crucigerum Sderasiensem Plebanum pro Ecclesia in Mesyerziecz. dd. Modritz XIIII. Kalendas Septembris anno 1334. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Petrus* (*a*) Dei & Apostolice Sedis Prouidencia Decanus Ecclesie *Wissegradensis*, Venerabilis in Cristo Patris, ac Domini Domini *Johannis* dicti, & eiusdem Sedis gracia electi *Olomucensis* Vicarius in spiritualibus & temporalibus Generalis; Notum facimus uniuersis presentes literas inspecturis, quod ad presentacionem, & peticionem Honorabilis ac Religiosi Viri, fratris *Philippi* Prepositi Monasterii *Sderasiensis* prope *Pragam*, Religiosum Virum fratrem *Henricum* eiusdem monasterii, Exhibitorem presencium in Ecclesia in *Mesyerziecz* vacante, per liberam resignacionem fratris *Sobconis*, ibidem Plebani, in qua predictus Prepositus Jus obtinet Patronatus, Rectorem legittimum instituimus & Plebanum, ipsam sibi cum omnibus Juribus & uniuersis pertinenciis suis, auctoritate, qua fungimur ordinaria confirmantes, & ei curam animarum ibidem, & administracionem spiritualium & temporalium, prout ad nostrum spectat officium comittentes. In cuius rei testimonium presentes sibi dedimus literas sigilli Vicarii Generalis Ecclesie *Olomucensis*, quo utimur, appensione munitas. Actum & datum in *Modricz* anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo quarto, XIIII. Kalendas Septembris.

CXXXIV.

(*a*) Hic Petrus postea factus Episcopus Curiensis, denique Archi-Episcopus Magdeburgensis, vide Berghauer in Proto-M. Pœnit. p. 234.

CXXXIV.

Albertus & Otto Duces Austriæ fatentur se a Carolo Marchione Moraviæ pignoris loco accepisse castrum & civitatem Znoymam propter nuptias Annæ sororis Caroli cum filio Ottonis. dd. Viennæ die Martis post Invocavit. 1335. Sommersberg Scr. Rer. Silef. T. III. p. 61.

CXXXV.

Otto Dux Austriæ speciali charta hanc ipsam oppignorationem castri & civitatis Znoym attestatur. dd. Viennæ die Veneris post Invocavit 1335. Lunig. C. G. D. T. II. p. 3.

CXXXVI.

Casimirus Rex Poloniæ promittit, quod velit treugas pacis cum Carolo Marchione Moraviæ servare per annum unum. dd. in castro Sandomiriensi die Dominica infra Octavas Ascensionis Christi 1335. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 596.

CXXXVII.

Joannes de Mezirzecz de Jure suo Patronatus instituit fratrem Henricum Ecclesiæ in Mezirzicz in Plebanum ea conditione, ut fratri Sobconi singulis annis numeret tres marcas graves. dd. Mezirzicz die S. Bartholomæi anno 1335. Ex Autographo Archivi Zderafienfis.

Nos *Johannes de Mezirzecz* notum facimus uniuerfis prefentes literas infpecturis, quod nos Refignacionem Ecclefie in *Mesirzecz*, in qua Jus Patronatus habemus, per fratrem *Sobkonem* pro tunc Plebanum dicte Ecclefie voluntarie de licencia & pleno confenfu noftro factam Honefto Viro fratri *Henrico* pro nunc Plebano Ecclefie predicte ratam & gratam habemus, eandem Ecclefiam dicto fratri *Henrico*, quantum ad noftrum fpectat feculare officium, fiue Dominium, damus, & conferimus fibi pure propter Deum ad tempora vite fue prefentibus literis noftris fibi confirmantes, nichilominus eidem fratri *Henrico* bona fide promittentes pro nobis, & omnibus fucceforibus noftris contra dictam noftram donacionem, fiue collacionem dicte Ecclefie unquam contrauenire, quocunque iure, modis quibuscunque vel facto, renunciantes in his fcriptis omni Juris Canonici, vel alterius cuiuscunque iuris potencie feculari, quo iure, vel qua potencia dictam fratris *Sobkonis* refignacionem, & noftram donacionem immutare poffemus; non obftantibus quibuscunque literis, condicionibus, exempcionibus, iuribus, excepcionibus ex folucione dicte Ecclefie ab eorum ordine per nos aut fucceffores noftros, & aliis omnibus modis, quibus noftra predicta donacio poffet variari, fiue immutari, fed eandem noftram donacionem predicto fratri *Henrico* in dicta Ecclefia *Mezirzecensi* factam ad tempo-

tempora vite ſue firmam & ſtabilem habere, bona fide ſibi, & ſucceſſoribus noſtris obſeruari promittentes, nichilominus recognoſcimus per preſentes, quod idem frater *Henricus* Plebanus predicte Eccleſie coram nobis promiſit de bona voluntate ſua dicto fratri *Sobkoni* quondam Plebano eiusdem Eccleſie, ſiue ſecum in domo maneat, ſiue alias, ſingulis annis dare tres marcas graues, ſemper, in quatuor temporibus tres fertones, ad hec ſe faciendum coram nobis obligauit. In cuius rei teſtimonium preſentes literas fieri fecimus, & ſigillo noſtro, & Nobilis Viri Domini *Hartlebi de Boczkowicz*, nec non ſepe dicti fratris *Sobkonis* & *Friczkonis* Ciuis noſtri fecimus appenſione muniri. (a) Actum & datum in Caſtro noſtro *Meſirzecz* anno Domini MCCCXXXV. in die Beati *Bartholomei* Apoſtoli, nono Kalendas Septembris.

CXXXVIII.

Procuratores Caſimiri Regis Poloniæ profitentur coram Joanne Rege Boh. & Carolo Marchione Moraviæ, quod Regi ſuo nihil juris competat in Ducatus Sileſiæ. dd. in Cricinio in feſto S. Bartholomæi 1335. Ludevig. Reliquiarum T. V. p. 600.

CXXXIX.

Liga perpetua inter Carolum Regem Hungariæ, Joannem Regem Bohemiæ, Carolum Marchionem Moraviæ & Joannem Ducem Carinthiæ. dd. in alto Caſtro die Dominico proximo ante feſtum Nativitatis Beatæ Virginis anno Domini 1335. Ex Codice diplomatico Bibliothecæ Noſtizianæ.

Nos *Carolus* Dei gracia Rex *Hungarie* memorie commendamus, tenore preſencium ſignificamus, quibus expedit, uniuerſis; Quod nos, & filios noſtros, ac heredes, heredumque noſtrorum ſucceſſores, & Regna cum inclyto Principe Domino *Joanne* eadem gracia Rege *Bohemie* Illuſtri & Comite *Lucemburgenſi* fratre noſtro Chariſſimo, ac Magnifico Domino *Carolo* primogenito Marchione *Morauie*, & *Joanne* Duce *Carinthie*, filiis eiusdem, ipſorum heredibus cupientes fraterne dileccionis vinculo uniri, & cum ipſis in ſinceritatis affectu indiſſolubilis amicicie firma conſtancia perpetuo & inuiolabiliter permanere absque omni dolo, & diſſimulacionis fraude pure & deuote preſentibus nos obligamus, ſimul cum *Ludouico* noſtro primogenito ad ſancta Dei Euangelia corporali preſtito iuramento promittentes, quod nos, & filii noſtri, eorumque heredes dictum Dominum *Joannem* Regem *Bohemie* fratrem noſtrum, & filios ſuos predictos, eorumque heredes, ac Regnum ſuum Bohemie predictum cum terris eiusdem Regni contiguis, contra omnes, & quoslibet homines cuiuscunque condicionis, ſtatus & honoris

(a) Sigilla huic membranæ appenſa excuſa damus Num. CXXXVI.

noris existant, exceptis inclytis Principibus Dominis *Roberto Hierusalem*, & *Sicilie*, ac *Casimiro Polonie* Regibus, nec non filiis, & heredibus eorundem, & patruorum nostrorum, & generaliter omnibus proximis nobis in linea consanguinitatis attinentibus in *Italia*, & in quibuslibet eius partibus constitutis, volumus, & tenemur perpetuo adiuuare, ita videlicet, quod si ipse Rex, & sui heredes extra metas regni sui *Bohemie* hostilem processum contra vicinos & confines eorum aduersarios vel eorum alterum habuerint, extunc ad peticionem ipsorum gentis nostre armigere & sagittarie subsidio, & auxilio prout melius poterimus ipsum vel filios suos, aut eorundem heredes cum tota nostra Regni *Hungarie* potencia adiuuare sine fraude & dolo promittimus & debemus. Si autem metas predicti Regni sui *Bohemie* quispiam eorundem aduersariorum intrauerint, ipsum & filios suos, ac eorundem heredes, & regnum cum pertinenciis suis contiguis potenter & hostiliter inuasuri, extunc nos & filii nostri, vel filiorum nostrorum heredes eundem Regem *Bohemie*, filios suos aut eorum heredes cum tota nostra Regni *Hungarie* potencia ad requisicionem suam, filiorum, aut heredum suorum promittimus personaliter, & tenebimur adiuuare. Et e conuerso idem frater noster Rex *Bohemie*, siue in eodem statu & honore Regio quo nunc existit, siue in quemcunque alium eminenciorem statum & honorem feliciter deueniat, (*a*) & abundet cum filiis suis predictis, & heredibus eorum, nos, filios nostros, & filiorum nostrorum heredes ac Regna nostra, contra omnes, & quoslibet homines cuiuscunque honoris, & preeminencie titulis prefulgentes, nullo penitus excepto, teneantur, & debeant, prout melius poterunt, perpetuo adiuuare, expressione simili mediante. Quodsi extra metas Regnorum nostrorum processum hostilem contra nostros aduersarios vicinos, & confines nos vel filii nostri, aut eorum heredes habuerimus, quod tunc nos, filios nostros, & eorum heredes ipse Rex *Bohemie*, filii sui, & filiorum suorum heredes ad peticionem nostram gentis eorum armigere & sagittarie subsidio sine fraude & dolo, prout melius poterunt, adiuuabunt. Si autem metas Regnorum nostrorum quaspiam, vel quepiam intrauerint, nos, filios nostros, aut eorum heredes, ac Regna nostra hostiliter inuasuri, extunc ipse frater noster Rex *Bohemie*, & filii sui, ac eorum heredes cum tota ipsorum potencia Regni *Bohemie* ad requisicionem nostram, filiorum, seu heredum nostrorum sine fraude & dolo personaliter teneantur, & debeant adiuuare. Preterea promittimus fugitiuos, & profugos, generaliter quoslibet proscriptos de Regno *Bohemie* ad Regna nostra venientes, nullatenus colligere, nec per quempiam nostrorum,

(*a*) Hem manifesta indicia tum de Joanne Rege cogitatum fuisse, ut in Imperatoriam dignitatem eveharur.

rum, ſeu ad nos pertinencium recolligi, & aſſumi aliqualiter ſuſtinere. Et ſimiliter idem frater noſter Rex *Bohemie*, filii, & filiorum ſuorum heredes, proſcriptos, profugos, & fugitiuos de Regnis noſtris ad Regnum *Bohemie* tranſeuntes, per nos, aut per quempiam ad eos ſpectancium recolligi in Regno *Bohemie*, & ſuis contiguis pertinenciis nullatenus pacientur, imo denunciacione facta hinc inde per nos Reges, heredes, aut Officiales Regnorum utrorumque proſcriptos huius de Regnis noſtris utrobique excludemus, excludi omnimode faciemus. Preterea ſi inter nos, filios noſtros, heredes eorum ex una parte, ac Dominos *Albertum*, & *Ottonem* Duces *Auſtrie*, & *Styrie*, ac eorum heredes ex altera quocunque tempore aliquam diſcordiam, ſeu guerram contingeret ſuboriri, extunc ad unionem pacis & concordie cauſam ipſam deuenire volumus ſine ipſo Rege *Bohemie*, & filiis ſuis, ac heredibus ſub virtute preſtiti Sacramenti, niſi primitus ad hoc dicti fratris noſtri Regis *Bohemie*, filiorum ſuorum, & heredum eorum expreſſus conſenſus acceſſerit, & voluntas. Ceterum quociescunque Nos, Reges filios, & heredes noſtros aut gentes noſtras preſtando ſubſidium, aut modo alio quocunque conuenire contigerit, vel placuerit, ſemper tuti & illeſi eſſe debeamus mutuo penitus & ſecuri. Hec omnia & ſingula ſub virtute prius preſtiti Sacramenti pro nobis, filiis noſtris & heredibus, & ſub pena excommunicacionis Papalis perpetuo promittimus preſentibus inuiolabiliter obſeruare, & ipſe eciam frater noſter Dominus Rex *Bohemie*, pro ſe, filiis ſuis, & heredibus eadem nobis, filiis noſtris & heredibus uniuerſa, prout in premiſſis declaratum, articulatim extitit, debeat, & teneatur ſub iuramento, & pena predictis irrefragabiliter obſeruare. In quorum omnium & ſingulorum ſubſcriptorum teſtimonium, & perpetuam firmitatem, nos dictus Rex *Hungarie* cum dicto *Ludouico* Nato noſtro preſentes ſcribi fecimus literas, ſigillorum noſtrorum pendencium munimine roboratas. Datum in *Alto Caſtro* die Dominico proximo ante feſtum Natiuitatis Beate Virginis anno Domini MCCCXXXV.

CXL.

Joannes Rex Bohemiæ eximit Joannem Abbatem monaſterii Lucenſis Ord. Præmonſtrat. ejusque ſucceſſores cum omnibus ſubditis a jurisdictione Camerariorum, Czudariorum, Beneficiariorum & Judicum Provincialium, pluresque alias gratias impertitur. dd. Poborlicz feria IV. poſt octavas Paſchæ 1336. Ex Autographo Archivi Regii.

Joannes Dei gracia *Boemie* Rex ac *Lucenburgenſis* Comes: Notum facimus tenore preſencium uniuerſis, quod nos Religioſum Virum nobis deuotum *Johannem* Abbatem *Lucenſis* monaſterii prope *Znoymam Pramon-*

ſtratenſis Ordinis, *Olomucenſis* Diocefis propter ſue merita honeſtatis, ac ipſius ſucceſſores Abbates monaſterii in *Luca* volentes inantea, quam adhuc usque ipſe vel eius predeceſſores freti ſunt, perfrui gracia, & gaudere ipſum, & eius ſucceſſores, ut predicitur, *Lucenſes* Abbates, nec non omnes homines, in eius, vel eorum poſſeſſionibus commorantes a poteſtate vel iurisdiccione Camerariorum, Czudariorum, Beneficiariorum, & Judicum Prouincialium noſtrorum per terram *Morauie*, qui nunc ſunt, vel qui pro tempore fuerint conſtituti, Diuine remuneracionis intuitu, duximus perpetuo eximendos, ita ut nec *Znoymam*, *Brunam*, *Olomucz*, *Piſencz*, *Preraw*, nec alias ad quecunque iudicia pro hereditatibus, poſſeſſionibus, debitis, culpis, criminibus eciam capitalibus, ſiue que vulgariter *Narok* dicuntur, aut cauſis aliis quibuslibet debeant amodo euocare, ſed ipſi Abbates coram nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus *Boemie*, vel Marchionatus *Morauie*, & noſtro vel eorum Capitaneo, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, homines vero eorum coram ipſis Abbatibus, & eorum Judicibus ſeu Judicio, quod de ſpeciali gracia concedimus, non iure *Czude*, (*a*) ſed ciuili debeant tantummodo reſpondere. Eidem eciam & ſuis ſucceſſoribus *Lucenſis* monaſterii Abbatibus de ſpeciali beniuolencia, quam ad ipſum monaſterium gerimus, conceſſimus, & concedimus in his ſcriptis Jus ciuitatum eſſe, ſiue forum in villa *Olakowicz* in bonis Abbacie eiusdem ſemel in tercia feria cuiuslibet ſeptimane gerendum in perpetuum cum omnibus iuribus, que fora noſtrarum aliarum obtinent ciuitatum. Volentes nihilominus de habundanciori gracia, ut idem forum in *Olakowicz* ſit perpetuum, ac ab omnibus theloneis, pedagiis, & ab illa exaccione, que vocatur *Lowczie*, & ab omni onere ſeruitutis, quocunque nomine cenſeantur, ſit liberum, & immune, ita quod omnibus ipſum forum frequentantibus ſit facultas ad illud libere accedendi, nec aliquod nomine pedagii, vel thelonei, vel cuiuscunque prediɛtarum exaccionum, quocunque ut diɛtum eſt, nomine cenſeantur, ab eis ullatenus exigatur. Adiicientes de ſpeciali gracia, ut quoscunque malefaɛtores de cetero in bonis diɛte Abbacie contigerit in crimine deprehendi, tales malefaɛtores ad diɛti fori in *Olakowicz* Judicium ducantur, ibidem ſecundum quod qualitas commiſſi criminis exegerit, pena debita punientur. Ad amplioris quoque gracie cumulum quascunque empciones rite & racionabiliter faɛtas per diɛtum Abbatem prediɛto *Lucenſi* monaſterio, de bonis ad nos non pertinentibus, ratas habentes & gratas, eis noſtrum benigne preſtamus aſſenſum, ſuſcipientes nihilominus in noſtre tuicionis

(*a*) Id eſt judiciii ſanguinis ſeu criminalis, quod infra transfertur in oppidum noviter conſtitutum Olakowicz.

cionis singulare presidium dictam villam in *Olakowicz*, villas, possessiones, curias, molendina, siluas, rubeta, piscaciones, & prata, & singulariter omnia bona sua, non obstantibus aliquibus literis graciarum per nos datis aliis, siue dandis, inhibentes omnibus nostris Officialibus, Prouincialibus & Judicibus supra scriptis sub obtentu gracie nostre ne ipsum Abbatem & dictum suum monasterium *Lucense* in dictis bonis, quocunque nomine censeantur, in aliquo molestare presumant, vel perturbent, harum serie & testimonio literarum, quibus nostrum sigillum est appensum. (*a*) Datum *Poborlicz* feria quarta post Octauas Pasche anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto. (*b*)

CXLI.

Henrici I. Ducis Silesiæ Javoriensis fœdus cum Rege Bohemiæ Joanne & Carolo Marchione Moraviæ. dd. Wratislaviæ in Epiphania Domini 1337. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 934.

CXLII.

Jessco de Nachod concedit Vitconi Plebano laneum censualem in Brzeznik. dd. in Brzeznik die Purificationis B. Mariæ Virginis 1338. Paprocius in Speculo Mor. fol. 129.

CXLIII.

Wenceslaus & Ludovicus fratres Duces Lignicenses profitentur se vasallos Joannis Regis Boh. & Caroli Marchionis Moraviæ. dd. in castro Pragensi III. Kalendas Augusti 1338. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 901.

CXLIV.

Confœderatio inter Carolum Regem Hungariæ & Carolum Marchionem Moraviæ: Quodsi Casimirus Rex Poloniæ decederet sine hærede masculo, Rex Hungariæ obtinebit regnum ipsius cum auxilio Marchionis Moraviæ; contra Rex Hungariæ promittit sese nullam Casimiro aut ejus hæredibus assistentiam laturum adversus terras, vasallosque seu Regis Bohemiæ, seu Marchionis Moraviæ. dd. in Wissegrad Dominica Invocavit 1338. Balbinus Dec. I. Lib. 8. Volum. I. p. 32.

CXLV.

Fœdus perpetuæ amicitiæ inter Carolum Regem Hungariæ, ejusque filios parte una, altera inter Joannem Regem Boh. Carolum Marchionem Moraviæ

(*a*) Typum sigilli huic membranæ appensi excusum damus eodem Num. CXL. (*b*) Servatur in Archivo Brewnoviensi ejusdem anni 1336. *Bulla Benedicti XII. data Avinione Idibus Decembris Pontificatus anno II. ad Abbatem Brewnoviensem & Abbatem Trebecensem in Moravia super Capitulorum celebratione, aliisque præceptis regularem disciplinam & studiorum progressum concernentibus,* quæ cum nimium prolixa sit, neque ad historiam patriam quidquam conferat, prætermittendam merito censuimus.

raviæ, & Joannem Ducem Carinthiæ, simulque contractus matrimonii inter Ludovicum primogenitum Regis Hungariæ, & Margaritham filiam Marchionis Moraviæ. dd. in Wissegrad Dominica Invocavit 1338. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 487.

CXLVI.

Joannes Rex Boh. & Carolus Marchio Moraviæ promittunt Ordinibus Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ, quod tributa nulla nova exigent, nisi cum filius coronandus, aut filia matrimonio elocanda erit, & tunc quidem commune tributum per XXXIII. grossos pensum iri. dd. 1338. In Archivo Regni Carlstein. T. XII. Num. 35. p. m. 374.

CXLVII.

Casimirus Rex Poloniæ init perpetuæ amicitiæ gratiam cum Joanne Rege Boh. & Carolo Marchione Moraviæ, profiteturque se nullum jus, proprietatem, aut titulum juris habere seu habuisse in Ducatibus Silesiæ intra chartam commemoratis. dd. Cracoviæ in Octava Purificationis B. Mariæ V. 1339. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 34.

CXLVIII.

Nicolaus Dux Oppaviensis promittit Joanni Regi Bohemiæ, quod subditos sui Ducatus in iisdem juribus & consuetudinibus conservare velit, quibus Barones, Nobiles & Vasalli Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ gaudent. dd. in Olomuncz VIII. Julii 1339. Balbinus ibidem p. 230.

CXLIX.

Nicolaus Dux Oppaviæ oppida Czukmantel & Hermanstat, villam Arnolsdorff & castrum Edelstein tradit Joanni Regi Bohemiæ. dd. Olmutz VIII. Julii 1339. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 842.

CL.

Joannes episcopus Olomucensis, & Rudolphus Dux Saxoniæ recognoscunt se vidisse illæsas literas Ludovici Regis, quibus Joanni Regi Boh. & ejus hæredibus Marchia & terra Budissinensis, nec non civitas Camenz cum eorundem appertinentiis in perpetuum conceditur in feudum. dd. Pragæ Sabbatho ante Dominicam, qua cantatur Misericordias Domini 1339. Balbinus ibidem p. 269.

CLI.

Carolus de Aurcicz fatetur sibi tres laneos liberos in villa Aurcicz ab Abbate Willemoviensi pro serviciis exhibendis ad dies vitæ suæ tantum, ad possidendum traditos fuisse. dd. Brunæ III. Calend. Maji anno 1340. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

No-

Nouerint uniuersi presencium noticiam habituri; Quod ego *Karulus de Aurcicz* suscepi tres laneos liberos in villa *Aurcicz* a Reuerendo in Christo Domino Domino *Petro* miseracione Diuina Abbate monasterii in *Wylemow*, & a suo Conuentu tali sub condicione, videlicet, quod prefatos tres laneos ad tempora mee vite, & nullius alterius, pro seruiciis in futurum ipsi Domino & suo Conuentui per me exhibendis tenere debeo libere, & possidere, homines eciam ipsius Domini, & sui monasterii bona mea fide, ubique locorum promouere, tueri, & adiutor fidelis, & maxime hominibus ville predicte fore promitto, sicuti mihi suppetit virium facultas, post decursum vero mee vite, memorati tres lanei cum curia ad nullum alium, quam ad ipsum Dominum & suum monasterium liberi libere redire debent, sine obstaculo cuiuslibet impedimenti, nullo iure emphyteutico, quod *Purchrecht* dicitur meis heredibus siue successoribus in hys laneis comperente, seu patrocinante, preter semina, que tunc per me seminata fuerint, & pecora, siue pecuda ad me spectancia, vel annone, si que fuerint; Hec omnia ad nullum alium, quam ad meos heredes, siue cui ego assignauero, pertinebunt, si vero in aliquo a seruicio prefati monasterii fortuito casu aberrauero, vel hominibus monasterii prenotati aliquod dampnum, aut calumpnia aliqua per me illata fuerit, ipse Dominus, vel sui successores me pro homine suo, & famulo proprio possunt, & debent sine omni mea contradiccione iudicare. Ad horum igitur omnium euidenciam clariorem, & firmius testimonium, Dominos Honorabiles & Nobiles, Dominum *Johannem de Lompnicz*, Dominum *Bohussium de Stencz*, Dominum *Luczconem de Wyssenburg*, Dominum *Johannem de Nachod*, Dominum *Bernhardum de Wiczcow*, Dominum *Strziesewoyum* dictum *Holub de Cumurzan*, *Sbynconem de Bucowyna* rogitaui, ut ipsi veri, & legitimi testes forent, omnium premissorum, & suis sigillis presentes communirent, meoque sigillo eciam appenso. Insuper addicio, quodsi unquam aliquem propter errorem casu quocunque Dominis memoratis, vel eorum monasterio iustus fore noluero, quomodolibet, extunc prefati Domini, quorum sigilla sunt presentibus appensa, me iniuste egisse, & male errasse, possunt deuincere, & debent per presentes demonstrare, edificia eciam in Curia mihi a monasterio collata, edificata, vel imposterum edificanda cum tribus laneis predictis, & curia, ad monasterium, & nullum alium libera libere debent. Datum & actum in Ciuitate *Brunensi*, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, III. Kalendas Maii.

CLII.

Lis composita inter Plebanos Ecclesiarum in Moravan, & Kryesicz.

dd. Olomutii feria secunda ante diem S. Elizabethæ anno 1340. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

In nomine Domini amen. Nos *Heinricus* Canonicus & Custos Ecclesie, ac Officialis Curie *Olomucensis*, & *Martinus* Plebanus Ecclesie in *Praczaw* uniuersis tenore presentis publici Instrumenti recognoscimus, & fatemur, quod cum Discreti & Religiosi Viri fratres *Wencezlaus* Plebanus Ecclesie in *Marveins Olomucensis* Diocesis Ordinis Cruciferorum monasterii *Sderasiensis* ex una; & *Jacobus* Prepositus & Plebanus Ecclesie in *Knyesicz* Ordinis *Premonstratensis* eiusdem Diocesis, parte ex altera in nos, tanquam in arbitros, arbitratores, seu amicabiles compositores, in causa & questione, que inter eosdem fratres vertebatur, super Jure Patronatus predicte Ecclesie in *Marveins*, quod frater *Wencezlaus* ad prefatum monasterium *Sderasiense*, frater vero *Jacobus* predicti ad se, & dictam suam Ecclesiam in *Knyesicz*, & nullum alium de iure pertinere dicebant, & super dampnis, expensis, & interesse in eadem questione factis, & receptis in nos compromisissent sic, quod nos in eadem causa summarie, & de plano sine strepitu & figura Judicii partibus presentibus vel absentibus stando vel sedendo in scriptis, vel sine scriptis possemus pronuncciare & diffinire, & parti non seruanti laudum & arbitrium penam addicere ac terminum ad audiendum nostram pronuncciacionem & ordinacionem assignare, prout hec in instrumento publico super hoc confecto plenius continentur. Nos ambo compromissum huiusmodi acceptantes, habita super eo deliberacione diligenti, dicto fratre *Jacobo* personaliter, & Religioso Viro fratre *Ulrico* Canonico Regulari monasterii *Gradicensis* dicti Ordinis *Premonstratensis* Procuratore a prefato fratre *Wencezlao* ad audiendum huiusmodi arbitrium, & pronuncciacionem per nos in eadem causa proferendam specialiter deputato presentibus, taliter pronuncciauimus, & presentibus diffinimus predictum fratrem *Jacobum* ab huiusmodi questione, & impeticione omnino cessare, quod & idem frater *Jacobus* statim fecit, & pro se, & suis successoribus omni Juri sibi in dicta questione competenti renunciauit, predictum vero fratrem *Wencezlaum* eidem fratri *Jacobo* tres marcas nomine dampnorum & expensarum in eadem causa perceptorum, & factorum, unam in crastino Purificacionis sancte *Marie*, & aliam in Dominica, qua cantatur *Reminiscere*, ac in Dominica, qua cantatur *Quasimodogeniti* terminis proxime venturis terciam, marcas grossorum, sexaginta quatuor grossos Pragenses pro ipsarum qualibet computando; persoluere, & finaliter assignare debere. Ego quoque *Heinricus* Canonicus & Officialis predictus supra dicto fratri *Wencezlao* licet absenti memoratam pecuniam in suprascriptis terminis dare, & per-

persoluere sub pena dupli; & suspensionis ab ingressu Ecclesie, quam in ipsum pro quolibet termino, in quo a solucione dicte pecunie cessaret, trium dierum monicione categorica preuia ex nunc prout extunc in his scriptis profero, auctoritate ordinaria precipio & iniungo. In cuius rei testimonium nos ambo arbitri presens instrumentum per subscriptum Notarium publicum scribi, & sigillo Officialatus Curie *Olomucensis* fecimus communiri. Actum *Olomucii* in domo mea predicti Officialis, presentibus Discretis Viris Dominis *Theodrico* Sacrista, & *Petro* Magistri *Stephani* Vicariis supradicte Ecclesie *Olomucensis*, ac *Johanne* Clerico de *Praga*, testibus ad premissa vocatis & rogatis, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo, feria secunda ante diem sancte *Elizabeth* vidue, Indiccione octaua, Pontificatus sanctissimi in Cristo Patris & Domini Domini *Benedicti* Diuina prouidencia Pape XII. anno sexto.

Et ego *Andreas* quondam *Zidelmanni de Lupczicz* Clericus *Olomucensis* Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius acceptacioni compromissi, pronunciaccioni, & diffinicioni terminorum assignacioni, ac aliis omnibus suprascriptis una cum prenotatis testibus presens interfui, & de mandato predicti Domini Officialis ea omnia manu propria scripsi, & exinde confeci hoc publicum instrumentum in testimonium premissorum.

CLIII.

Adamus de Kaunicz fundat in ecclesia Olomucensi Canonicum cum præbenda. dd. 1340. Paprocius in Speculo Mor. fol. 416.

CLIV.

Albertus Dux Austriæ promittit, quod, si Carolus Marchio Moraviæ vasallos suos ob quoscunque excessus corripere aut punire attentaverit, eos nullo modo adjuvare vel recipere velit. dd. Viennæ Dominica, qua cantatur Gaudete 1341. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 527.

CLV.

Innovatio fœderis inter Casimirum Regem Poloniæ, Joannem Regem Boemiæ, & Carolum Marchionem Moraviæ excluso Rege Hungariæ. dd. in die S. Margarethæ Virginis 1341. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 501.

CLVI.

Nicolaus Dux Münsterbergensis præstat Carolo Marchioni Moraviæ homagium fidelitatis. dd. Pragæ in die S. Bartholomæi Apostoli 1341. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 221.

CLVII.

Joannes Rex Bohemiæ committit Carolo Marchioni Moraviæ, ut manuteneat Petrum Plick, cui, cujusque hæredibus concessit in feudum castrum

Neidek cum suis pertinentiis. dd. in Vigilia S. Matthæi Apostoli 1341. Balbinus ibidem p. 162.

CLVIII.

Boleslaus Dux Mazoviæ & Dominus Plocensis promittit, quod, si Joannes Rex Bohemiæ moreretur, Carolo Marchioni Moraviæ homagium fidelitatis præstabit. dd. Poznaniæ in crastino S. Michaelis Archangeli 1341. Balbinus ibidem p. 241.

CLIX.

Joannes Dux Silesiæ & Dominus Stinaviæ promittit Joanni Regi Bohemiæ, quod in casum mortis non alteri, quam Carolo Marchioni Moraviæ homagium præstabit. dd. Potznaniæ feria II. proxima post festum S. Michaelis Archangeli 1341. Balbinus ibidem.

CLX.

Boleslaus Dux Lignicensis promittit in casum mortis Joannis Regis Bohemiæ se nulli alteri atque Carolo Marchioni Moraviæ homagium præstaturum. dd. Posnow feria II. post festum S. Michaelis Archangeli 1341. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 903.

CLXI.

Albertus Dux Austriæ init fœdus cum Carolo Marchione Moraviæ adversus Ludovicum Imperatorem. dd. Viennæ Sabbatho ante diem B. Thomæ Apostoli 1341. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 529.

CLXII.

Albertus Austriæ Dux pro renuntiatione Joannis Regis Bohemiæ, Caroli Marchionis Moraviæ & Joannis Comitis Tyrolis in Carinthiæ Ducatum promittit certam pecuniæ summam. dd. Viennæ ante diem B. Thomæ Apostoli 1341. Ludevigius ibidem p. 531.

CLXIII.

Casimirus Rex Poloniæ adoptat Joannem Regem Bohemiæ in patrem, Carolum vero Marchionem Moraviæ in fratrem. dd. Pragæ in die S. Margarethæ Virginis 1341. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 504.

CLXIV.

Casimirus Rex Poloniæ veræ amicitiæ ergo promittit Carolo Marchioni Moraviæ, quod nullum matrimonium absque illius scitu & consensu contrahere velit. dd. Pragæ 1341. Balbinus Dec. I. L. 8. Vol. I. p. 35.

CLXV.

Benedictus XII. committit Abbati Gradicensi Diœcesis Olomucensis compositionem controversiæ inter Abbatem Brzewnoviensem, & Joannem episco-

pum

pum Pragensem. dd. Avinion. III. Idus Januarii Pontificatus anno VII. id est 1341. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Benedictus episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto Filio . . . Abbati monasterii *Gradicensis* prope Olomucz salutem & Apostolicam benediccionem. Conquesti sunt nobis . . . (*a*) Abbas & Conuentus monasterii *Brewnoviensis* prope *Pragam* Ordinis sancti *Benedicti*, quod Venerabilis Frater noster *Johannes* episcopus Pragensis super terris, debitis, possessionibus, & rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque discrecioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus partibus conuocatis audias causam, & appellacione remota debito fine decidas, faciens, quod decreueris, auctoritate nostra firmiter obseruari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gracia, odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam appellacione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Datum *Avinion.* III. Idus Januarii, Pontificatus nostri anno septimo. (*b*)

CLXVI.

Albertus Dux Austriæ protestatur, quod Carolus Marchio Moraviæ & hæredes se de pecunia decem millium marcarum pro castris Laa & Waidhofen monere, aut actionem quandam intentare non debeant, donec renuntiationis literæ Joannis Comitis Tyrolis, & uxoris ejus Margarethæ fuerint sigillis roboratæ. dd. Viennæ Sabbatho ante diem Beati Thomæ Apostoli anno 1341. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Nos *Albertus* Dei gracia Dux *Austrie* &c. tenore presencium profitemur, quod iuxta tractatuum & ordinacionis seriem, quam cum Magnifico Principe Domino *Joanne Boemie* Rege super renunciacione Ducatus *Carinthie*, ac Jurium, accionum, & questionum, sibi, filiis suis *Carolo* Marchioni *Morauie* & *Joanni* Comiti *Tyrolis*, & uxori sue *Margarethe*, & sorori eiusdem competencium nunc nuper habuimus, & per literarum sigillacionem predictum Dominum *Joannem* Regem *Bohemie* & filios suos *Carolum* & *Joannem*, dictamque *Margaretham* & sororem suam facienda super dicti Ducatus *Carinthie* renunciacione, pro qua nos fratrueles & heredes nostri dictis Domino Regi *Bohemie* & heredibus suis in decem millibus marcarum grossorum *Pragensium* denariorum, & pro qualibet marca LXIIII. grosſ. computando, obligari deberemus, & pro eadem pecunie summa, nos eis-

 dem

(*a*) Predhorius. (*b*) Habetur in eodem Archivo ejusdem Pontificis sub eodem dato & alia Bulla ad eundem Abbatem Gradicensem principio & fine simillimis verbis concepta, his solum variantibus: *præsentium tibi auctoritate mandamus, quatenus ea, quæ de bonis ipsius monasterii* (Brewnoviensis) *alienata inveneris illicite, vel distracta, ad jus & proprietatem ejusdem monasterii legitime revocare procures. Contradictores per censuram ecclesiasticam &c.* sub finem infra appositum: *Sunbaldus.*

dem Regis *Bohemie* filiis, & heredibus suis pignora utp. ciuitates *Laa* & *Waidhofen*, cum castro *Waidhofen* assignare promisimus. Nos eciam cum Illustri Domino *Carolo* Marchione *Morauie* pro nobis fratruelibus nostris *Friderico* & *Leopoldo* Ducibus & heredibus nostris concordauimus in hunc modum. Quod idem Dominus *Carolus* Marchio & heredes sui predicta pecunia vel pignoribus prefatis ex Ciuitatibus *Laa* & *Waidhofen*, & castro ibidem soluendis, & ipsis assignandis nos fratrueles nostros predictos, & heredes nostros, non monere, vel impetere, nec aliqua nobis, vel alicui nostrum questionem, seu accionem aliquam debeant intentare, donec dicte renunciacionis litere predicti Comitis *Joannis*, & uxoris sue *Margarethe* ac sororis eiusdem sigillis fuerint roborate, nobisque fratruelibus nostris predictis, ac heredibus ipsos per ipsos signate, rata nihilominus unionis ordinacione inter Dominum *Joannem* Bohemie Regem, & predictum Dominum *Carolum* Marchionem ac heredes ipsorum, & inter nos fratrueles, & heredes nostros in suo robore duratura. In quorum testimonium & robur presentes literas damus nostri sigilli munimine roboratas. Datum *Vienne* Sabbatho ante diem Beati *Thome* Apostoli anno MCCCXLI.

CLXVII.

Carolus Marchio Moraviæ Bartholomæo ecclesiæ Olomucensis Præposito, omnibusque illius successoribus de novo confert & confirmat munus supremi Cancellarii Marchionatus Moraviæ. dd. Olomucz, feria III. Paschæ 1342. Balbinus in Epitome p. 253.

CLXVIII.

Joannes Dux Silesiæ & Dominus Stinaviæ indulget, ut Carolus Marchio Moraviæ oppidum suum Bolkewicz ab Henrico Duce Jaurensi redimat. dd. Wratislaviæ feria II. intra Octavas Corporis Christi 1342. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 610.

CLXIX.

Joannes Dux Silesiæ Dominus Stinaviæ recognoscit se cum consensu Caroli Marchionis Moraviæ Bertoldo de Lippa Præposito Wissegradensi obligasse castrum & civitatem Gorau pro octo millibus marcarum grossorum Pragensium. dd. Wratislaviæ infra Octavas Corporis Christi anno MCCCXLII. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Nos *Joannes* Dei gracia Dux *Slesie*, & Dominus *Stinauie* recognoscimus, & ad uniuersorum presencium, & futurorum volumus noticiam peruenire, quod bona deliberacione, & maturo consilio cum fidelibus nostris prehabito nostram prospicientes condicionem facere meliorem Venerabili Viro Domino *Bertoldo de Lippa* Preposito *Wissegradensi* Regni *Bohemie* Cancella-

cellario Castrum & Ciuitatem *Gorau* cum territorio & districtu, nec non villis, possessionibus, greniciis, limitibus, metis, terris, agris cultis & incultis, pratis, pascuis, syluis, rubetis, nemoribus, venacionibus, aucupacionibus, aquis, aquarumque decursibus, piscacionibus, molendinis ad aquas, vel ad ventum dispositis, montibus, vallibus planis habitis vel habendis, vasallis, hominibus, honoribus, Jurisdiccionibus, plenoque Dominio, nullo diminuto penitus, vel excepto, ac aliis Juribus, fructibus, utilitatibus, & pertinenciis uniuersis quibuscunque nominibus censeantur, prout ad nos a nostris progenitoribus peruenerunt, & sicut eadem hucusque dinoscimur possedisse, pro octo millibus marcarum grossorum *Pragensium Polonici* pagamenti rite & racionabiliter nomine pignoris obligauimus, & de certa sciencia obligamus presentibus taliter, quod de castro *Goraw* predicto duntaxat ad presens sibi cessimus, & id sue tradidimus, & assignauimus potestati, ciuitatem vero *Goraw* cum territorio & omnibus ante dictis territoriis, pertinenciis, fructibus, & utilitatibus quibuscunque per vite nostre tempora de prefati Domini *Bertboldi* beniuolencia & consensu sine impedimento quolibet possidere debebimus & tenere, sed post mortem nostram eadem ciuitas & territorium cum predictis omnibus suis pertinenciis & appendiis ad predictum Dominum *Bertboldum* sine difficultate qualibet, & absque resistencia seu renitencia cuiuslibet pro predictis octo millibus marcis libere nomine pignoris deuoluentur, habendum, tenendum, utifruendum, & pacifice possidendum. Promittimus itaque bona fide vice ac nomine iuramenti prefato Domino *Bertboldo* cum predicte ciuitatis *Goraw*, nec non *Stinavie* ciuitatis nostre, ac omnium aliarum municionum nostrarum, seu fortaliciorum apparacione, ac omni, qua possumus potencia, contra quemlibet hominem, cuiuscunque preeminencie, condicionis, & status existat, eciamsi nobis consanguinitate & affinitate quomodolibet sit astrictus, assistere, & fideliter adherere, quandoque vel quociescunque per eum & suos capitaneos & officiales quoscunque fuerimus requisiti. In quorum omnium maius firmamentum impetrauimus Excellentis & Magnifici Principis Domini nostri charissimi *Caroli*, Serenissimi Regis *Bohemie* primogeniti, Marchionis *Moravie* facultatem & consensum. Actum & datum *Wratislauie* infra Octauas Corporis *Christi* feria II. anno Domini MCCCXLII.

CLXX.

Carolus Regis Bohemie primogenitus Marchio Moraviæ innovat & confirmat omnes gratias, libertates & privilegia a Ducibus Silesiæ episcopo, Ecclesiæ, Capitulo & Clero Diœcesis Wratislaviensis concessa. dd. Wratislaviæ

in

in Octava S. Joannis Baptistæ anno MCCCXLII. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

In nomine Domini amen. Nos *Carolus* Domini Regis Bohemie Primogenitus, Marchio *Morauie* considerantes sinceritatis affectum, quo Reuerendus in Christo Pater Dominus Pretzlaus *Wratislaviensis* Episcopus nobis studuit sinceris affectibus complacere. Nos itaque considerantes eidem Domino Episcopo, vel qui pro tempore fuerit, & Ecclesie, Capitulo ac toti Clero seculari Ciuitatis & Diocesis *Wratislauiensis* in nostro temporali Dominio constitutis, & speciali nostre Ecclesie *Glogouiensi* grata fauoris nostri vicissitudine occurrere, ac ipsos de liberalitate nostra reddere consolatos, ut & ipsi quietem consecuti & pacem, nostrisque adiuti beneficiis in pace, pacis Domino valeant liberius famulari, omnes gracias, priuilegia, libertates, ac indulgencias per quoscunque Duces, Comites & Barones in Ciuitate & Diocesi *Wratislauiensi* predictis, & specialiter, ac precipue per memoratos Dominos Principes Dominos *Henricum I.*, *Henricum II.*, *Henricum III.*, *Henricum IV.*, & *Henricum VI.* & ultimum, tunc Duces *Slesie*, & Dominos *Wratislauienses*, nec non per Dominos *Henricum* & *Conradum Bolkonem* olim Duces *Glogouie*, & per Dominum Genitorem nostrum Regem *Bohemie* concessas & datas, seu concessa & data, ratas & gratas, seu rata & grata habentes eas & ea, cuiuscunque continencie vel tenoris existant. Recognoscimus, innouamus, approbamus, & nihilominus ex certa nostra sciencia presentibus confirmamus promittentes sinceriter bona fide Reuerendo in Christo Patri Domino *Pretzlao*, Dei & Apostolice Sedis gracia Episcopo *Wratislauiensi* predicto presenti & recipienti vice & nomine sue Ecclesie & Capituli, nec non Cleri secularis manutenere semper & inuiolabiliter illibate seruare, gracias, indulgencias, libertates, & priuilegia omnia supradicta, & eciam supradictas, Episcopum, Ecclesiam & Capitulum atque Clerum secularem predictos contra quoscunque Reges, Duces, Comites, Baronnes, tyrannos, spoliatores, molestatores, iniuriatores, & perturbatores ipsorum, cuiuscunque condicionis, aut status extiterint, defensare, ac ipsos, & ipsorum bona, terras, statum & iura defendere, & absque doli scrupulo seruare, postquam percepimus eos, aut ipsorum aliquos spoliari, molestari & perturbari in personis, rebus, vel iuribus ipsorum, vel ipsis iniurias irrogari, aut postquam ipsi, vel aliqui ipsorum nobis spolia, molestias, iniurias, & perturbaciones ipsorum intimauerint, a nobis auxilium postulantes, exceptis duntaxat Illustribus Principibus Dominis *Henrico Jaurensi* & *Bolkone Swidnicensi* Ducibus, contra quos in terris ipsorum eundem Dominum Episcopum, Ecclesiam & Capitulum *Wratislauiense*

uienfe predictos non tenebimur adiuuare, nisi forsitan idem Duces ipsum Dominum Episcopum, Ecclesiam vel Capitulum in bonis temporalibus Ecclesie seu Capituli in Ducatu *Wratislauiensi*, seu in terris Ducum aliorum, patronorum, ac nostrorum vasallorum sitis, perturbare forsitan conarentur, tunc Episcopo, Ecclesie & Capitulo supradictis, contra Duces eosdem ad prestandum eis auxilium volumus obligari. Insuper Episcopo, Ecclesie & Capitulo memoratis promittimus bona fide, quod nos, aut Dominus genitor noster Episcopum, Ecclesiam & Capitulum ac Clerum secularem Ciuitatis ac Diocesis *Wratislauiensis*, nec non quoscunque laicos eorum subditos in bonis Ecclesie consistentes, nullo unquam tempore aggrauabimus exaccionibus, solucionibus, collectis, peticionibus pecuniarum annualium, annonarum, seruitutum, vecturarum, vel aliarum angariarum, seu perangariarum quocunque censeantur nomine, aut descensibus vel stacionibus ad villas & allodia Episcopi, Capituli, & Ecclesie predictorum, sed iuxta priuilegiorum suorum tenores ipsis in his scriptis meram, plenam, & omnimodam concedimus libertatem. In quorum omnium testimonium & robur perpetuo valiturum presentes & scribi, & appensione sigilli nostri volumus communiri. Actum & datum *Wratislauie*, in Octaua *S. Johannis* Baptiste anno Domini MCCCXLII.

CLXXI.

Testimonium datum in præsentia, & ad requisitionem Caroli Marchionis Moraviæ a Pretzlao Episcopo Wratislaviensi de feudis Silesiæ & Ducatus Wratislaviensis per Principes a Joanne Rege Boh. susceptis. dd. in Domo Cruciferorum Ord. S. Joannis Hierosolym. prope Wratislaviam in Octava S. Joannis Baptistæ 1342. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 185.

CLXXII.

Preczlaus episcopus Wratislaviensis profitetur Carolo Marchione Moraviæ præsente Duces Silesiæ & civitatem Wratislaviensem Joanni Regi Bohemiæ clientelari jure esse obnoxiam. dd. Wratislaviæ in Octava B. Joannis Baptistæ 1342. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 788.

CLXXIII.

Ludovicus Dux Lignicensis constituit Wenceslaum fratrem suum in verum & legitimum procuratorem ad præstandum homagium Carolo Marchioni Moraviæ. dd. in allodio juxta rivulum Laa. Indict. X. XIV. Julii 1342. Balbinus ibid. p. 204.

CLXXIV.

Carolus Marchio Moraviæ stipulatur Casimiro Regi Poloniæ certos terminos

minos super mutua accepta pecunia. dd. Cracoviæ die B. Georgii Martyris 1343. (*a*) Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 510.

CLXXV.

Clemens VI. ad supplicationem Joannis Regis Bohemiæ & Caroli Marchionis Moraviæ eximit episcopatus Pragensem & Olomucensem a jurisdictione Archiepiscopi Moguntini. dd. Avinione II. Cal. Maji Pontif. anno II. id est 1343. Goldastus in Supplem. Act. publ. p. 282.

CLXXVI.

Universitas Nobilium & Vasallorum civitatis & districtus Frankenstein absenti Joanni Regi Bohemiæ, præsenti vero Carolo Marchioni Moraviæ præstant homagium. dd. in Frankenstein in die B. Calixti Papæ 1343. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 222.

CLXXVII.

Joannes Dux Silesiæ Dominus Stinaviæ obligat nomine pignoris Carolo Marchioni Moraviæ civitatem & castrum Gor. dd. Wratislaviæ feria VII. infra Octavas Corporis Christi 1343. Balbinus ibidem p. 237.

CLXXVIII.

Wenceslaus & Ludovicus fratres Duces Lignicenses profitentur se vasallos Regum Bohemiæ, promittuntque, quod Carolo Marchioni Moraviæ in omnibus obedire velint. dd. in castro Pragensi III. Cal. Augusti 1343. Balbinus ibidem p. 205.

CLXXIX.

Carolus Marchio Moraviæ confirmat Boleslao Duci Bregensi privilegium patris sui Joannis Regis Boh. dd. Pragæ III. Calend. Augusti 1343. Balbinus ibid. p. 36.

CLXXX.

Nicolaus Dux Monsterbergensis exhortatur Vasallos suos ad homagium Joanni Regi Boh. & Carolo Marchioni Moraviæ præstandum. dd. feria proxima ante S. Galli 1343. Sommersberg Scr. rer. Silef. T. I. p. 854.

CLXXXI.

(*a*) Instrumenti istius apographum tenemus ex Autographo Archivi Regii, quod cum a Ludevigio jam typis datum sit, libet saltem appensum sigillum Caroli Marchionis Moraviæ, cujus typum uspiam prodiisse haud constat, numero eodem CLXXIV. cum ejusdem contrasigillo minore excusum dare. Idem sigillum servatur in Archivo civitatis Egrensis, appensumque est Diplomati ejusdem Caroli Marchionis Moraviæ anno 1342. dato, uti ejus delineationem nobiscum communicavit Clar. Vir Joannes Clauser piæ memoriæ Archivarius Regius. Et vero servatur in eodem Archivo aliud etiam ejusdem Caroli Marchionis Moraviæ sigillum, appensum diplomati anni 1343. datoque Pragæ feria V. post festum S. Viti proxima, cujus typum Moravorum in gratiam eodem Numero CLXXIV. damus excusum; utriusque autem diplomatis argumentum tenoremve propter temporis angustias exscribere haud potuit tum Clar. Vir Clauserus.

CLXXXI.

Carolus Marchio Moraviæ concedit Nicolao Duci Monsterbergensi facultatem terras alienandi, ea tamen conditione, ut emptor feudum recognoscat. dd. Münsterberg fer. III. ante S. Galli 1343. Sommersberg ibid. p. 850.

CLXXXII.

Nicolaus Dux Monsterbergensis promittit, si contigerit a se vendi castrum aut civitatem, quod id velit Joanni Regi aut Carolo Marchioni Moraviæ intimare. dd. Monsterberg proxima feria ante S. Galli 1343. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 556.

CLXXXIII.

Joannes Abbas & Conventus monasterii Heinrichow promittunt, quod si Nicolaum Ducem suum Münsterbergensem mori contigerit, sese Joannem Regem Boh. & Carolum Marchionem Moraviæ, tanquam veros, ordinarios & naturales Dominos agnituros. dd. Münsterberg feria proxima ante S. Galli 1343. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 225.

CLXXXIV.

Nicolaus Dux Silesiæ & Dominus in Munsterberg promittit, quod rebelles aliquos, qui cum aliis civitatibus suis Joanni Regi Bohemiæ, & Carolo Marchioni Moraviæ fidelitatis homagium præstare recusarunt, ad idem juramentum præstandum cogere velit. dd. Munsterberg feria proxima ante diem sancti Galli anno Domini MCCCXLIII. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nolliziana.

Nicolaus Dei gracia Dux *Slesie*, & Dominus in *Munsterberg*; Notum facimus uniuersis; Quod quia ad mandatum nostrum ciuitatis nostre *Munsterberg, Frankenstein* & *Strelin*, & Ciuium uniuersitates, nec non uniuersi Nobiles Districtuum, sculteti, feudales, & omnes uniuersaliter in nostro Dominio residentes Serenissimis Principibus Dominis *Johanni* Regi *Bohemie*, nec non *Carolo* ipsius primogenito *Morauie* Marchioni, heredibus & successoribus ipsorum Regibus Bohemie, & corone Regni eiusdem, in casu, si nos heredibus non relictis moreremur, aut si per mortem heredum nostrorum aut alio quouis modo terras exhereditari contingeret, fidelitatis homagium prestiterunt, preter quosdam rebelles, qui assumpta occasione cuiusdam homagii facti, ut asserunt, ad manus alterius, auctoritate imo temeritate propria & rebellacione nostrum mandatum quamuis iustum & ordinarium contemnentes in nostri honoris preiudicium, & Dominiorum nostrorum dispendium, & iacturam, ac demum in suam desolacionem perpetuam, quam non iniuste mererentur, homagium fidelitatis huiusmodi facere noluerunt. Quapropter ad occurrendum dolositatibus, & defectibus prenotatis,

tatis, promittimus bona nostra fide, & sine omni dolo, supra dictis Dominis nostris, & ipsorum heredibus, ac successoribus, ut prefertur, aduersus huiusmodi contumaces & rebelles tam ipsorum, quam nostrorum, quocies & quando per eos fuerimus requisiti ad cogendum ipsos pro faciendo dicte fidelitatis homagio totis nostris viribus & potencia fideliter subuenire, ut que motu virtutis proprie facere contempserunt, saltem cogantur exequi rebus & corporibus non modicum fatigati, & nunc ita proueniat, quod corrupte voluntatis astucia denegauit. Presencium sub nostro sigillo testimonio literarum, Nobilibus *Henrico de Hugwitz*, *Ulrico de Lebenrode*, *Johanne de Kodaw*, *Theodorico de Gitzin*, *Nicolao de Bernwald*, *Betzkone de Aldembuigisbach* fidelibus nostris, & *Johanne de Alta Muta* Canonico Ecclesie sancte Crucis *Wratislauiensis* Curie nostre Prothonotario testibus ad premissa. Datum *Munsterberg* feria proxima ante diem sancti *Galli* anno Domini MCCCXLIII.

CLXXXV.

Nobiles & Vasalli Ducatus Monsterbergensis sese Wilhelmo Duci Oppaviensi dedunt. dd. Munsterberg die Jovis post Pascha 1344. Sommersberg Scr. rer. Siles. p. 855.

CLXXXVI.

Clemens VI. confirmat fundationem Caroli Marchionis Moraviæ, qua in ecclesia Metropolitana Pragensi viginti quatuor Clericos ecclesiasticos nomine Mansionariorum majorum & minorum instituit. Scilicet 12. *Presbyteros*, 6. *Diaconos, & totidem Subdiaconos. dd. Avinione II. Kal. Maji. Pontif. anno II. id est anno* 1344. Monumenta nostra ined. T. III. p. 323.

CLXXXVII.

Albertus de Puchheim constituitur Procurator ad contrahendum matrimonium inter Rudolphum Alberti Ducis Austriæ filium, & Catharinam Caroli Marchionis Moraviæ filiam. dd. in castello Thermes Diœcesis Tulnensis die post S. Margarethæ 1344. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Ich Albrecht von Puechaim des Hochgebohrnen Fürsten Herzog Albrechts von Oesterreich ꝛc. meines Herren sonderlicher Bothe zu diesen nachgeschriebenen Sachen: Veriehe offenbahr mit diesen Brieff, daß ich mit bedachten Muthe von den Gewalt, und von der Macht, die mir derselbe mein Herr Hertzog Albrecht hat mit seinem offenen Brieff geben, globet, und geheissen haun mit guetem Treüen ohn alles Gefehrde von dem Durchlaüchtigen gewaltigen Fürsten Herrn Johannsen Khünigen zu Böhmen, und Graffen zu Lutzemburg heute an diesem Tage dem Hochgebohrnen Fürsten Herren Carln desselbigen

bigen Khüniges Erstgebohrnen Sohn Marggraffen zu Mähren rechter Freundschaft, und Heürath mit Jungfrauen Catharinnen des ehegeschriebenen Marggraffens Tochter, ob es derselbige Marggraff ausbringen mag gegen dem heiligen Vater den Pabst, und daß auch die Freundschafft und Heürath gewinne einen Fortgang, und werde genzlich verbracht, das hab ich an meines vorgenannten Herren Hertzog Albrechts statt, und in seine Seele in seinen Nahmen auf dem heiligen Ewangelio leiblich geschworen, und gieb auch darüber zur Urkundt diesen offenen Brieff versiegelt mit meinen anhangenden Innsiegel. Der geben ist in dem Castell Thermes Tuller Bistumbs des anderen Tages nach Sanct Margarethen Tag. Nach Christi Geburth MCCCXLIIII.

CLXXXVIII.

Credentiales ab Alberto Duce Austriæ Alberto de Puchhaim datæ super contrahendo eodem matrimonio cum filia Caroli Marchionis Moraviæ. dd. Viennæ 1344. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 999.

CLXXXIX.

Liga inter Fridericum Landgravium Thuringiæ ac Marchionem Misniæ, & Carolum Marchionem Moraviæ. dd. vesperi S. Matthæi anno MCCCXLIIII. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir Friederich von Gottes Gnaden Landgraff in Döringen, Marggraff zu Meissen, und Wihr Carolus von derselbigen Gnaden Marggraff zu Mehrern, Erstgebohrner Sohn des Durchleüchtigen Fürsten, und Herren Herren Johannsen Khüniges zu Böheimen, bekennen offenlich, daß wihr durch sonderliche Liebe und Freündschafft, die wihr zueinander haben, umb besserung, Fried, und Gnad unser lieben Land und Leüte willen, einmüetiglich, und eintrechtiglich übereinkommen seyn, also, daß wihr alle unsere Lebetag an einander geholffen sollen seyn gegen allen den, die ann unsers des Marggrafen von Meissen Lande, und Herrschafft, und unsers des Marggraffen zu Mehrern und Böhmen, auch Pohlen stossen, der seind wihr wehren mit hundert Mann mit helmen, wie offt, oder wann unser ein dem andern des ermahnet, und bedürff, also bescheidenlich, wenn unser ein dem andern hundert Mann zu Hülffe sendet, daß er dann die Cost geben soll, und ob sie Schaden nehmen, den soll der, der also Volkh gesendet hat, selber tragen, und ob sie frommen nehmen, es were mit Vhesten, oder mit gefangenen, der fromme soll des Herren seyn, zu deme sie Gesandt seyn. Es ist auch geredt, und geteidinget zwischen uns, ob unser einer des andern Notturfft über die hundert Manne mit helmen, mit zwey hundert Manne, oder mehr, oder minder Dienst haben wolle gegen seinen Feinden, als vorgeschrieben ist, darüber soll jeglicher unter unns zwen seiner Manne khiesen, und die viehr sollen vollen Gewalt haben von unser

 beyder

beyder wegen zu sprechen umb Dienst, und schaden, und letzten die vier eimüetiglich sprechen bey ihren Treüen, als sie es dunckhet redlich seyn, das soll von unns beyderseith ohn aller wiederrede krafft haben, und stete bleiben. Es ist auch geteidinget, daß wihr beidenthalben das Römische Reich aufnehmen, sonder ob ein Khayser, oder ein Römischer Khünig in unser eines Landt zu Schaden ziehen wolte, so soll der andere ohn alles gefehrde stille sitzen! und demselben Khayser, oder Römischen Khünige weder mit Rath, oder mit That, noch mit Landen, noch mit Leüten ann kheinen Argen list, keinen Dienst noch Hülffe thun, und geschehe es daß wir Friedrich Marggraff zu Meissen des Vorgenanten Marggraffen zu Mehrern unsers swehers Dienst und Hülffe bedürfften, das sollen wir ihme vor einen Monath entbiethen in die Burg zu Prage. Were aber, daß uns Carolo Marggraffen zu Mehrern des dickgenannten Marggraffen zu Meissen Dienst und Hülffe Noth würde, das sollen wihr ihme gleicher Weise ein Monath vor in die Stadt Dresden verpothschafften, und entpiethen. Auch bekennen wihr daß wihr dem offtgenannten Marggraffen zu Mehrern unseren Swäher mit Gueten Treüen an Eydes Stadt globet haben, und globen auch ann diesen Brieff, daß wihr alle die, die in seinen Landen, oder seinen Leüthen zuschaden, oder seinen wiedersachern, oder Feinden zu hülff, oder zu frommen durch unser Land zuegen, oder ziehen, wandern, oder reithen wolten, nicht durch unser Land ziehen wollen lassen, sonder wihr sollen sie verhindern, so wir meist Müegen, ohn allerley Gefehrden. Es ist auch geredet, ob der ehegenannte Marggraff von Mehrern sein Land oder seine Leüthe von jemand der oder die unsere Landen gesessen weren geraubt wurden, oder von den, den sollen wihr zuhand, als es uns, oder unsern Hauptmann inn dem Land zuwissen wird, verkündiget, bey einem Monath, der allernechste darnach gehet, rechtes helffen, theten wihr des nichts, also daß der, oder die, die da beschuldiget wirden, Rechts ausgingen, so sollen wihr unsern ehegenannten Sweher den Marggraffen von Mehrern wieder dieselbigen mit der Hand ohn gefehrde helffen, were auch Ihr keiner der oder die inn denselben unsers Swehers Landen raubet, behauset oder besessen in unsern Landen, und giengen Rechtes aus, wann sie beschuldiget wird, also daß wihr seine Vhesten besetzen müsten, wenn wir dem Marggraffen, oder seine Ambtmanne inn die Burgk zu Prage das drey Wochen zuvohr wissen liessen, und entbitten, so soll er unns funffzig Mann mit helmen senden, den wihr Kost besorgen sollen, wenn sie in unser Land khomen, und die weil sie darinne uns zuhelffen bleiben, nehmen dieselben ann unseren Dienste schaden, den soll unser Sweher der Marggraffe selber tragen, nehmen wihr aber frommen an gefangen, oder Vhesten, die inn unsern Landen gelegen weren, oder von uns zu lehen gingen, ob wir die gewinnen,

der

der fromme soll uns alleine, gewunnen wihr auch miteinander Vhesten, die in unsern Landen nicht gelegen wehren, oder von uns nicht zu lehen gingen die sollen wihr brechen, oder sollen sie gleich mit einander theilen, wie, und das uns am besten gesellet. Auch sollen wihr unsern Mannen, und gemeiniglich allen den die inn unsern Landen sein gesessen, wehren, und ihn nicht gestatten ohne Argelist, das sie jemand helffen, oder dienen, der oder die unsers vorgenanten Swehers des Marggraffen von Mehrern Feindt sindt oder werden; aber welcher unser Manne oder der die in unsern Landen sind gesessen, unsern Sweher den Marggraffen zu Mehrern wieder alle seine Feinde und wiedersachern helffen wolten, der sollen wihr nicht wehren, sondern wir sollen ihn des vorganenn: Geschehe es auch daß ihr keine Herren, die nie des offtgenannten unsers Swehers Landen besessen, sich zu uns vermannen wolten, die sollen w hr nicht zu mannen Enntpfahen, noch gegen ihm verteidingen in kheinerlei Weis. Auch ist es beynahmen geteidinget, daß dieser Brieff der einunge, die unsers vorgenannten Swehers des Marggraffen zu Mehrern Vatter Herr Johanns Khünig zu Böhemen und wihr miteinander haben, unschedlich soll seyn, sunder die erste Brieffe, die gegeben seind darüber inn den Jahr, als mann zahlte nach Gottes geburt MCCC und XXX Jahre am Pfingstabend, sollen bey aller ihrer krafft bleiben ane als viel, was in diesen Brieffe sonderlich geschrieben ist, daß das ihr Vortgang haben soll, und haben diesen Brieff versiegelt mit unser beyder Insiegeln. Zu einen Urkund der Wahrheit, der zu Sigen geben ist nach Gottes Geburt MCCC und an dem XLIIII Jahr, an Sankt Mathes Abend.

CXC.

Albertus Dux Austriæ profitetur se sub juramento promisisse Carolo Marchioni Moraviæ contrahendum matrimonium inter filium suum Rudolphum, & ejusdem filiam Catharinam, superque eo se dispensationem a Sede Apostolica efflagitaturum. dd. Viennæ die Jovis post diem S. Nicolai 1344. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 997.

CXCI.

Preczlaus & Capitulum Wratislaviense recognoscunt, quod oppidum Grotkow a Carolo Marchione Moraviæ acceperint, quodque ad ejus coronationem venire & feudum super eodem accipere velint. dd. in domo FF. Minorum IX. Cal. Decemb. 1344. Balbin. Dec. I. L. 8. Vol. I. p. 197.

CXCII.

Mandatum investituræ Swatboslay Hlawnye per Joannem Officialem Curiæ Archiepiscopalis Pragensis Canonicum Olomucensem ad collationem Præpositi Sderasiensis pro Ecclesia in Breznik. dd. in Wyssebrad feria tertia ante

ante Ascensionem Domini anno 1345. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Johannes dictus Paduanus Decretorum Doctor *Pragensis*, *Olomucensis*, & *Wyssegradensis* Ecclesiarum Canonicus, Officialisque Curie Archiepiscopalis *Pragensis*, nec non subexecutor *Swatboslay* Clerici *Pragensis* Diocesis, nati quondam *Petri* dicti *Hlawnye de Podskalo* prope *Pragam*, gracie sibi per Sedem Apostolicam ad collacionem Prepositi & Conuentus monasterii *Sderasiensis* in *Pragensi* & *Olomucensi* Diocesi, beneficii cum cura, vel sine cura vacaturi, facte, per Venerabilem in Cristo Patrem, & Dominum nostrum Dominum *Arnestum* sancte *Pragensis* Ecclesie Archiepiscopum Principalem Executorem, specialiter deputatus Discretis & Honestis Viris . . Decano *Tassouiensi* ac in *Kralicz* & in *Namyesicz* Ecclesiarum Rectoribus salutem in Domino & mandatis nostris, ymo verius Apostolicis firmiter obedire; Noueritis, quod prefatus *Swatoslaus* Clericus Ecclesiam in *Breznik* vacantem per mortem olim . . . Plebani ibidem virtute gracie sibi per Sedem Apostolicam in forma communi, ut predicitur facte, que sibi de Jure debetur, acceptauit, & de eadem est, prout in processu ipsius gracie, mandatur, solempniter inuestitus. Quare vobis, & cuilibet vestrum in virtute sancte obediencie, & sub excommunicacionis pena, quam in vos, & vestrum quemlibet terna Canonica monicione premissa ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc proferimus in his scriptis, si mandatis nostris imo verius Apostolicis non parueritis cum effectu, quatenus prefatum *Swatoslaum* Clericum, cum per eum, aut procuratorem suum requisiti fueritis, vigore & auctoritate gracie & processuum per sepe dictam Sedem Apostolicam sibi facte, in corporalem possessionem Ecclesie in *Breznik* infra sex dies a monicione vobis facta, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tercio ac peremptorio termino assignamus, nec non in omnium Jurium, & pertinenciarum ipsius inducatis, & inductum pro viribus defendatis, contradictores quoslibet & rebelles per censuram Ecclesiasticam firmiter compescendo, mandantes sibi, aut suo procuratori de omnibus iuribus, pertinenciis, fructibus, usibus, oblacionibus, ac uniuersis utilitatibus ad eandem Ecclesiam spectantibus absque omni contradiccione & impedimento quolibet integraliter responderi, & si omnibus hys exequendis interesse non poteritis, unus, aut duo vestrum, ea nichilominus exequantur, nullus alium in execucione huiusmodi mandati vestrum respiciat vel expectet, sed qui requisitus fuerit, ea nihilominus exequatur, reddendo presentes literas mandato executo, vestris sigillis signatas, aut publico confe-

cto

cto super hoc instrumento pena sub predicta. (a) Datum in *Wyssegrad* in domo habitacionis nostre anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, proxima feria tercia ante Ascensionem Domini.

CXCIII.

Ludovicus & Wenceslaus Duces Lignicenses promittunt, quod post mortem Joannis Regis Boh. Carolo Marchioni Moraviæ præstabunt homagium fidelitatis. dd. Pragæ III. Kal. Augusti 1345. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 205.

CXCIV.

Preczlaus episcopus & Capitulum Wratislaviense recognoscunt sese præsente Carolo Marchione Moraviæ oppidum Grotkow in verum feudum accepisse. dd. in domo FF. Minorum IX. Kal. Decembris 1345. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 793.

CXCV.

Joannes Rex Bohemiæ consentit in donationem villarum a Carolo Marchione Moraviæ Mansionariis Pragensibus pro quotidiana Missa de B. M. V. in aurora decantanda factam. dd. II. Februarii 1346. Monumenta nostra inedita T. III. p. 333.

CXCVI.

Clemens VI. ad petitionem Caroli Marchionis Moraviæ ad meliorem sustentationem Mansionariorum Pragensium incorporat eorundem choro Capellam S. Laurentii Preroviæ in Moravia. dd. Avinioni VII. Idus Maji 1346. *Pontif. anno IV.* Monumenta nostra ibid. p. 334.

CXCVII.

Carolus IV. Rom. Rex ad instantiam Archiepiscopi Pragensis, episcopi Olomucensis &c. decernit, ut postbac Rex Bohemiæ nonnisi ab Archiepiscopo Pragensi consecretur. dd. Pragæ Indict. XV. Cal. Septembris 1347. Goldastus in Supplem. Actor. Public. p. 285.

CXCVIII.

Caroli IV. Bohemiæ Regis præceptum alterum in gratiam Prælatorum & Nobilium tam regni Bohemiæ, quam Marchionatus Moraviæ dd. 1347. Schanat Vindem. Litter. Colla. II. p. 128.

CXCIX.

Carolus IV. recognoscit, quod episcopatus Olomucensis, Marchionatus Moraviæ, & Ducatus Oppaviæ sint vera hæreditaria feuda coronæ regni Bo-

(a) Sigillum Officialatus Curiæ Archiepiscopalis Pragensis, idemque primum post illthic constitutam Sedem Metropolitanam huic membranæ appensum excusum damus Numero CXCII.

Bohemiæ. dd. Pragæ Indict. II. VII. Idus Aprilis 1348. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 165.

CC.

Carolus Quartus Imperator confirmat literas Regis Joannis monasterio Lucensi prope Znoymam Ordinis Præmonstratensis super exemptione ab omni foro laicali datas. dd. Znoymæ VII. Junii anno 1348. Ex Autographo Archivi Regii.

Karolus Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus, & *Boemie* Rex &c. Etſi Regie dignitatis circumſpecta benignitas uniuerſos fideles ſuos ex innata clemencia proſequitur fauoroſe ad illorum tamen utilitates & commoda ampliori ſtudio aſpirare conſueuit, qui ſpreta ſeculi vanitate ſub habitu regulari & debite Religionis honore nituntur Altiſſimo in ſimplicitate mentis, & corporis iugiter famulari. Sane quia Religioſorum, Abbatis & Conuentus monaſterii *Lucenſis* prope *Znoymam* Ordinis *Premonſtratenſis* deuotorum noſtrorum nuper ſerenitati noſtre oblata ſupplicacio continebat, quatenus eisdem literas clare memorie Illuſtris *Johannis* olim *Boemie* Regis Genitoris noſtri kariſſimi approbare, ratificare & confirmare de ſolite benignitatis clemencia dignaremur; Quarum tenor ſequitur in hec verba:

Johannes Dei gracia Boemie Rex, ac Lucemburgenſis Comes &c. (a) Nos igitur ad predictorum . . . Abbatis & Conuentus ſupplicacionis inſtanciam, preſertim cum preces ipſorum iuſte ſint, nec deuient a tramite racionis, ut nobis & animabus Progenitorum noſtrorum proficiat ad ſalutem, & omnium bonorum operum, que per fratres inibi recte deuocionis ſpiritu Domino ſeruientes, continuato caritatis ardore frequencius exercentur, participes fieri mereamur, ſupradictas literas in omnibus ſuis tenoribus, clauſulis, & ſentenciis de verbo ad verbum, prout ſuperius ſunt expreſſe, de certa noſtra ſciencia innouamus, approbamus, ratificamus, ac per omnia de Regie poteſtatis plenitudine confirmamus, mandantes uniuerſis Capitaneis, Camerariis, Sub-Camerariis, Judicibus, Juſticiariis, Czudariis, Poprawczonibus, Officialibus, & Vice-Officialibus, qui pro tempore fuerint, fidelibus noſtris dilectis, ne predictos Abbatem, & Conuentum monaſterii *Lucenſis*, aduerſus preſentis noſtre innouacionis, approbacionis, ratificacionis, & confirmacionis graciam preſumant in aliquo penitus moleſtare, imo verius ſtudeant ipſis circa huiusmodi noſtre gracie indultum adhibita ſedulitatis cura fauorabiliter conſeruare ſub pena noſtre indignacionis, quam, qui ſecus attemptare preſumpſerit, ſe cognoſcat grauiter in-

(a) Diploma hoc jam habetur excuſum Num. CXL.

incursurum; Presencium sub nostre Maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Znoyme*, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, Indiccione prima VII. Idus Junii, Regnorum nostrorum anno secundo.

CCI.

Carolus IV. confirmat Herdvico de Lichtenstein privilegium Joannis Regis Boh. atque ab omni berna regali immunes pronunciat ejus terras Nicolspurk &c. dd. Pataviæ die post S. Jacobi 1348. Collectanea Archivi Stat. Inf. Austriæ p. 196.

CCII.

Carolus IV. qua Rex Romanorum recognoscit, quod Marchio Moraviæ & Status regni Boh. & Marchionatus Moraviæ cum consensu Regis Ottocari rite elegerint filium ejus Wenceslaum in Regem Bohemiæ, quodque rite electum bene confirmaverit Ottocarus. dd. 1348. In Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 35.

CCIII.

Actio cum sententia definitiva lata ab Henrico Canonico & Custode Ecclesiæ Olomucensis in causa detentionis villæ Sczepanow, & illatorum damnorum, pro Abbate in Willemow, contra Sdeslaum de Fesczina. dd. Pragæ die XIII. Martii anno 1349. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

In nomine Domini amen. Nuper coram nobis *Henrico* Canonico & Custode Ecclesie *Olomucensis*, Officiali Curie Archiepiscopalis *Pragensis* Venerabilis Vir Dominus *Andreas* Abbas monasterii in *Willemow* Ordinis sancti *Benedicti* contra Dominum *Sdeslaum de Fescina* dictum de *Maleffaw*, & *Sdenconem* filium suum libellum in scriptis obtulit in hec verba. Coram vobis Honorabili Viro Domino *Henrico* Canonico & Custode Ecclesie *Olomucensis*, Officiali Curie Archi-Episcopalis *Pragensis* dicit, & proponit cum querela Honorabilis & Religiosus Vir Dominus *Andreas* Abbas monasterii in *Willemow* Ordinis sancti *Benedicti* nomine monasterii predicti contra Nobilem Virum Dominum *Sdeslaum* de *Fescina* dictum de *Maleffaw*, & *Sdenconem* filium suum, quod ipsi Dei timore postposito villam dictam *Sczepanow* prefati monasterii a septem annis cum censibus, & ususfructibus occupant, & per potenciam secularem violenter in grande preiudicium & dampnum prefati monasterii, quos fructus & utilitates predicte ville cum molendinis ibidem estimat ad valorem duodecim sexagenarum grossorum *Pragensium* denariorum singulis annis cum censu percipiendorum, ad quorum omnium restitucionem petit ipsos sentencialiter condempnari. Item contra eosdem nomine, quo supra, proponit, quod prefatus Dominus cum filio suo predicto, malo peius addentes dampnificauerunt monasterium in siluis, pratis, pascuis, piscacionibus adiacentibus predicte ville, & pertinentibus

tibus ad Jus & proprietatem monasterii predicti, violenter predicta spoliando septem annorum, vastando, destruendo, que dampna una cum censibus estimat ad centum triginta sexagenas grossorum *Pragensium*, ad quarum restitucionem, satisfaccionem censuum, dampnorum, & iniuriarum petit nomine, quo supra sentencialiter condempnari; petit insuper expensas in lite factas, & protestatur de faciendis dampnis, & interesse. Ad quem libellum *Johannes* Notarius publicus de *Praga* dictus *Zderaz* Procurator predicti Domini *Sdeslai* Procuratorio nomine animo litem contestandi negauit narrata, prout narrantur in dicto libello, dicens petita fieri non debere, & tandem in termino ad ponendum & articulandum *Anthonio* Procuratori Domini Abbatis predicti nomine quo supra prefixo, idem posiciones suas in scriptis obtulit, ad quas Dominus *Johannes* nomine sue partis respondit, prout in actis continetur, & super articulis a testibus pro parte dicti Domini Abbatis, productis ad sancta Dei Euangelia per eos corporaliter tacta iuramentis receptis, ipsisque diligenter examinatis, & eorum dictis in scriptis redactis, ac ipso *Anthonio* sue partis nomine ulteriori testium produccioni renunciante ad ipsius instanciam eiusdem partis sue nomine in termino ad hoc specialiter prefixo, eorundem testium dicta publicauimus, & habuimus pro publicatis cum protestacione per dictum *Johannem* procuratorem sue partis nomine, quod sibi & sue parti esset Jus saluum obiciendi antedicta testium & personarum, producta eciam pro parte Domini Abbatis quadam patente litera, contra quorum testium dicta atque literam in termino ad excipiendum prefixo per *Johannem* Procuratorem sue partis nomine nihil exceptum fuit, & tandem in termino ad concludendum in ipsa causa prefixo, ad quem predicti *Sdeslaus*, & suus filius citati fuerant, in eorum contumaciam ad instanciam *Anthonii* Procuratoris predicti, eorum contumaciam accusantis, in ipsa causa conclusimus, & eam habuimus pro concluso, diem hodiernam pro termino peremptorio ad ferendam diffinitiuam sentenciam predictis procuratoribus tunc presentibus, quolibet sue partis nomine statuentes.

Nos itaque omnibus, & singulis probacionibus in dicta causa habitis, & productis, eiusque meritis diligenter visis, & equa iusticia discussis, habitaque deliberacione diligenti, solum Deum habentes pre oculis, eiusque nomine inuocato, *Martino* quondam Magistri *Ulrici Leporis* (*a*) seruitore per dictum *Anthonium*, & *Ulrico de Blatbna* a prefato *Johanne* Procuratoribus substitutis presentibus & sentenciam diffinitiuam ferri postulantibus, predictum *Sdeslaum* ad cedendum de dicta villa, & dimittendum eam cum suis

(*a*) Id est Ulrici de Hassenburg.

suis pertinenciis, & ad satisfaciendum de duodecim sexagenis grossorum *Pragensium* denariorum nomine prouentuum per eundem *Sdeslaum* de dicta villa perceptorum & ad expensas in dicta lite factas prefato Domino Abbati nomine sui monasterii, & *Anthonio* suo Procuratori Procuratorio nomine in hys scriptis sentencialiter condempnamus, earum taxacione nobis imposterum reseruata, & reseruamus. Lecta & lata est hec sentencia in Consistorio dicte Curie Archi-Episcopalis *Pragensis*, presentibus Discretis Viris *Buscone* Ministro Ecclesie *Pragensis*, *Slawcone* Plebano Ecclesie de *Neczìemicz*, *Joanne* Aduocato, & *Drabuscone*, ac *Petro* Notariis actorum dicti Consistorii, & *Jacobo*, *Johanne* Organista Procuratoribus dicti Consistorii, & aliis pluribus fide dignis. Anno Domini 1349. die 13. Mensis Martii.

CCIV.

Ludovicus Dux Bavariæ promittit, quod transactionem & pactata cum Carolo & Joanne Marchione Moraviæ inita servare velit. dd. Eltevill die Martis ante Pentecosten 1349. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 980.

CCV.

Joannes Marchio Moraviæ promittit, quod Regi Bohemiæ ad recuperanda regni sui jura contra quemlibet auxilio sit futurus, neque unquam subditorum patrocinium suscepturus. dd. Pragæ Indict. II. Nonis Januarii 1350. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 176.

CCVI.

Joannes episcopus & Capitulum Olomucense petunt a Clemente Pontifice Romano, collato consilio cum Carolo IV. & Pragensi Archiepiscopo, ut triginta Parochiæ ad Olomucensem Diœcesim pertinentes incorporentur noviter erigendo episcopatui Litomisslìensi. dd. Olomucy V. die Februarii 1350. Balbinus Dec. I. L. 5. p. 38.

CCVII.

Joannes episcopus & Capitulum Litomisslìense certiorem reddit Clementem Papam sese cum episcopo Olomucensi convenisse de cedendo claustrello & triginta Parochiis Diœcesis Olomucensis, quæ suo episcopatui incorporari orant. dd. Litomisslii V. die Februarii 1350. Berghauer in Proto-M. Pœnit. p. 261.

CCVIII.

Reconciliatio inter Ludovicum utrumque Ducem Bavariæ simul & Carolum Romanorum Regem, atque Joannem Marchionem Moraviæ. dd. Budissinæ die Martis post Dominicam Invocavit 1350. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir **Ludwig** und **Ludwig** genandt **Römer** von Gottes Gnaden Marggraffen zu **Brandenburg** und **Lusitz** des heiligen Reichs Obristen Cammerer, Pfaltzgraffen beym **Rein** und Herzogen in **Bayern** verichen, daß wir mit dem allerdurchleüchtigsten Fürsten, und unseren gnedigen Herren Herren **Carln Römischen** Khünige, ꝛc. und mit dem Hochgebohrnen Fürsten Herren **Johanns**, Margraff zu **Mehrern** unserem lieben Ohemen, seinen Bruder unns umb alle Sachen, Krieg, mißhellung und Aufleüff, die zwischen ihn, ihren Landen, und Leüthen, geistlichen und weltlichen, und allen unseren Helffern auf den andern Theile auferstanden seynd, von welchen Sachen das zukommen ist, unnez auf diesen heüntigen Tag, und wie die genannt seyn, einmüthiglich, und einträchtiglich versüenet, und genzlich verrichtet haben, also, daß aller Zorn, und Verdechtnus, die darvon khommen seind, und inn Ir kheine Weise darvon khommen möchten, absein sollen, und nimmer geöffnet, nochgedacht sollen möchten von unns inn Argen, zu kheiner Zeiten, und globen auch inn gueten Treuen, und bey dem geschwornen Eyde, den wihr zu den heiligen darüber gethan und geschworen haben, daß wir die vorgenante Verrichtung als vorgeschrieben stehet, ewiglich, stete, und gantz haben und halten wollen und sollen, und darwider mit Worten, noch mit Werken nimmer gethun in kheine Weise noch in kheine Zeiten, und auch dieselben spenen zu volfüeren, als es inn des Hochgebohrnen Fürsten Herren **Rupprechts** unseres lieben Vettern entscheidbrieff, den er uns darüber an beyden Seithen, und auch über andere Sache gegeben hat, vollkhomlichen stehet geschrieben. Mit Uhrkundt dies Brieffes. Der gegeben ist zu **Budissin** nach **Christi** Geburt, MCCCL. am Dienstage nach Invocavit.

CCIX.

Joannes Marchio Moraviæ profitetur se a Carolo IV. fratre suo Marchionatum Moraviæ in feudum accepisse. dd. in die B. Stephani Proto-Mart. 1350. anno jubilæo. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 976.

CCX.

Joannes Marchio Moraviæ idem feudum Marchionatus sui profitetur excepto episcopo Olomucensi & ejus successoribus, qui sine medio ad regnum Bohemiæ pertinent. dd. 1350. In Privil. Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. m. 119.

CCXI.

Literæ reversales Joannis Moraviæ Marchionis super Marchionatu Moraviæ a Carolo Romanorum & Bohemiæ Rege in feudum suscepto. dd. Pragæ anno jubilæo MCCCL. in die Beati Stephani Martyris. (a) Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ. Nos

(a) Balbinus Dec. 1. L. 8. Volum. 1. p. 172. partem hujus Diplomatis excusam dedit, quod cum igitur integrum necdum prodiisse constet, hic apponimus.

Nos *Johannes* Dei gracia Marchio *Moravie*. Notum facimus uniuersis; Quod quia Serenissimus ac Inuictissimus Princeps Frater & Dominus noster Graciosus Dominus *Carolus Romanorum* semper Augustus, & *Bohemie* Rex de nostri status honore solita fraterne pietatis clemencia sollicitudinem gerens, & ex affectu desiderans condicionem nostram de singulari sui fauoris & benignitatis munere fieri meliorem, nobis, heredibus, & proheredibus nostris legitimis Marchionibus *Morauie* sexus masculini nobilem & insignem Principatum, videlicet Marchionatum *Morauie* cum ciuitatibus, terris, districtibus, villis, oppidis, monasteriis, Preposituris, Baronibus Vasallis, clientibus, Ciuibus, rusticis, emphyteuticis, agricolis, & censitis & ad glebam astrictis, castris, municionibus, prediis, agris cultis, & incultis, montibus, vallibus, planis, syluis, nemoribus, rubetis, virgultis, pascuis, pratis, venacionibus, aucupacionibus, piscinis, piscaturis, vineis, aquis, aquarumque decursibus, montanis auri & argenti, stanni, plumbi, vel cuiuslibet generis metallorum, Jurisdiccionibus, Bachiis, (a) Judiciis, Dominiis, bernis, tam in bonis Reuerendi in Christo Patris Domini *Joannis Olomucensis* Domini consanguinei nostri dilecti, & successorum ipsius, quam aliorum Baronum & incolarum *Morauie* quociens secundum approbatam Regni Bohemie consuetudinem per antedictum Dominum & fratrem nostrum, heredes & successores ipsius *Bohemie* Reges Dominos nostros ex legitimis causis exigi, seu requiri continget, & dum eius iure debentur, redditibus, prouentibus, censibus, exaccionibus, penis, & emendis mero & mixto Imperio, Juribus, Patronatus Ecclesiarum & beneficiorum quorumcunque, nec non cum omnibus Juribus, honoribus, dignitatibus, obuencionibus, consuetudinibus, & singulis pertinenciis suis, quibuscunque specialibus nominibus & vocabulis possint, seu valeant expressari, *in feudum nobile*, & insigne, & iusto feudi titulo ab ipso, heredibus, & successoribus suis Regibus *Bohemie* Dominis nostris, & de *Corona Regni* prefati habendum, tenendum, possidendum, ac utifruendum perpetuo dedit, contulit, & donauit, presertim cum eundem Marchionatum *Morauie* dudum clare recordacionis Illustres & Excellentes Principes, & Reges *Bohemie* Domini nostri a Diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus memorie venerande in feudum tenuerunt, demumque ex consequenti Illustres quondam Marchiones *Morauie* predecessores nostri eundem Principatum a predictis *Bohemie* Regibus Dominis suis ulterius in feudum tenuerunt, ut sic & in antea nos heredes, & proheredes nostri Marchiones *Morauie*, dictum Marchionatum a prefato Domino & fratre nostro, heredibus, & successoribus ipsius *Bohemie* Regibus

(a) Legendum *Bailliviis*, id est majoribus Provinciarum seu Districtuum officiis.

gibus & a corona Regni *Bohemie* in feudum tenere perpetuo debeamus, ficut eciam supradictus Dominus noster, qui non aliunde ab hoc exempla collegit, dum esset in minoribus constitutus, cum Marchionatum cum omnibus suis honoribus, Dominiis, & pertinenciis a reuoluende memorie Illustri Principe Domino *Johanne* quondam *Bohemie* Rege Domino & Patre nostro Charissimo dinoscitur tenuisse, sicut eciam illud argumento probabili ex literis celebris memorie Diui *Friderici* Romanorum Regis, in quibus exprimitur, quod illustris *Henricus* pro tunc Marchio *Morauie* noster predecessor, & uniuersitas Magnatum & Nobilium Bohemie de assensu Illustris & Excellentis Principis Domini *Ottocari* Regis quondam *Bohemie* Dominum *Wenceslaum* primogenitum ipsius Illustrem in Regnum eligerent, & eadem eleccio per supra dictum *Fridericum* Romanorum Regem fuit approbata, & ex literis celebrande memorie Diui *Richardi Romanorum* Regis similiter, in quibus idem ad instar aliorum Imperatorum, & *Romanorum* Regum Illustrem & Excellentem Principem Dominum *Ottocarum II.* quondam *Bohemie* Regem pro se heredibus & successoribus suis *Bohemie* Regibus Dominis nostris de predicti Regni *Bohemie*, & Marchionatus *Morauie* principatibus & feudis ab ipsis dependentibus inuestiuit, quos de nostra certa sciencia diligenter audiuimus, & ad plenum intelleximus euidenter accipitur & colligitur manifeste, Reuerendo in Christo Patre Domino *Johanne Olomucensi* Episcopo consanguineo nostro, nec non illustri Principe Domino *Nicolao* Duce *Opauie*, heredibus, & successoribus ipsorum duntaxat, quorum alterum, videlicet *Olomucensem* Episcopum & successores eiusdem virtute literarum recolende memorie Diuorum *Friderici* Imperatoris, & *Friderici* Regis Romanorum Auguste potencie, in quibus idem Illustri Principi Domino *Ottocaro* primo quondam *Bohemie* Regi, & suis successoribus *Bohemie* Regibus Dominis nostris ius & potestatem inuestiendi Episcopos Regni *Bohemie* prenotati, & Reuerendo in Christo Patri Domino Episcopo *Olomucensi*, qui pro tempore fuerit, suisque successoribus insignem circulum Domino *Wladislao* Bohemie Duci Illustri, qui Regnum predictum ante coronacionem suam regebat, & eiusdem *Wladislai* heredibus & successoribus Dominis nostris in Natiuitate *Christi*, Pascha, Pentecoste, ac Beatorum *Wenceslai* & *Adalberti* Patronorum *Bohemie* festiuitatibus adinstar Imperatorum, & *Romanorum* Principum imponendi, ut tamen a nemine, preterquam a Reuerendis in Christo Patribus Dominis *Pragensi* & *Olomucensi* Episcopis, aut eorum altero, qui dum alterum abesse contingeret, vices suppleret amborum, imponi deberet, licenciam & facultatem graciosius erogarunt, & hoc edictis, ac mandatis Imperialibus & Regiis perpetuo statuerunt. Alterum

terum vero videlicet Principem Ducem *Opauie* heredes & successores ipsius propter donacionem clare memorie Illustris & Excellentis Principis Domini *Ottocari II.* quondam *Bohemie* Regis, quam Patri eiusdem Ducis fecisse dinoscitur, dum terram *Moraule* diuidens Ducatum & Principatum *Opauie* creauit ex nouo, ipsumque Dominum Ducem, quem de mera sue benignitatis gracia sublimauit in Principem, heredes & successores ipsius una cum Ducatu siue Principatu prefato sibi heredibus, & successoribus suis *Bohemie* Regibus nostris ac eiusdem Regni corone tamquam rem appropriatam & inseparabiliter incorporatam Regno *Bohemie* prefato specialiter, & ex nomine reseruauit, & de *Romane* Regie sue potestatis plenitudine statuit, quod omnes supradicte sentencie & clausule Imperialium & Regalium literarum, que a *Romanis* Imperat. & Regibus & Principibus Dominis nostris Regno & Corone *Bohemie* indulta noscuntur, & quas ad probacionem dictarum intencionum adduxit, semper & ubique in Judicio & extra, ac singulis actibus publicis & priuatis, quocies easdem literas super hoc editas, aut presencium tenorem legi, siue publicari contigerit, eius efficacie & vigoris, & auctoritatis existant, acsi in figuris propriis originalia viderentur, eo precipue cum eadem originalia pridem per antedictum Dominum & fratrem nostrum, ac nonnullos *Romani* & *Bohemie* Regnorum Principes, Barones, & Proceres nobis ibidem in persona propria, & impresencia constituto, auscultata, & examinata fuerint diligenter. Sicut & predictus Dominus, & frater noster graciosus, nec non Illustres & Excellentes Progenitores & predecessores sui *Bohemie* Reges Domini nostri in predictorum Jurium vera & iusta possessione, prescripcione temporum diuturna, & eandem possessionem dictus frater, & Dominus noster iuste continuat Diuina fauente clemencia de presenti. Eapropter nos qui supra Marchio *Morauie* promittimus bona fide sine dolo pro nobis, heredibus, & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie* in perpetuum eundem Marchionatum a predicto Serenissimo Principe Domino & fratre nostro Charissimo velut Rege *Bohemie*, heredibus & successoribus suis Bohemie Regibus Dominis nostris, & a Corona Regni *Bohemie* predicti in feudum cum debitis & consuetis solennitatibus & ceremoniis reuerenter suscipere, sibique & dictis heredibus, & successoribus, & Corone prefate, tanquam veris ordinariis naturalibus, & hereditariis Dominis nostris fidelitatis, homagii, subieccionis & obediencie, sic ut in suscepcione feudorum consuetum est fieri, ad instar predecessorum nostrorum quondam Marchionum ibidem prestare, & facere corporalia iuramenta, dictus quoque Dominus & frater noster heredes & successores sui *Boemie* Reges Domini nostri, nos heredes, & proheredes nostros Marchiones

nes *Morauie*, tanquam alios Regni & Corone *Bohemie* Principes & Vasallos ab oppressionibus, violenciis, & iniuriis tueri, & defendere tenebuntur. Et quamuis de iure communi & positiuo consistat, quod Vasallo non relictis legitimis masculini sexus heredibus moriente feudum de sui natura ad ipsius feudi Dominum iusto titulo reuertatur, tamen ut via dubietatibus & calumniis precludi valeat, consilio saniori dictus Dominus & frater noster pronunciauit, diffiniuit, & in suis literis declarauit, ut quociens nos heredes, & proheredes nostros Marchiones *Morauie* absque masculini sexus heredibus continget decedere, quod Marchionatus *Morauie* predictus ad ipsum, heredes & successores ipsius Reges *Bohemie* Dominos nostros, & eiusdem Regni Corone absque difficultate libere reuertatur, ut tamen dictus Dominus, & frater noster, heredes & successores sui *Bohemie* Reges Domini nostri vel alter eorum, qui pro tempore fuerit, nostros, heredum & proheredum nostrorum filias, ei, quas dimiserimus, ad statum ordinarium decentem, & eorum cuilibet, dum matrimonio copulate fuerint, a die consumate copule infra unum annum decurrentem continuo decem millibus marcarum argenti grossorum *Pragensium* pagamenti Regalis de pecuniis berne, que ob eandem causam in Marchionatu predicto instaurari debebit, tenebuntur, ut Juris est, & obseruate consuetudinis prouidere. Adiecit eciam dictus frater noster & Dominus de singulari munere gracie specialis, & ob illum sinceritatis affectum, quo nos prosequitur fauorose, ut quociens ipsum, quem Deus custodiat, heredes & successores ipsius Reges *Bohemie* Dominos nostros, non relictis masculini sexus heredibus ab hac luce migrare contingeret, quod extunc Regnum *Bohemie* prefatum, nec non omnes Principatus & Dominia, que ad dictum Regnum *Bohemie* pertinent, nominatim Comitatus *Lucemburgensis* cum omnibus pertinenciis suis ad nos, aut nobis non existentibus, heredes aut proheredes nostros legitimos masculini sexus *Morauie* Marchiones absque eleccione, siue assumpcione alia, & absque difficultate qualibet reuoluatur, & quod iis, cuius tunc iure prefato, & virtute declaracionis predicte interesse videbitur, in *Bohemie* Regem assumi & coronari debeat impedimento quolibet non obstante. Qui denique dicti Domini & fratris nostri heredum & proheredum, siue successorum suorum Regum *Bohemie* Dominorum nostrorum filiabus, & si quas dimiserint de congruenti statu, secundum Regni Bohemie consuetudinem approbatam tenebitur, & debebit decenter, & magnifice prouidere, neque supradictus Dominus frater noster, heredes vel successores sui *Bohemie* Reges Domini nostri prefatum Regnum *Bohemie* aut nos heredes seu proheredes nostri Marchiones *Morauie*, Marchionatum eundem in toto, vel

vel in parte occasione filiarum nostrarum utrobique, aut alia causa quacunque donare, vendere, obligare, aut alienare debebimus aliquo dismembracionum, aut sequestracionis modo, quo prefati Regni Corona, Principatus, & Dominia, que ad idem regnum *Bohemie* pertinent, specialiter Comitatus *Lucemburgensis* cum suis pertinenciis, ut prefertur, a nobis, heredibus, & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie*, aut dicti Marchionatus deuolucio a dicto Domino & fratre nostro, heredibus & successoribus suis Regibus *Bohemie* Dominis nostris posset in prenotatis casibus quomodolibet remoueri. Nosque huiusmodi Serenissimi Domini & fratris nostri pia gracia & largicione contenti Marchionatum *Morauie* predictum cum digna graciarum accione suscepimus, neque nos, heredes, seu proheredes nostri Marchiones *Morauie* a dicto Domino & fratre nostro, heredibus & successoribus suis *Bohemie* Regibus Dominis nostris aliud quidquam per diuisionem ab intestato, vel alio quouis titulo iure vel facto poterimus, seu debebimus repetere, & exigere, nisi quod ipsi de singulari fauore & mentis beneplacito nobis liberaliter duxerint erogandum, renunciantes expresse pro nobis, ac dictis heredibus, & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie* omni Juri, & si quod vel que in Regno *Bohemie*, aut ceteris suis & ipsorum dictorum Principatibus & Dominiis habere potuimus, & possemus, potuerint, seu poterunt in futurum; Canonum eciam, & legum auxiliis, ac Juris beneficio omni, quibus ordinacioni, disposicioni, & renunciacioni prefatis posset in toto vel in parte aliqualiter derogari. Promittimus eciam pro nobis, ac pro heredibus nostris legaliter, & bona fide, omnes & singulos dicti Domini & fratris nostri, & Corone Regni *Bohemie* Ecclesiasticos & seculares ubicunque resideant, ipsius dicioni subiectos in omnibus & singulis ipsorum priuilegiis, literis, Juribus, graciis, libertatibus, & immunitatibus, tam in bonis, quam in hominibus ipsorum non offendere, imo verius ipsos, vel eorum quemlibet, dictis priuilegiis, literis, Juribus, & ceteris condicionibus prenotatis libere gaudere, permittere & potiri. Et ad cautelam certitudinis amplioris dictus Dominus & frater noster una cum Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Ciuitatibus Regni *Bohemie* pro se, heredibus & successoribus suis *Bohemie* Regibus Dominis nostris ex una, atque una cum Baronibus, Nobilibus, ac Ciuitatibus *Morauie* pro nobis, heredibus, & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie*, parte ex altera, super omnibus punctis, clausulis, articulis & sentenciis prelibatis, non per errorem aut improuide, sed matura deliberacione preuia fecimus, & prestitimus corporalia iuramenta, que eciam dicti Domini & fratris nostri imposterum in coronacione sua ad quam, & alia honorem & statum Regni *Bo-*

hemie concernencia, nos heredes, & proheredes nostri Marchiones *Morauie*, sicut alii Principes *Bohemie* vocati venire debebimus una cum Principibus, Baronibus, Nobilibus, & Ciuitatibus Regni *Bohemie* prefati, qui pro tempore fuerint, prestare, & facere tenebuntur, heredes quoque, & proheredes nostri Marchiones *Morauie* dictum Marchionatum, dum ca us vacacionis emerserit, a predicto Domino, & fratre nostro, heredibus & successoribus suis *Bohemie* Regibus Dominis nostris, qui tamen eundem Marchionatum, dum honore solito quesiti fuerint, infra limites Regni *Bohemie* absque difficultate conferre debebunt, in feudum infra unius anni spacium a die vacacionis continuo reuoluendum cum debita solemnitate recipient, & facient, & prestabunt tempore suscepcionis, & infeudacionis huiusmodi, cum suis Baronibus, Nobilibus, ac Ciuitatibus Marchie prefate ad instar Patrum siue progenitorum suorum consueta iuramenta; & specialiter uniuersi & singuli Principes, Barones, Nobiles, & Ciuitates Regni *Bohemie*, & Marchionatus *Morauie* predictorum dicto Domino & fratri nostro, heredibus & successoribus suis Regibus *Bohemie* Dominis nostris, heredibus & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie* in casu, ubi contra prefatam ordinacionem, siue disposicionem venire vellemus, aut alter ex nobis dictis tractatibus contrairet, consentire non debent, aut in talibus obedire, per que premissa omnia, vel alterum ipsorum possent diminui, seu turbari. Suppleuit & dictus frater & Dominus noster omnem defectum, si quis in literis & priuilegiis dictorum Imperatorum & Regum *Romanorum*, memorie recolende, aut eciam in suis vel presentibus nostris literis quauis obscuritate, interpretacione dubia, occasione, seu causa compertus fuerit, de *Romane* Regie plenitudine potestatis, non obstantibus quibuscunque legibus, consuetudinibus, usibus, obseruanciis municipalibus, vel communibus statutis vel edictis publicis, seu priuatis factis & editis in contrarium, quos & que, quantum ad hec, acsi nominatim, & de verbo ad verbum suis, & presentibus nostris literis inscripta, & inserta consisterent, eciam si de hys iure vel consuetudine deberet fieri mencio specialis, reuocauit, cassauit, irritauit, annullauit, & de *Romane* Regie potestatis plenitudine decreuit, firmitatis fore nullius, roboris, vel momenti. Inhibuit eciam firmiter & districte, ne alicui hominum liceret sue donacionis, collacionis auctorisacionis, pronunciacionis, diffinicionis, declaracionis, defectuum supplecionis, reuocacionis, cassacionis, irritacionis, & annullacionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Contrarium vero facientes, si qui fecerint, quod absit, ultra indignacionem sue Celsitudinis *Romane*, qua ipsos, & hoc ipso facto grauiter incurrisse decreuit, mille marcas auri puri suo & *Romani* Regni

gni fisco mandauit componere, medietatem ipsarum sue & successorum suorum *Romanorum* Regum & Imperatorum Curie, seu Camere, & parte residua iniuriam passorum usibus irremissibiliter applicandis. Reuerendis in Christo Patribus Dominis *Arnesto* sancte *Pragensis* Ecclesie Episcopo, *Joanne Olomucensi*, & *Nicolao Neuenburgensi* Ecclesiarum Episcopis. Nec non Illustribus & Magnificis Principibus & Dominis Dominis *Rudolpho* Duce *Saxonie*, *Ruperto* Comite *Palatino Rheni* & Duce *Bauarie*; & Nobilibus Viris *Wilhelmo de Landstein*, *Joanne de Michelsberg*, *Henrico de Lichtemberg*, *Andrea de Duba*, *Jodoco de Rosenberg*, *Hincone de Hasenburg*, *Joanne de Sternberg*, *Buscone de Weihartitz*, *Hascone de Schwerzetitz* Regni *Bohemie* Baronibus dicti Domini & fratris nostri & fidelibus; & demum Nobilibus *Stephano* & *Jaroslao de Sternberg*, *Bernardo de Zinenberg*, *Joanne de Bozchowicz*, *Henrico de Leüchtenburg*, *Genczone* & *Botzkone* dictis *de Lomnitz* Baronibus, & fidelibus nostris dilectis, testibus ad premissa. Presencium sub nostro sigillo testimonio literarum. Datum Prage anno Domini MCCCL. Jubileo, in die Beati *Stephani* Prothomartyris.

CCXII.

Liga perpetua inter Carolum Romanorum Regem, Joannem Marchionem Moraviæ, Wenceslaum ejus fratrem, & Fridericum Balthasarem Ludovicum, & Wilhelmum Landgravios Thuringiæ. dd. Budissinæ die S. Dorotheæ anno MCCCXXXXX. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir **Carl** von Gottes Genaden **Römischer** Khünig 2c. zu allen Zeiten Mehrer des Reichs, und Khünig zu **Böhemen**; und Wir **Johannes** von denselben Gnaden Marggrafe zu **Mehreren**, **Wenczlaw** sein Bruder, und Wir **Friedrich**, **Balthazar**, **Ludwig**, und **Wilhelmen** von denselben Gnaden Landgrafen zu **Döringen**, Marggraffen zu **Meissen**, inn den **Osterlanden**, und zu **Landsbergk** Grafen zu **Orland**, und Herren des Landes zu **Plisen** verjehen, daß wir durch sonderlicher Lieb und Freundschafft, die wir zueinander haben, und Besserung, Fried, und Gnad unser baider Lande, und Leüten willen, einmüthiglichen übereinkhommen sein, also daß wir alle unsere Lebtage an einander geholffen sollen sein, gegen allermenniglich, niemands ausgenommen, ann das heilige **Römische** Reich also bescheidenlich; wehre, daß wir Kayser, oder ein **Römischer** Khünig in unnser eines Land zu schaden ziehen wolte, so soll der ander ohn alles gefehrde stille sitzen, und denselbigen Kayser, oder Römischen Khünig weder mit Rath, noch that, mit landen noch mit leüten ohn allen Argen list, kheine Hülffe noch Dienst thun, und wehre es also gethan, daß Wihr **Carl** Römischer Khünig, und sein Bruder vorgenant, die vorgenanten

Marggrafen zu **Meissen** Hülffe bedürffen, das sollen wir in einem Monathe entbieten, und zuwissen thun in die Stadt zu **Dreßden**; wehre aber, daß uns Marggrafen zu **Meissen** derselbe unsers Herren Herren **Carls** und seiner Brüeder Dienst und Hülff Noth wurde, das sollen wihr in gleicher Weise ein Monath vor in die Burg zu **Prag** verbothschafften, und entbieten. Auch bekennen wihr obgenante Marggraffen zu **Meissen**, daß wihr inn gueten Treüen ann Eides statt den Dickhgenannten unseren Herren dem **Römischen Khünig**, und seinen Bruder globet haben, und globen auch ann diesen Brieff, daß wir alle die, die inn ihren Landen oder Leüthen zuschaden, oder ihren wiedersachern und Veinden zuhülffe oder zufrommen durch unser Land nicht ziehen sollen lassen, sonder wir sollen sie irren, vorthhindern, so wihr meist mugen, ohn alles gefehrde. Es ist auch geredt, ob unser vergenannter Herr, und seine Brüeder ihr Land und ihr Leüthe von jemanden, der in unsern Landen gesessen wehre, geraubet würden von dem, oder von dem, sollen wihr Zuhand, als es unß, oder unseren Hauptmann inn dem Lande zu **Meissen** verkhundt wird in einem Monath, der allernechst darnach gehet, rechtes helffen. Theten wir daß nicht also, daß der, oder die, die schuldig wehren, rechts ausgingen, so sollen wihr unseren vorgenanten Herren den **Römischen Khünig** und seinen Brüdern mit der Handt ohngefehrde wieder dieselbigen helffen. Wo aber Irrkheiner der zu **Böhemen** in das Landt raubete, behauset oder besessen in unseren Landen, und gingen rechts aus, wann er beschuldiget würde, also daß wihr seine Vesten besetzen nußten, wenn wir unseren Herren den **Römischen Khünig**, seinen Brüdern, oder Ihren Ambtmannen auff der Burg zu **Prag** das drey Wochen vorentbieten, und verbothschafften, so sollen sie unns funfftzig Mann mit Helmen senden, den wir Kost besorgen sollen, wann sie in unser Landt khommen, und die die weil sie darinnen uns zu Hülff bleiben; nehmen dieselbigen ann unsern Dienst schaden, den sollen sie selber tragen, nehmen wir frommen an gefangenen, oder ann Vhesten, die in unseren Lande gelegen wehren, oder von uns zu lehen gingen, ob wir die Gewinnen, der fromme soll uns allein bleiben. Gewinnen wihr auch miteinander Vesten, die inn unsern Landen nicht gelegen weren, oder von uns nicht zu lehen gingen, die sollen wihr brechen, oder sollen sie gleich mit einander theilen, wie uns das allerbest gefiele. Auch sollen wihr unseren Mannen, und gemeiniglichen allen den, die inn unsern Landen seind gesessen, wehren, und ihn nicht gestatten, ohn Argelist, daß sie jemand helffen, oder dienen, der oder die unsers vorgenanten Herren, Herren **Carls**, und seiner Brüeder Feind sind, oder werden, aber welcher unser Mann, oder der die inn unsern Landen gesessen seind, unsern Herrn dem Khünig und seinen Brüder, wieder alle ihre Wiedersachen, und Feinde helffen wollen, den sollen wihr des nicht wehren, son-

sondern wihr sollen ihnen das wohl gönnen. Geschehe es auch, daß ihr keine Herren die in unsers vorgenanten Herren des Khüniges, oder seiner Brüder Landen gesessen, und behauset seynd, sich zu uns vermannen wolten, die sollen wihr nicht zu Mannen entphahen, noch wieder sie verthaidigen in keinerley Weise. Auch ist bey Nahmen gethaidiget, daß dieser Brieff der Einung, die wihr vor miteinander haben unschädlich soll sein, sondern die andern Brieff die gegeben seind darüber, sollen bey aller ihrer Macht und Krafft bleiben, nur als viel das in diesen Brieff sonderlich ist geschrieben, daß je das Vorgang haben soll, und daß die vorigen Glübde, Taidung, und Rede stete und ganz bleiben, und gehalten werden. Des haben wihr zu dem heiligen geschworen bey gueten Treüen ohn alles gefehrde. Zu Urkund haben wihr **Carl** Römischer Khünig, und Wir **Friedrich** und **Balthasar** Marggrafen zu **Meissen** vorgenant unser Inngesiegel ann diesen Brieff gehangen, und darüber globen wihr mit gutten ohngefehrde, daß wihr aller der vorgenannten unser Brüeder beyder Seithen Inngesiegel hafften sollen an diesen Brieff, so wir erst muegen. Wehre aber, daß sie alle, oder ihr ein Theil an diesen Brieff nicht geleget würden, von welcherley Sachen oder Hindernus das kheme, dennoch soll dieser gegenwärtiger Brieff alle Macht haben, und inn aller Krafft bleiben, gleicher Weise, als ob sie daran khommen wehren. Dieser Brieff ist geben zu **Budissin** nach Christi Geburth MCCCXXXXX Jahre an Sanct **Dorothem** Tage, unseres des vorgenanten Küniges Reiche in den vierten Jahre.

CCXIII.

Confirmatio Ligæ prædictæ inter Fridericum Marchionem Misnensem Carolum Regem Romanorum, Joannem Marchionem Moraviæ &c. facta. dd. Budissinæ die S. Dorotheæ anno 1350. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir **Friedrich**, **Balzar**, **Wilhelm**, **Ludwig**, von Gottes Gnaden Landgraffen inn **Döringen** Marggrafen zu **Meissen** verriehen offentlich, daß wihr durch gemeines Nutzes Willen, Friedes und Gemachs unser Land beyderseits, und auch umb sonder Freundschafft Begerung und Lieben die uns darzu keitet uns mit dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten, und unsern gnädigen Herren **Carl Römischen** Khünig ꝛc. und den Hochgebohrnen Fürsten und Herren **Johann** Marggrafen zu **Mehrern**, und **Wenczlaw** seinen Bruedern, ihre Erben, und nachkommen Khünigen zu **Böhemen**, und der Cronen daselbst, Marggrafen zu **Mehrern**, und Grafen zu **Luczemburg** von unser, und aller unser Erben und nachkommen wegen Fürsten, und Herren der genandt unser Herrschafft und Land mit vollen Rath, und mit wohlbedachten Muethe vereinet, und verbunden haben, vereinen, und verbinden unns mit diesen gegenwertigen

Brief

Brief und globen mit geschwornen Eyde inn gueten Treüen, ohn alles gefehrde; daß wir, und alle unsere Erben, und nachkommen, Landgrafen in Döringen Marggrafen zu Meissen inn dem Osterland und zu Landisbergk, Grafen zu Orland, und Herren des Landes Pliesen Ihnen, allen Ihren Erben und nachkommen Khünigen zu Böhemen, und der Cron daselbst, Marggrafen zu Mährern, und Grafen zu Luczemburg zu behalten ihre Fürstenthumb Ihre Land, Herrschafft, Gueth, Ehr, und Gewohnheit, die sie jetzund haben, oder noch erkriegen, und gewinnen, wie, oder von welchen Sachen die an sie khemen, ewiglich behülffen sein sollen, und wollen, wider allermenniglich, niemand ausgenommen, von den sie angriffen, gehindert, oder beschediget würden, nachdem als nie der Hülff zuwiederstehen oder sie anzugreiffen Noth wird, so wir best mügen ohn gefehrde, oder wer sie angreiffen, hindern, oder beschedigen wolte inn Irr keine Weis, unnd des zu Urkund und ewiger Gedechtnus haben wihr Friedrich und Balzar vorgenant unser Innsiegel geleget an diesen Brieff, über das globen wihr mit gesambter Hand, mit geschwornen Eyde inn gueten Treüen ohn Gefehrde vor die vorgenanten Ludwig und Wilhelm unsere Brüder, wenn sie mündig werden, und zu ihren Tagen kommen, daß sie alle diese vorgenante Verbündnus, eyde und glübde vollführen sollen, und ihr Inngesiegel hengen an diesen Brieff. Were aber daß sie von Hindernus, oder von irrkheinen Sachen, welcherley die wehren an diesen Brieff nicht quemen, dennoch soll dieser gegenwärtiger Brieff alle Krafft haben, und in allen den glübden, Eyden, Verbündnus und Macht bleiben, als ob derselbigen unser Bruder Inngesiegel daran kommen wehren. Auch ist bey Nahmen geteidinget, und geredet, daß alle Verbündnisse glübde, Stükhe, Taidung und Artikl, die zwischen dem vorgenanten unseren Herren dem Römischen Khünig, und Khünig zu Böhemen unns und unseren Herren bevestent, und beschrieben seind inn allen ihren Kresften ewiglich seyn und bleiben sollen nach der Brieffe lauth, die darüber gegeben seind, und wenn wihr, oder unser Erben, oder wer unsern, und unseren Erben wegen, in unsern, und ihren Landen und Herrschafften gewaltig ist, von dem vorgenanten unseren Herren Herren Carl seinen Brüeder, und ihren Erben mit Briefen, oder mit Bothen umb Hülff gemahnet würden, so sollen wihr bey vier Wochen nach der Mahnung schier ist sich nach einander volgen, und erjehen, Ihn zu Hülff khomen inn aller Weise, als vorgeschrieben stehet. Das sein Gezeügen der Ehrwürdige in Gott Vatter Herr Johannes Bischoff zu Olmütz, und die Edlen Herren, Herr Wilhelm von Landstein, Herr Wankho von Wartemberg, Botto von Turgau Herr zu Arnau, Friedrich von Schönenberg, Herr von Krimithau, Thimo von Colditz unser Marschalkh, Albrecht von Maltiz unser

unser Hoffrichter, und Arnold Judemann unser lieben Getreüen, und anders fromme Leüthe genug. Dieser Brieff ist gegében zu Büdissin nach Christi Geburth MCCCL. Jahr an Sanct Dorothems Tage.

CCXIV.

Carolus Romanorum & Bohemiæ Rex Joanni fratri suo, ejusque masculis hæredibus Marchionatum Moraviæ cum omnibus appertinentibus in feudum perpetuum concedit. dd. Pragæ VI. Calendas Januarii anno MCCCL. Jubilæo. (a) Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

. . . . . Supplentes omnem defectum, si quis in literis & priuilegiis dictorum Imperatorum, & Romanorum Regum memoriæ recolendæ, aut etiam in præsentibus nostris literis quavis obscuritatis seu interpretationis dubiæ occasione seu causa compertus fuerit, de supradictæ *Romanæ* Regiæ potestatis plenitudine, non obstantibus quibuscunque legibus, consuetudinibus, usibus, observantiis municipalibus, & communibus statutis, seu edictis in contrarium, quos & quæ quantum ad hoc, acsi nominatim, ac de verbo ad verbum præsentibus inscripta & inserta existerent, etiamsi de his jure vel consuetudine deberet fieri mentio specialis, cassamus, irritamus, annullamus, & de dictæ *Romanæ* Regiæ potestatis plenitudine decernimus firmitatis fore nullius, roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ donationis, collationis, auctorisationis, pronuntiationis, declarationis, defectuum, supplectionis, revocationis, cassationis, & annullationis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Contrarium vero facientes, si qui fuerint, quod absit, ultra indignationem nostræ Celsitudinis *Romanæ*, quam, ob hoc se noverint incursuros, mille marcas auri puri nostro & *Romani* Regis Fisco componant, quarum medietatem nostro & successorum nostrorum *Romanorum* Imperatorum aut *Boemiæ* Regis Curiæ sive Cameræ, & partem residuam injuriam passorum usibus irremissibiliter decernimus applicandam. Venerabilibus *Arnesto* Archiepiscopo *Pragensi*, *Joanne Olomucensi*, *Nicolao Neumburgensi* episcopis, nec non Illustribus *Rudolpho* Duce *Saxoniæ* sacri Imperii Archi-Marschalco, & *Ruper-*

(a) Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 167. maximam partem hujus diplomatis excusam dedit, supplebimus igitur hic solum ea ex Codice Nostiziano, quæ in Balbino p. 171. desiderantur maxime ob subscriptorum testium memoriam. Ceterum perperam Balbini exemplar hoc diploma ad annum 1355. conjecit, cum revera ad præsentem pertineat, quo nempe Joannes Marchio Moraviæ suas Reversales de eodem Marchionatu in feudum suscepto dedit. Id ipsum testatur apposita chronologica nota: *Anno Jubilæo*, qui fuit annus 1350. Et sane ex eodem Codice Nostiziano in manibus nostris est ejusdem diplomatis germanicum exemplar, quod omnes notas chronologicas anni 1350. continet, accurateque latino exemplari respondet.

pertò Comite *Palatino Rheni* Duce *Bavariæ* Principibus, & Nobilibus: *Wilhelmo de Landstein, Joanne de Michelsberg, Henrico de Lichtenburg, Andrea de Duba, Jodoco de Rosenberg, Tassone de Scorow, Sbincone de Hasenburg, Joanne de Sternberg, Buscone de Wilhartitz, Hascone de Schweretitz* Regni *Bohemiæ* Baronibus. *Stephano & Juroslao de Sternberg, Bernhardo de Cinnenburg, Joanne de Bozkowitz, Henrico de Lichtenburg,* dicto *de Welchonia, Genzone & Prozone* dictis *de Lompnitz* Marchionatus Moraviæ Baronibus fidelibus nostris testibus ad præmissa. Præsentium sub nostræ Majestatis sigillo testimonio literarum. Datum *Pragæ* anno Domini MCCCL. Jubilæo VI. Calendas Januarii. (*a*) Regnorum nostrorum anno IV.

CCXV.

Joannes Marchio Moraviæ in emolumentum urbis Olomucensis statuit, ut isthic merces omnes præsertim Cracovienses deponantur & vendantur, neminique ex mercatoribus liceat Olomucium deflectere. dd. Brunæ die Novi anni 1351. (*b*)

Nos *Joannes* Dei gratia Marchio *Moraviæ* notum facimus universis tam præsentibus, quam futuris, quod ex innata nostra Clementia inter cæteras sollicitudines ea nobis peculiaris & propria sit, ut fideles nostri Vasalli sub protectione omnipotentis Dei, & nostro adjutorio per varia subsidia, & emolumenta e tenuitate & indigentia ad majora fortunarum suarum incrementa provehantur. Quod indubie fiet, si unumquemque in suis consuetudinibu, juribus & privilegiis gratiose conservaverimus. Et quoniam in principali urbe nostra *Olomucensi* a nonnullis lapsis temporibus publica & libera variarum mercium depositio communiter facta fuit. Idcirco statuimus, ordinamus & volumus, ut hæc mercium depositio, eadem prorsus lege, qua hucusque facta est, posthac in perpetuum futuris temporibus observetur, præsertim autem ut mercatores *Cracovienses* merces suas, quas *Olomucium* advecturi sunt, isthic deponere atque vendere teneantur. Dein etiam præcipimus, ut communes illæ viæ ad Marchionatum *Moraviæ* & ex illo per nominatam civitatem *Olomucensem* ab omnibus & singulis sub pœna jacturæ earundem mercium, si deviare præsumpserint, observentur. Quapropter mandamus Consuli *Olomucensi* & Judici Provinciali fidelibus nostris dilectis sub cominatione indignationis nostræ incurrendæ ut ab *Olomucensibus* Civibus requisiti, eis omnibus viribus assistant, & adversus eos, qui contravenire præsumpserint, omnia media juris impendant. In quorum te-

(*a*) Ex hac nota chronologica eruitur Joannem Marchionem Moraviæ una die prius Reversales suas de accepto feudo dedisse, quam ille præsens diploma a Carolo IV. impetraverit. (*b*) Diploma hoc ex vernaculo translatum est in latinum.

testimonium cum certa nostra scientia sigillum nostrum his literis appendi jussimus. Datum *Brunæ* die Novi anni MCCCLI.

CCXVI.

Carolus IV. innovat & confirmat Brzetislai, Friderici Ducum Bohemiæ, aliorumque privilegia & donationes ecclesiæ Raygradensi factas. dd. Pragæ X. Calendas Februarii 1351. Ziegelbauer in Epit. Hist. monast. Brewnov. p. 273.

CCXVII.

Joannes Marchio Moraviæ recognoscit, quod si ille vel hæredes sui, aut successores sine hærede sexus virilis decederent, quod Moravia pleno jure ad Reges Bohemiæ recidat. dd. 1351. In Privil. Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. m. 120.

CCXVIII.

Joannes Marchio Moraviæ renunciat coronæ Regni Bohemiæ ea ratione, quod Carolus IV. frater jam hæredem masculum obtinuisset. dd. 1351. (*a*) In Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. m. 403.

CCXIX.

Joannes episcopus Litomisslensis Cancellarius Caroli IV. nunciat Magdeburgensi Archiepiscopo Margaretham Joannis Marchionis Moraviæ repudiatam conjugem gratiam quærere Imperatoris Caroli, inque illius præsentiam apportatum Joannis filiolum, ad confundendam illam, quod falso fratrem de impotentia criminata fuerit. Ex Cancellaria Caroli IV. MS. Archivi Metropolitani necdum typis excusa.

Reuerendissime Pater Domine mi & amice karissime. Noua omnium nouitatum nouissima scribit Cancellarius ei, quem desideriosum nouitatum talium aduertit. Indubia duo sint videlicet *Magdeburgensi* Archiepiscopo *Pittagore* palliato. Ut igitur tante novitatis insinuande Presuli sumatur inicium: ecce qualiter *Margaretha* relicta *Ludovici* senioris Marchionis *Brandeburgensis* (*b*) triste fatum *Troye* miserabilis, que Domino nostro materi-

(*a*) Is fuit filius Wenceslaus, cui eodem anno jam civitas Wratislaviensis homagium in cunis præstitit, uti documentum apud Goldastum in Supplem. Act. Public. p. 295. perhibet. Mortuus is vero est mox anno sequente, quo Anna Imperatrix mater illius ad tumulum ipsius cereum fundavit, qui diu noctuque ardeat, quod instrumentum typis excusum dedimus Tomo III. Monumentorum nostrorum p. 342. (*b*) Hæc est *Margaretha Maultaschiana*, qua cum Joannes Ducatum Carinthiæ, & Comitatus Tyrolis atque Goriziæ accepit, quæque postea eo repudiato nupsit Ludovico seniori (non juniori, uti vult Balbinus) Marchioni Brandeburgensi, qui, uti passim asseritur, ab ea venereo morbo infectus, non multo post mortuus. Impudentissimam hanc mulierem Carolus IV. in sua vita graphice describit.

teriam prestitit de terris, rebus, vita & corporibus sub *Martis* dubii vario discrimine disputandi. Jam vero murato noue deliberacionis inaudito carmine apud Cesaris nostri gratam clemenciam non ambigit inuenire presidium, unde demeritis exigentibus supplicium debuerat exspectare. Cesaris vero innata bonitas rem ipsam adeo mansuetndinis pietate prosequitur, ut quasi non videatur displicentis sibi mulieris, sed consanguinee dilecte instaurare fortunas. Nescio quidem an laudem ipsam clemenciam, vel detester, cum Principum intersit bonis premia, malis supplicia ad exspectacionem erumpne vel premii distinctis erogare denariis, ut exempli virtute boni ad virtutem excitentur eminere, mali terreantur suppliciis, & a prauis moribus metu pressure, & doloris angustiis arceantur. Inter alia vero duas in Curia intuitiuo visu prospexi imagines Reginam de *Hobenlobb*, & Marchionisse prefate fatum, quas fantasia mea diiudicat, acsi lux tenebris, album nigro, rosa urticis, preciosum vili, pratorum floriditas nimium asperitati frigide, duo *Belial* absurde comparacionis solerciis adequatur. Non ignoret tamen Domini mei Presulis digna prudencia, qualiter Dominus communis Cesar ille *Romanus* filium sui fratris Marchionis *Morauie*, quem in Curia manere nouistis, ad presenciam dicte *Chrimbuldis* apportari mandauit, non aliter, sicut estimo, nisi ut in presencia circumfuse multitudinis ipsa detestanda braxatrix (*a*) agnosceret, falso quidem suo fratri ascripsisse impotenciam coeundi, cum manifeste clareret ostensione tam preclare sobolis Domini mei Marchionis virilitas, & dicte meretricis inconstancia pudibunda. (*b*)

CCXX.

Idem Joannes Litomisslienfis episcopus requirit Joannem Marchionem Moraviæ, ut admittat sibi inscribi librum Pontificalem a quodam præcipuo scriptore. Ex eadem MS. Cancellaria Caroli IV.

Utinam suauissimi stili blandimento animum Domini mei Marchionis dulcorare sufficerem, & verba scribentis graciose suscipiat, ut quod affectu sincero Capellanus eius desiderat, sperati transiret operis in effectum. Multum enim cordiali desiderio concupiscit scribentis affeccio, ut Dominus

(*a*) Idiotismus boemicus: quo uti hodie ita veteres mulieres nimium obesas indigitare solebant. Sane ex his confirmatur Margaretham ob suam crassitudinem corporis tum scommate vulgari *Maultaschen*, quasi buccatam seu buccis inflatis mulierem dicas, appellatam fuisse. (*b*) Hæc epistola notis omnibus chronologicis caret, vix dubium autem eam ad istorum annorum confinium pertinere: nam his annis Joannes filiolus naturalis Joannis Marchionis Moraviæ, qui postea Præpositus Wissehradensis factus, quemque ille ex quadam bohema Nobili susceperat, natus, & in aula Caroli IV. educatus fuit, hic ipsus autem in præsentiam Margarethæ apportatus fuit.

nus suus Marchio, quem singulare scutum sue proteccionis elegit, dimissis melancholiarum umbris letetur in gaudio, & fortune compendia ei velit committere, qui omnium rerum magnus dispositor imperat uniuersis. Nam in manu eius uniuersi fines tocius orbis rite consistunt, claraque prouidencia sic uniuersitatis superintendit regimini, ut altu considerans infirma non dimittat. In eum igitur spes, preces hominum recta quidem racione ponuntur, qui virtute sufficit, sapiencia scit, bonitate vult & pio benignitatis munere omnium misereri. Inter hec supplicat humilitas Cancellarii eximie Magnitudini dominantis, ut illi precipuo scriptori Domino tali &c. . . . Dominus Marchio dignetur dare licenciam *Pontificalem librum* sibi inscribendi, sicut alias bene poterit huius rei Dominus meus habere memoriam, qualiter dudum consenserit ad hoc ipsum. (*a*)

CCXXI.

Joannes Marchio Moraviæ consentit in donationem plurium prædiorum & domus in castro Pragensi a Carolo IV. Mansionariis Pragensibus factam. dd. Iglaviæ fer. IV. ante festum S. Viti Mart. 1352. Monumenta nostra inedita T. III. p. 340.

CCXXII.

Alberti Ducis Austriæ literæ contractus matrimonii & dotalitii inter Rudolphum filium suum, & Catharinam filiam Caroli Imperatoris, vi cujus civitas Laa cum castro in pignus quadringentarum annuarum sexagenarum scribitur, ea præterea sponsione, ut si sponsi sine hærede decederent, civitas prædicta cum castro ad Carolum IV. ejusque hæredes, aut in eorum defectu ad Joannem Marchionem Moraviæ ejusque hæredes recidat. dd. Viennæ die Lunæ post Margarethæ 1352. Ex Codice Diplomatico Bibliotheæ Nostizianæ.

Wir Albrecht von Gottes Gnaden rc. bekennen, daß zwischen den allerdurchleüchtigsten Fürsten und Herren Herren **Carl Römischen** Khaiser zu allen Zeiten mehrer des Reichs, und Khünig zu **Böhmen** unseren lieben gnädigen Herren an einen Theile, und zwischen uns an dem anderen geteidinget, und geredet ist, und wir beyder Seithen gewilliget haben, als hernach geschrieben stehet. Zum ersten, daß derselbe unser Herr der Khaiser des Ehegeldes der Hochgebohrnen Fürstin und Frauen Frauen **Catharinen** Hertzoginn zu **Oesterreich** seine Dochter unser lieben Schnur vier Tausend Schokh grosser Pfenninge **Pragerischer** Müntze bereit bezahlen solle, als er sie auch bezahlet, da entgegen sollen wihr der eegenanten Hertzoginne unserer Schnur die Stadt zu **Laa** mit der burgk, und

(*a*) Eadem epistola caret omnibus notis chronologicis, cum vero eodem folio priori præmissa sit, vix quidem dubitare licet illam ad hoc idem annorum consinium spectare.

und mit aller Zugehörung zu Rechten pfande setzen mit IIIIC Schokhen Jehriger Gulden, und was derselben Gulden zu diesenmahle daselbst nicht finden wird, die sollen, und wollen wihr erfellen und ergetzen inn der gewissesten und nechsten Gulden und Nutzen die dabey seyn gelegen. Wer das sach, daß der Hochgebohrne Fürst Herr **Rudolff** Hertzog zu **Oesterreich** unser lieber Sohn, und die vorgenante Hertzoginne **Catharina** seine Wirtinne also abgingen, daß sie Ihr beider Leibes Erben die sie miteinander hetten, nicht liessen, so soll die eegenante Stadt mit sambt dem Zugehörunge und Gült des vorgenanten unseres Herren des Kaisers und Küniges zu **Böheimen**, und seiner Erben, und ober, und seine Erben nicht weren, des Hochgebohrnen Fürsten Herren **Johannes** Marggrafen zu **Mehrern** unseres lieben Oheimb und seiner Erben Rechtes pfande sein vor die eegenante Summa Geldes, und auf die eegenante Teiding inn aller der Maasse, als sie davor begriffen seind. So sollen die Bürger zu **Laa** hulden, und Ihre offene Brieffe geben. Darnach hat unser Herr der Khaiser dem vorgenanten Hertzogen **Rudolff** unseren Sune und der Hertzoginne Frauen **Catharina** seiner Dochter unser Schnur das Hauß zu **Klingenberg** und was darzu gehöret, versetzt, und zu rechten Pfande von sechs Tausend Schokh der eegenanten Pfeninge, mit sechs Hundert Schoken Jheriger Gülde, und was derselbigen Gülte zu demselbigen Hauß nicht gehöret, und daselbst nicht befunden wird, die soll der eegenante unser Herr der Khaiser erfollen, und ergetzen auf den nehesten gewisesten Güttern, die darbey und darumben gelegen seind, und der Burggraff der jetzund da ist, hat dem nugenanten unseren Sune Hertzogen **Rudloff**, und Frauen **Catharinen** seiner Würtinne jetzund globt, und soll Ihn gebunden seyn in solcher geschicht, so das Sache, daß derselbige unser Herr der Khaiser die vorgenante Summa sechs Tausend Schokh von St. **Steffans** Tag der schirst kombt, überein gantzes Jahr nicht bezahlet, daß er dann Zuhandt den vorgenanten Hertzog **Rudolff** unseren Sohne, und Frauen **Catharina** der Hertzoginne seiner Würtinne mit dem Hause zu rechten Pfand warten solle, vor dieselbige Summa der sechs Tausend Schokh, und die sollen auch Zu Hand nach derselbigen Jahres Frist die Gült der sechs Hundert Schokh nützen, und geniessen, und den Burggraffen soll unser Herre der Khayser, und unser Sune, und seine Würtinne die vorgenante nicht verkehren, noch verändern nur mit unser aller Willen, und mit solchen Unterscheidt, daß der andere Burggraff, der mit unser aller Willen gesetzt wird, dieselbe glübde thun, und sich verbinden, gleich dem ersten. Wenn aber unser Herre der Khaiser dasselbige Gelt bezahlt, so soll mann es einlegen inn der Herrschafft zu **Oesterreich** mit demselben unseren Herren gemeinen Raten, und auch mit unseren, zu Nutz der eegenanten unser beyder

Khin-

Khinder, mit Lösung etlicher setze, oder sonst inn anderer Weise, wie wihr des zu beyder Seith Zurathe werden. Und ob das im Lande zu Oesterreich nicht geschehen möchte, von welchen Sachen das wäre, so soll derselbige unser Herr der Khaiser, und wihr das Gelt anderswo anlegen, aller Weege in solcher Maasse, daß es den eegenanten unseren Kindern zu Nutze khomme, und der Burggrafe soll schweren, und globen, zu welcher Zeit unser Herr der Kayser das Gelt bezahlet, daß er dann Ihme, oder seinen Erben das Haus zu Klinkenberg ohne Verzug, und ungehindert abtrette. Wir sollen, und wollen auch der vorgenanten Herzoginne Frauen Catharinen unser Schnur zu rechten leibgedinge, als die Vesten, die vormahls Frauen Annen seeligen des eegenanten unsers Herren des Kaysers Schwester Weiland Herzogen Otten unseres Brüdern Würtinne gewartet haben, zu rechten Pfande versetzen vor funfzehen Tausend grosser Pfenninge Pragerischer Müntze mit funfzehen Hundert Schoken Jheriger Müntze, und Gulde, und was derselbigen gült in Zugehörnus der eegenanten Vesten nicht funden wird, die sollen, und wollen wihr erfollen, und ergetzen in den Nechsten gewissesten Nützen und Gülten die darbey, und darumben gelegen seind; und wehre daß sach, daß die vorgenanten Hertzog Rudolff unser Sohn, und Frau Catharina die Hertzoginne seine Würtinn und unser Schnur also stürben, daß sie beyder Leibes Erben die sie miteinander hetten, hinder ihnen nicht liessen, so sollen die eegenanten zehen Tausend Schokh, die von unsers vorgenanten Herren des Kaysers wegen dargeben, auff ihn und auff seine Erben nicht wehren, auf den vorgenanten Marggrafen von Mehrern, und seine Erben wiederfallen, und dasselbige soll auch sein umb die funfzehen Tausend Schokh, die von unsern Wegen dargeendt, also daß sie zu gleicher Weise auf uns, und unsere Erben wiederfallen; Mit Urkundt dies Briefes versiegelt mit unseren Inngesiegel, der geben ist zu Wien nach Christi Geburth MCCCLII Jahre am Montage nach Margarethä.

CCXXIII.

Thomas Moravus pauper Clericus (a) *donat Mansionariis Pragensibus duas sexagenas grossorum Pragensium annui census, quem sibi ad vitæ tempus servatum vult. dd. in die S. Galli* 1352. Monumenta nostra inedita T. III. p. 357.

CCXXIV.

Rudolphus Dux Austriæ promittit, quod velit tueri terras suas transituros Vasallos & mercatores Caroli Regis Bohemiæ & Joannis Marchionis Moraviæ. dd. Viennæ proxima die Jovis ante Dominicam Palmarum 1353. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir

(a) Pauperes Clerici eo ævo vocabantur, qui nullo penitus beneficio ecclesiastico gaudebant.

Wir Rudolff rc. bekennen rc. daß wir durch besondere Freundschafft, und Lieben die wihr billig haben, und immer haben sollen. Und wollen vestiglich, mit ganzen stetten Treüen zu dem allerdurchleüchtigisten Fürsten und Herren unseren lieben G. H. und Vattern Herren Carln Römischen Kayser rc. und Khunig zu Böhmen, und zu seinen Brüder dem Hochgebohrnen Fürsten unsern lieben Ohemen Herren Johannsen Mar. graffen zu Mehrern globt haben mit gutten Treüen vor uns, und unser Brueder, und globen auch mit diesen Brieffe, mit rechter wissen, daß wihr all derselben unsers Herren des Kaysers und Königes zu Böhmen, und unseres Oheimen des Marggrafen zu Mehrern Fürsten, Herren, Pfaffen, Leihen, Ritter, Knechte, Kauffleüthe, Bürger, und alle andere Leüthe, die zu Ihne und ihren Leüthen gehörend, schirmen, und Frieden sollen und wollen in allen unseren Landen, wo sie durch die fahrend, oder darinne wohnend vor allen Angriffen, Irrungen, und gemeinlich vor allen Gewalt, und Unrecht, also daß sie leibes und guetes in allen unseren Landen und gepieten sicher sein sollen ohn gefehrde, als fürderlich, als ob sie uns selber angehöreten. Wer aber daß Irr khainer in unsern Landen und Gepiethen angegriffen, Irret, oder geschädiget würde, so sollen, und wollen wihr dem, oder den, oder die den Angrieff, die Irrung, oder den Schaden gethan hätten nachfolgen, als unseren Feinden, und Strassen-Raubern, und sie darzu halten, und nötten vestiglich, und ernstlich an Leibe, und am Güete unns auff die Zeit, daß sie dieselbigen Angriffe, Irrung und Schaden gäntzlich wiederumb ablegen, und bessern dem oder den, die den Schaden erlitten haben. Auch sollen, und wollen wihr der vorgenante unseres Herren des Khaysers, und Küniges zu Böhemen, und unseres Ohemen des Marggraffen zu Mehrern Kauffleüthe nicht beschweren, mit kheiner neüen Strasse, noch Auffsatzunge, sonder wir sollen und wollen sie bleiben lassen in allen unseren Landen bey solcher Wandlung, Strassen, und Güeter Gewohnheit, als sie mit unsern vordern von alter herkhommen seind, und dieselbe zu gleicher Weise umb alle Stükhe, die vor ann diesen Brieff begriffen seind. Sollen auch die vorgenanten unsere Herren, der Kayser und Khünig zu Böhem, und auch unser Oheim der Marggraffe zu Mehrern gegen uns und allen den unseren halten, und Stethe haben, als sie uns des auch Ihre Brieffe gegeben haben. Mit Uhrkund rc. Datum zu Wienn, des nechsten Donnerstags vor den Palmtag nach Christi Geburth MCCCLIII.

CCXXV.

Liga perpetua inter Carolum Regem Romanorum & Bohemiæ, Albertum Ducem Austriæ Joannem Marchionem Moraviæ, & Rudolphum Alberti Ducis Austriæ filium. dd. Viennæ proxima die Jovis ante Dominicam Palmarum 1353. Ex eodem Codice Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir **Carl** von Gottes Gnaden Römischer Khünig, zu allen Zeiten mehrer des Reichs und Khünig zu **Böhem, Albrecht** Hertzog zu **Oesterreich** zu **Steyer**, und zu **Kärndten, Johannes** Marggraff zu **Mehrern**, und **Rudolff** des obgenanten Hertzog **Albrechts** Erstgebohrne Suhne von denselbigen Gnaden vor uns selber, und alle unsere Brüder bekennen, und thuen kundt, daß wir durch angebohrne Liebe, lautere Treü, und stette Freündschaffte die von Gemeinschaffte der Gebuhrt, und des Geschlechts allewege zwischen uns gewesen seind, und mit Hülffe Gottes sollen ewiglich unverrükt ein gutter Saß bleiben, zu sonderlichen Trost und Gnaden unser Getreüen Unterthanen uns allesampt mit wohlbedachten Muth, mit Rathe unserer Fürsten, Herren, und auch getreüen mit rechten Wissen zusammen verbunden haben, und verbinden uns vor uns, und unsere Erben ewiglich in gueten Treüen ohn gefehrde, und mit den Eyde, den Wir allesambt darüber geschworen haben auf den heiligen Ewangelio, und globen in Kräfften derselbigen Verbündnus in gueten stetten Treüen, daß wihr innwenigk der Creysen, und Gemerkhen unser Königreiche, Fürstenthum und Herrschaffte, die uns von Erbschaffte angehörend, und die wir jetzund inne haben, oder mit Hülffe Gottes noch gewinnen, einander getreülich und freündlich beholfen sein wollen, und sollen wieder allermenniglich, niemand ausgenommen, und in den Zeiten, so eins oder mehr, wann eins unter uns Künigreich, Fürstenthumb, Herrschaffte und Lande feindlich angegriffen werden, so sollen, und wollen Wihr andern zu hand, als wir des ermahnet werden, ohne aufschube und alles Verziehen dem, oder demselben mit Leib und mit guete, Rath, Hülff, gunst, und brüderliche Liebe mit aller macht beygestendig, und gehulfen seyn, auf unser eigen schaden, und Verlust, dieweil wihr leben, wieder einen jeglichen menschen, und Persohn in welchen Ehren oder weesen die sey, und ob er auch in küniglichen Würden wäre, niemand ausgenommen, als davor begriffen ist, auszunehmen doch den Khünig von **Hungarn**, wann wihr mit dem in allen denen Puncten bleiben sollen, als die brieffe sagen, die wihr obgenanten **Römischen** Khünig, dieweil Wir Marggraffe zu **Mährern** wahren, und Seeliger gedächtnus die Hochgebohrnen Fürsten Herren **Carl** zu **Hungern**, und Herr Johannes zu Böhmen Künige, und Herr **Otto** Herzoge zu **Oesterreich**, und Wihr obgenanter Herzog **Albrecht**, und auch Wihr obgenannter **Johannes** Marggraff zu **Mährern**, in den Zeiten Grafe zu **Tyrol**, einander gegeben haben, wann dieselben Brieffe und Bünde unverrückt, und unzerbrochen bleiben in solcher bescheidenheit. Was Vesten, Burge und Städte in des Lande gewinnen werden, das unser Hülffe begehret, daß die denselben ungehindert bleiben sollen, oder fahrende haabe, und gefangene, soll und mag unser yetzlicher zu seinen nutzen behalten, der sie mit seiner arbeit erkrieget,

und

und gewinnet, und in welches hülffe wir sein, der soll uns kost geben, brod, wein, und bier, nach der lande gelegenheit, alle die Zeit, und wihr in seiner hülffe bleiben; und die obgenante Verbündnus, glübde und Eyde globt, und wihr stete und unverruckt haben, und halten, und darwider nieder gethun, noch streben mit dem Rechte, oder mit der that, gleich, oder ob weeges, mit werkhen, worten, seiner entschuldigung, helffrede, oder Verboth selber oder mit jemands anders, heimlich oder offenbahr, oder sonst in kheine weise. Mit Urkundt rc. der geben ist zu **Wienn** nach **Christi** Geburth MCCCLIII. Jahr, des nechsten Donnerstags vor dem **Palmtag**, und unter des obgenanten Römischen Khüniges Reiche in dem Siebenten Jahre.

CCXXVI

Joannis episcopi Olomucensis ratificatio testamenti, & donationis agri in Moravan pro ecclesia ejusdem loci a Clara de Moravan factæ. d.l. Modricz feria quarta infra octavam Paschatis anno 1353. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Johannes* Dei & Apostolice Sedis gracia *Olomucensis* Episcopus ad uniuersorum tam presencium, quam futurorum noticiam volumus peruenire; quod cum a nobis petitur, quod iustum, pium, & honestum existit, & presertim per quod Ecclesiarum indempnitatibus, & animarum saluti peramplius prouidetur, tam vigor quantitatis, quam ordo postulat racionis, ut id per sollicitudinem nostri officii, quantum in nobis est, ad debitum producatur effectum. Sane Religiosus Vir frater *Nicolaus* dictus *Consul* de *Trautnow* Ordinis Sepulchri Dominici *Jerosolimitani*, Rector Parochialis Ecclesie in *Morawano* nostre Dyocesis in nostri constitutus presencia, quandam patentem literam, quam de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, exhibuit, humiliter supplicando, quatenus ipsam, & contenta in ea approbare, & confirmare, prout nostra interest, graciosius dignaremur, cuius quidem litere tenor est talis: Ego *Clara* filia quondam *Ulrici de Morawan* ad uniuersorum noticiam cupio peruenire, quod de bonis, siue rebus michi per iam dictum genitorem relictis, & ad me spectantibus, quouis Jure sic affectans disponere in presenti, quod & ipsius Genitoris mei voluntatem ultimam debite, & perfecte exequar, & in extremis meis Omnipotentis Dei clemenciam michi inuenire merear graciosam, agrum, qui dicitur *Afanch*, & in vulgari *Prayta* vocatur, iacentem ante siluam prefate ville *Morawano* attinentem, lego, dono, & unio nomine perpetui testamenti Ecclesie ibidem in *Morawano*, prout dictus Pater meus ipsum agrum eidem Ecclesie donauit, disposuit hactenus & legauit, sic quod in ipsa Ecclesia per quemlibet eius Rectorem agri prehabiti possessorem una Missa de

de Beata Virgine *Maria*, & secundis feriis pro defunctis, ex nunc singulis septimanis pro parentum & amicorum meorum, ac mee animarum remedio in perpetuum celebretur, & ut Patris donacio siue testamentum a nemine possit inposterum impediri, seu aliquatenus irritari, supplico humiliter & deuote Reuerendissimo in Christo Patri & Domino Domino *Olomucensi* Episcopo, quatenus ipsam, seu ipsum suis dignetur patentibus literis roborare. In cuius rei testimonium sigilla Honorabilium Virorum Domini *Henslini Arnoldi*, pro nunc Purchrauii in *Modricz*, ac *Meinhardi Gallici de Durario* ad preces meas, me sigillo carente proprio, presentibus sunt appensa. Datum *Morawans* die secundo *Parasceues*, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio. Nos igitur supradicti fratris *Nicolai* supplicacionibus, cum sint iuste & racionabiles inclinati benigne memoratam literam, & in ipsa contenta ratificamus, & prout ad nostrum spectat Officium, presentis scripti patrocinio confirmamus. In cuius rei testimonium presentes fieri, & minori sigillo nostro iussimus communiri. (*a*) Datum *Modricz* feria quarta infra octauas festi *Pasche*, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio.

CCXXVII.

Carolus IV. cum consensu Joannis Marchionis Moraviæ villas Czernylow & Wessely in Moravia sitas commutat cum villis Bohemicis in majorem utilitatem Mansionariorum Pragensium. dd. Pragæ Nonis Maji 1353. Monumenta nostra inedita T. III. p. 344.

CCXXVIII.

Arnestus Archiepiscopus Pragensis confirmat hanc mutationem villarum Moravicarum. dd. apud Prag. nostram ecclesiam die IV. Octobris 1353. Monumenta nostra ibid. p. 355.

CCXXIX.

Joannes Marchio Moraviæ cum consensu Caroli IV. instituit Olomucii publicum emporium, ut istbic omnes merces ex Imperio, Bohemia, Polonia, aliisque adsitis terris advecta deponantur, & vendantur. dd. Brunæ 1354. Ex Collectaneis Thomæ Pessinæ Bibliothecæ Duxoviensis.

Joannes Dei gratia Marchio *Moraviæ* ad universorum tam præsentium quam futurorum notitiam pervenire volumus, quod Serenissimus Princeps & Dominus *Carolus Romanorum* Rex semper augustus & Bohemiæ Rex,

(*a*) Hoc minus sigillum Joannis episcopi Olomucensis hodie membranæ appensum excusum damus Num. CCXXVII. superest in eodem Zderasiensi Archivo sejuncta charta donationis hujus Claræ de Moravan, cui quoque duo supra memorata sigilla Henslini seu Joannis de Modricz, & Meinhardi appensa sunt, quorum typum eodem Num. CCXXVII. damus.

Dominus & frater noster charissimus proprio motu & ex certa scientia literis Majestalibus super ea re nobis extraditis statuerit & consenserit, ut in civitate nostra *Olomucensi* perpetuis futuris temporibus instituatur, & ordinetur generalis depositio mercium, rerumque omnium cujuscunque generis sint, aut quibusquibus demum nominibus appellentur, quæ passim venduntur, aut vendi solent. Præcipiens omnibus & singulis mercatoribus, qui ex Imperio *Romano*, Regno *Bohemiæ & Poloniæ*, aliisque circumjacentibus locis & terris merces advexerint, easdem *Olomucii* deponant, ibidemque vendere teneantur. Huic igitur gratiosissimæ ordinationi & saluberrimo mandato insistentes, cum alioquin una nobis sollicitudo sit, ut fidelium nostrorum vasallorum profectui & utilitatibus totis viribus intendamus, constituimus & volumus, atque virtute literarum præsentium mandamus de plenitudine auctoritatis nostre, qua in hoc Marchionatu *Moraviæ* fungimur, ut perpetuis futuris temporibus hæc mercium depositio in supra nominata civitate fiat, omnesque res cujuscujus demum generis & nominis sint, quæ vendi solent, non alibi, quam isthic deponantur. Mandantes omnibus & singulis mercatoribus, aurigisque ex *Romano* Imperio, *Bohemia*, *Polonia*, ceterisque adjacentibus terris in Marchionatum nostrum adventuris, ut merces suas *Olomucii* deponant, & cum occasio se obtulerit, eas ibidem vendant. Insuper mandamus omnibus & singulis Primatibus, Nobilibus, Camerariis, Sub-Camerariis, Czudariis, Popravczonibus, Beneficiariis, Burggraviis castrorum, item Judicibus, Juratis civitatum & oppidorum, denique absque omni exceptione omnibus Officialibus & Officiatis per Marchionatum Moraviæ constitutis sub interminatione gravissimæ indignationis nostræ incurrendæ, ut mercatoribus atque aurigis inhibeant, ne aperte vel occulte vias *Olomucium* ducentes declinent, & quandocunque & quotiescunque nomine nostro a civibus *Olomucensibus* fidelibus nostris pro assistentia & auxilio requisiti fuerint, eosdem cives omni tempore & loco tueantur & defendant. Observaturi hac ratione ordinationem nostram, ut merces non alia via, quam per dictam civitatem vehantur. Si quis autem, quod absit, transgressor inventus, & in prohibitis viis deprehensus, aut per vos, vel quemcunque vestrum inductus fuerit, noverit se omnium suarum mercium plenam & integram jacturam fecisse, ita quidem, ut medietas seu duæ partes illarum fisco nostro & civitati dictæ addicantur, tertia pars illorum sit, qui vias custodiunt, fraudibusque invigilant. Quartam partem ex mera gratia mercatoribus illis prævaricatoribus relinquentes. In quorum evidentiam de certa nostra scientia sigillum nostrum appendi jussimus. Datum Brunæ anno Domini MCCCLIV.

CCXXX.

CCXXX.

Ludovici Marchionis Brandeburgensis tractatus concordiæ cum Carolo Romanorum Rege & Joanne Marchione Moraviæ initus, quo is tam suo, quam hæredum suorum nomine promittit, quod nullam unquam prætensionem in Regnum Bohemiæ eidemque Regno incorporatas terras & provincias facere velit. dd. Sultzbach in die S. Petri ad vincula 1354. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir **Ludwig** von Gottes Gnaden Marggraff zu **Brandenburg** ꝛc. bekennen ꝛc. daß zwischen dem Allerdurchleuchtigisten Fürsten und Herren Herren **Carln Römischen** Khünige zu allen Zeiten Mehrer des Reichs und Khünig zu **Böhemen**, unseren lieben genedigen Herren, und dem Hochgebohrnen Fürsten Herren Johannes Marggrafen zu **Mehrern**, unseren Ohenien an einen theile, und uns an dem anderen theile, alle Mißhelle aufleüffe und zweyungen, die zwischen uns beyden seiten, uncz auf diesen heutigen tag gewesen seynd, umb alle sache gentzlich versüenet und verrichtet seyn, also daß wir, unsere Erben und nachkommen beiden seiten dieselben in argen nimmer greiffen sollen noch wollen in kheinen Zeiten nie solcher schückt, daß der obgenannte unser Herr der Khünig unser gnediger Herr seyn soll, und daß Marggrafe Johannes zu **Merhern** der obgenannte sein bruder unser freünd seyn, und wir dem obgenannten unseren Herren dem Khünige, als unseren Rechten Herren Dienstes und gehorsams und dem Marggrafen von **Mehrern** unseren Oheimen freundschafft pflichtig seyn sollen, darnach mit wohlbedachten muete, mit Rathe unserer getreuen mit gueten willen, und mit Rechter wissen vor uns, unser Erben und nachkommen Ewiglich verzeihen wir uns aller ansprach, forderung und Recht, ob wir Irr keine mit brieffen, oder sonst hetten, oder gehaben möchten, in kheine weise, und zu der obgenanten Herren des Khüniges, und des Marggraffen Landen, Vesten und Herrschaften zu dem Khünigreich **Böhemen**, zu der Cure und stimme, die ein Khönig zu **Böhemen** von wegen seiner Lande hat, und haben soll, ohngeferlich eines **Römischen** Khüniges eines künftigen Khaisers zu **Mehrern**, zu **Pohlen**, beide zu den Landen, und zu den Fürsten der Lande, zu der Markhe **Budissin**, und **Görlitz**, und zu der Vesten **Hirsau**, **Neustadt**, **Störstein**, **Lichtenstein**, die der Hochgebohrnen Fürsten Herren **Ruprechts** des Eltern, und Herren **Ruprechten** des Jüngern **Pfalzgrafen** beym **Rein**, und Hertzogen im **Bayern** unser Vetter Rechts Erben gewesen seynd, und die sie den obgenanten unseren Herren dem Khünige wissentlichen, und Rechtlichen Verkaufft haben, und zu dem Landen nachgeschriebenen Vesten und Merkten, **Sulzbach**, **Rosenberch**, **Neidstein**, **Hertenstein**, **Hornstein**, **Hiltpoltstein**, **Lichteneck**, **Turendorff**, **Frankenburg**, **Auerbach**, **Herspurgk**, **Lauffen**,

ffen, **Velden**, und das **Plech**, **Eschenbach**, **Pegnicz**, **Husegk**, **Werden-stein**, und **Ruprechtstein**, die etwan des Hochgebohrnen Fürsten Herren **Ru-dolffs** Seeligen Pfalzgrafen bey **Rhein**, des obgenanten unseres Herren des Künigeſ Shweher, und unsers Vettern gewesen seynd, die auf die obgenanten Herren **Ruprecht** den Eltern, und Herren **Ruprecht** den Jüngern unsere Vettern nach tode Hertzogs **Rudolffs** des obgenanten erblich verfallen waren, und die sie dem obgenanten unseren Herren dem Khünige wissentlichen und Redlich verkaufft haben, und zu allen anderen Landen und Vhesten, die der obgenannte unser Herr der Khünigk in teutschen Landen hat, und allen ihren Zugehörungen, und beynahmen zu den Landen des Hochgebohrnen Fürsten Herren **Bolcken** Hertzogen zu der **Schweidnitz**, und zu dem **Jauer**, unsers Oheim, und was derselbige Hertzog inne hat, der die obgenanten Herren, unser Herr der Khünigk und der Marggraff zu **Merhern** unser Oheim noch nicht in gewehr seynd, und zu **Volters**, und zu **Sibcdatt** und was dazu gehöret, und zu Irr kein Ihren Landen, Vesten, Burkhen, Stetten, Güttern, und allen ihren Zugehörungen, wo, oder in welchen Landen die gelegen seynd, die sie jetzunder inne haben, und globen mit wohlbedachten muete, mit gueten treuen ohngefehrde, und mit geschwornen Eide, den wir darüber zu den Heiligen gethan haben, vor uns, unser Erben und nachkommen ewiglichen, den obgenanten unsern Herren dem Khunige und dem Marggraffen zu **Mehrern** sein bruder, ihre Erben und nachkommen den Khünigen zu **Böhemen** und Marggraffen zu **Mehrern** ewiglich, daß wir sie besamt, oder besonder, und solche Land, Vesten, burgk, Stadt, guet und zugehörungen, wie man die benennet, oder in welchem Lande die gelegen seyn, als davor begriffen ist, nimmer ansprechen, hindern, beschedigen, oder betrüben wollen noch sollen ohne gefehrde, und daß wir darnach mit kheinerley geistlichen oder weltlichen hülff nimmer gestehen sollen, noch wollen. Es sollen auch alle Brieffe und Handvesten, die wir von unsern Vater seligen, oder von jemands andern darüber haben, unkrefftig, untüglich, und aller Sachen absein, und den obgenanten unseren Herren dem Khünige, den Marggrafen zu **Mehrern** seinen bruder, ihren Erben und nachkommen Khünigen zu **Böhemen** und Marggrafen zu **Mehrern** kheinen schaden bringen, wenn wir derselben Brieffe und Handvesten uns mit wohlbedachten muethe, mit Rathe unser lieben getreuen, und mit rechter wissen verziehen haben, und verzeihen uns derselben vor uns und unser nachkommen und Erben, also daß sie uns unnütze und untuglich seynd und sein sollen, ob sie immer in Irrkheinen Zeiten fürbracht wurden, oder zu lichte khemen, als ferre sie dem obgenanten unseren Herren dem Khünige, dem Marggrafen zu **Mehrern** seinen Bruder, Ihren Erben und nachkommen in den obgenanten stuckhen zu schaden kommen möch-

möchten, doch sollen alle unsere andere Handvesten und Brieffe, von weme wir des haben, die solche obgenante stukhe nicht anrühren, in Ihren krefften bleiben; auch globen wir vor uns, unsere Erben und nachkommen bey den treuen, und bey dem Eyde, als davor begriffen ist, dem obgenanten unseren Herren dem Khünige, dem Marggraffen zu Mehrern seinen Bruder, ihren nachkommen und Khünigen zu Böhmen, und Marggrafen zu Mehrern, daß wir sie in allen denselbigen ihren Landen, Vesten, burgken, Stetten, güttern, und allen ihren Zugehörungen, als davor begrieffen ist, mit gueten treuen ungefehrlich, und bey dem obgenanten Eyde getreulichen und freündlichen fürdern wollen und sollen, mit urkund dies Brieffs. Der gegeben ist zu Sulzbach an S. Peterstage ad vincula in dem MCCCLIIII. Jahr.

CCXXXI.

Ludovicus Marchio Brandeburgensis promittit, quod nullum vasallum Caroli Bohemiæ Regis, & Joannis Moraviæ Marchionis ad se attrahere, nec aliqua castra, aut bona in Regno Bohemiæ & ejus pertinentiis emere velit. dd. Suitzbach in die S. Petri ad vincula anno 1354. Ex eodem Codice Nostiz.

Wir Ludwig ꝛc. bekennen daß wir dem allerdurchleüchtigisten Fürsten, und Herren Herren Carl ꝛc. unseren lieben Gnaden Herrn, und dem Hochgebohrnen Fürsten Herren Johann Marggrafen zu Mehrern unseren Ohemen, Ihren Erben, und nachkommen Khünigen zu Böhemen, und Marggrafen zu Mehrern gelobet haben, und globen auch vor uns, unsere Erben und nachkommen ewiglich, inn gueten Treuen ungefehrlich, daß wir in Ihren Landen und Herrschafften, wo sie die haben, kheine Vesten, Stadt, oder Gueth kauffen, noch keinen Mann, der in Ihren Landen gesessen sey, zu Diener empfahen wollen, oder sollen, es were dann, daß Sie unns das mit gutten Willen gönnen wolten, und dasselbige sollen die eegenannten unsere Herren der Khünig, der Maggraff zu Mehrern, unser Ohem Ihre Erben, und nachkommen Künigen zu Böhemen, und Marggraffen zu Mehrern, gegen uns, unseren Erben und nachkhommen Marggraffen zu Brandenbürg, und Hertzog inn Bayern, Graffen zu Tyroll, und in Görtz zuthun pflichtig seyn gleicher Weise als darvor begrieffen ist. Mit Urkund ꝛc. geben zu Sulzbach an Tag S. Petri ad vincula A. MCCCLIIII.

CCXXXII.

Stephanus Dux Bavariæ & Palatinus Rheni promittit, quod nullum vasallum seu subditum Caroli Regis Romanorum, & Joannis Marchionis Moraviæ ex terris eorum ad se trahere, neque in illis bona sine speciali eorum consensu & voluntate emere velit. dd. Pisis die Lunæ ante S. Georgii diem anno 1355. Ex eodem Codice Diplomatico Bibl. Nostiz.

Wir

Wir Stephan von Gottes Gnaden Pfalzgraff beym Rein, und Herzog in Bayern ɹc. bekennen ɹc. daß wir dem allerdurchleüchtigisten Fürsten, und Herren Herren **Carl** Römischen Khünig unseren lieben gnädigen Herren, und dem Hochgebohrnen Fürsten Herren **Johann** Marggrafen zu **Mährern** gelobet haben, und globen auch vor uns, unsere Erben und nachkommen ewiglich in gueten Treüen ohngefehrlich, daß wir inn Ihren Lannden, und Herrschafften, wo sie die haben, keine Vesten, Stadt, oder Gueth khauffen, noch keinen Mann, der inn ihren Landen gesessen sey, zu Diener empfahen wollen, oder sollen, es wäre dann, daß sie uns mit Gueten Willen das wolten, und daßselbige sollen die cegenanten unser Herr der Khünig, der Marggraff zu **Mehrern**, unser Oheim, Ihre Erben, und nachkommen Künigen zu **Böheim**, und Marggraffen zu **Mährern** gegen unns, unseren Erben und nachkommen Herzog in **Bayern**, zuthun pflichtig seyn, gleicher Weise, als vorbegriffen ist. Mit Urkundt ɹc. geben zu Pise, am Montage vor **Georgii** MCCCLV Jahre.

CCXXXIII.

Attestatio Joannis Marchionis Moraviæ de abrogato Codice Juris Carolino Bohemiæ. dd. Pragæ Indict. VIII. II. Nonas Octobris 1355. (a) Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 52.

CCXXXIV.

Carolus IV. ex consilio tam ecclesiastici quam politici status Ordinum Bohemiæ profitetur, quodsi sine liberis sexus virilis decederet, Regnum Bohemiæ ad Joannem Marchionem Moraviæ devolvendum. dd. 1355. In Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 21. p. m. 127.

CCXXXV.

Literæ urbium Moravicarum Znoim, Iglaw & Brünn attestantium, quodsi Carolus IV. sine liberis masculini sexus decederet, Regnum Bohemiæ ad Joannem Marchionem Moraviæ devolvendum. dd. 1355. Ibidem T. XII. N. 35. p. m. 122.

CCXXXVI.

Ludovicus Marchio Brandeburgensis recognoscit tam suo, quam fratris Ottonis & hæredum nomine, quod Carolo Romanorum Regi & Joanni Marchioni Moraviæ promiserit, quod omnes promissiones, contractus, & transactiones integre servare, & implere velit. dd. Norimbergæ feria VI. post Andreæ Apostoli 1355. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Wir

(a) Habetur in Privilegiis Regni Carlsteinensibus ita dictis, quod hic olim asservata fuerint, ejusdem Joannis Marchionis Moraviæ charta de anno 1350., qua promisit Jura & Statuta a Carolo revocata se nullatenus servaturum. Quod diploma idem cum præsente esse arbitramur.

Wir **Ludwig** 2c. bekennen 2c. daß Wir mit wohlbedachten Muthe, mit Rathe unserer Freünde, und mit rechten Wissen vor uns, unseren Brüeder Marggraff Otten, und unser beyder Erben globet haben, und globen auch in gueten Treüen, ohne gefehrde, und mit geschwornen Eyde, den wir darüber zu den heiligen gethan haben, dem allerdurchleüchtigisten Fürsten und Herren Herren **Carlen Römischen** Khaysern 2c. unsern lieben gnädigen Herren, und dem Hochgebohrnen Fürsten Herren **Johann** Marggrafen zu **Mehren**, unseren Ohemen, und Ihren Erben und nachkommenden Khünigen zu **Böhemen** und Marggraffen zu **Mehrern**, daß wihr Ihn alle Briefe globt, teidungen, stukh, Punkt und Artikl, der wihr uns nuhn, und vormahls mit dem Munde verlobet, und sonst verschrieben haben, gantz steht, und unverrükt haben, und halten wollen, und die genzlich:n volführen, und volziehen, ohne alles geferde, unnd inn aller der Weise, als sie begriffen sein, mit Urkundt 2c. geben zu **Nürmberg** 2c. 2c. Anno MCCCLV. feria VI. post *Andreæ* Apostoli.

CCXXXVII.

Ludovicus Marchio Brandeburgensis promittit, quod efficere velit, ut Otto frater suus Marchio Brandeb. Palatinus Rheni, & Dux Bavariæ subscribat omnibus conventionibus, reconciliationibus, transactionibus inter se, Carolum IV., & Joannem Marchionem Moraviæ factis, easque literas sese in Curia veteris Urbis Pragæ depositurum. dd. Norimbergæ fer. VI. post Andreæ Apostoli 1355. Ex eodem Codice Nostiz.

Wir **Ludwig** 2c. bekennen 2c. daß wir dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten, und Herren Herren **Carlen** 2c. **Römischen** Kayser 2c. unserem gnädigen Herren globt haben, und globen auch mit treuen ungefehrlich, daß wir bestellen, und schaffen wollen, und sollen, daß der Hochgebohrne Fürst, Herr **Otto** Marggraf zu **Brandenburg** und zu **Lusitz**, Pfalzgraff beym **Rein**, und Hertzog in **Bayern** unser lieber Bruder alle solche taydung, Süne und Berichtung, als zwischen dem obgenanten unseren Herren dem Kayser, und dem Marggraffen zu **Mährern** seinen Bruder an einem theile, und uns am andern zu **Nürnberg** überkommen, und geredt ist, gantz und stette halten, und haben soll, und die auch versiegeln, schweren, und globen, und seine Brieffe antworten auf das Rathaus der grossen Stadt zu **Prage**, den Ratheleüten zwischen S. **Jakobs** Tage, der schirist künfftig ist, unverzüglich, und ungehindert, und wo das nicht geschehe, so wollen wir, und erkennen uns das, daß alle solche taydigung, lehen, gnad, und globd, und alle andere sachen, der wir mit dem Eegenanten unseren Herren dem Kayser übereinkommen seyn, dem Eegenanten unseren Bruder Marggraffe **Otten** nicht berühren sollen, noch immer in Irrkeine Sinnen bringen, und daß ihme auch die Eegenanten unser Herr der Khayser

und

und unser Oheim der Marggraff von Mehrern nichts verbunden noch pflichtig seynd, und dennach sollen, und wollen wir des verbunden seyn unseren Herren dem Kayser, und dem Marggraffen zu Mehrern, die eegenanten Brieffe zu schaffen. Mit Urkund und ꝛc. Datum ut supra Nürnberg feria VI. post *Andreæ* Apostoli anno MCCCLV.

CCXXXVIII.

Ludovicus, Romanus dictus, Marchio Brandeburgensis recognoscit concordiam factam inter se, Carolum Romanorum & Bohemiæ Regem, & Joannem Marchionem Moraviæ, & quod omnia præcedentis belli oblivioni data sint. dd. Norimbergæ feria VI. post Andreæ Apostoli 1355. Ex eodem Codice Bibl. Nostiz.

Wir Ludwig genannt der Römer ꝛc. bekhennen ꝛc. Sintemahlen wir aller mißhelle, aufleuff und Zweyung, die zwischen dem Allerdurchleuchtigsten Fürsten und Herren Herren Carl ꝛc. Römischen Kayser unseren gnädigen Herren, und den Hochgebohrnen Fürsten Herren Johann Marggraffen zu Merhern unseren lieben Ohemen an einem theile, und unns an andern uncz auf diesen heutigen tag sich verlauffen haben, freundlich und güttlich berichtet seynd, also daß sie beyder seiten nimmer in arg gedfnet, und verneuert werden sollen. Davon globen wir dem obgenanten unseren Herren dem Khayser, und unseren Ohem dem Marggrafen zu Mährern im gueten treuen ohn gefehrde, daß alle sachen die inn diesen Kriege geschehen seynd mit entsagen, oder sonst in einigerley weise gänzlich abseyn sollen, und darumb niemand verdacht, beschädigt, oder in einigerley weise betrübet werden soll in kheinen zukünfftigen Zeiten. Mit Urkund ꝛc. Geben zu Nürmberg feria VI. post *Andreæ* Apost. MCCCLV.

CCXXXIX.

Vidimus literarum Joannis episcopi Olomucensis, quibus Jus Patronatus Ecclesiæ in Swabenitz Olomucensis Diæcesis Conventui Zderasiensi adstruitur. dd. XXII. Februarii anno 1356. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo, trecentesimo quinquagesimo sexto. Indiccione nona, die vicesima secunda mensis Februarii hora vesperarum, vel quasi, Pontificatus Sanctissimi in Cristo Patris & Domini Domini *Innocencii* Diuina prouidencia Pape VI. anno quarto, Regnorumque Serenissimi, & Inuictissimi Principis Domini Domini *Karoli* quarti *Romanorum* Regis semper Augusti anno decimo, Imperii vero primo; In mei Notarii publici & testium presencia subscriptorum constitutus personaliter coram Honorabili Viro Domino Petro Cantore *Lubnicensi*, Officialique Curie Archiepiscopalis *Pragensis* Discretus Vir Dominus Petrus

trus de *Strakonicz* scolarum monasterii *Sderasiensis* in *Praga*, Procurator, ut dicebat, Venerabilis Viri Domini *Henrici* Prepositi monasterii *Sderasiensis* predicti Ordinis sancti *Augustini* sacrosancti Dominici Sepulcri *Jerosolimitani Pragensis* Diocesis exhibuit, presentauit, & ostendit nomine Domini sui publice coram eo quandam literam in pergameno conscriptam sigillo oblongo magno de cera alba impressula pergameni sigillatam, in cuius quidem sigillo medio una ymago, siue figura quasi unius Episcopi infulati, Pontificalibus induta, stans, dextram manum ad benedicendum erectam, & in sinistra baculum pastoralem tenens, exprimi videbatur, litere vero circumferenciales eiusdem sigilli erant tales; sigillum *Johannis* Dei gracia *Olomucensis* Episcopi; & a tergo eiusdem sigilli sigillum paruum rotundum impressum erat, in cuius medio quedam bestia leonem figurans, & super ipsa bestia seu leone, quedam columpna, & in eadem litere quedam apparebant, que propter compressionem nimiam describi non poterant, litere vero circumferenciales ipsius sigilli prout prima facie apparebant, in hunc modum erant; sigillum secretum Episcopi *Olomucensis*, non rasam, nec cancellatam, non viciatam, nec in aliqua sui parte, ut prima facie apparebat, corruptam, sed omni prorsus suspicione carentem, petens instanter, ac timens, ne casu fortuito amitteretur, seu anichilaretur, eandem literam transsumi, & in publicam formam ad perpetuam rei memoriam redigi, & auctoritate ordinaria Domini Officialis supradicti decretum eidem litere interponi, ut vim & firmitatem eandem habeat, ut originalis littera in iudicio, & extra; cuius litere tenor per omnia talis esse dinoscitur. *In nomine Domini amen. Ne rerum gestarum memoria per decursum temporis deperiret*, &c. (*a*) Qui quidem Officialis visa, & diligenter inspecta litera predicta, reputansque peticionem prefati Domini *Petri* fore racionabilem, atque iustam, mandauitque mihi Notario infra posito, ut huiusmodi literam transsumerem, & in publicam formam redigerem, volens, ac decernens, ut deinceps transsumpto huiusmodi plenaria fides in omnibus, & per omnia, sicut originali litere prenotate in iudicio & extra, adhibeatur, suam in premissis omnibus & singulis interponens auctoritatem, & decretum. Actum *Prage* in domo Honorabilis Viri Domini *Petri* Officialis predicti, anno, die, mense, hora, Pontificatus, Regnorum, Indiccione, quibus supra. Presentibus *Nicolao* Clerico de *Chotyessow*, *Merklino de Drazdyan*, & *Mathia* Coquine Magistro de *Wratislavia* familiaribus dicti Domini Officialis, testibus ad premissa vocatis specialiter, & rogatis, & aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum Officialatus Curie Archiepiscopalis Pragensis prelibate presentibus est appensum. Quod ego *Johannes Andree*

(*a*) Instrumentum hoc jam excusum habetur Num. 106.

dree de *Tynborsser Pragensis* Diocesis publicus auctoritate Imperiali Notarius supralcripte litere exhibicioni, ostensioni, auctoritatis, & decreti interposicioni, & aliis omnibus & singulis premissis, dum fierent, & agerentur, una cum dictis presens interfui testibus, ipsamque literam de mandato Domini Officialis predicti, & ad requisicionem dicti *Petri* Procuratoris de verbo ad verbum nil addens, vel minuens, quod sensum variet, vel mutet intellectum, fideliter copiaui, exemplaui, & transsumpsi, & diligenti collacione prehabita de ipsa originali litera cum transsumpto presenti, & quia ipsas concordare inueni, ideo me cum signo meo & nomine consuetis hic subscripsi in testimonium omnium premissorum.

CCXL.

Joannes Marchio Moraviæ promittit, quodsi contingeret se succedere in regno Bohemiæ, quod demum jurabit: sese nihil prorsum e terris coronæ Bohemiæ abalienaturum. dd. Pragæ die ad vincula S. Petri 1356. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 172.

CCXLI.

Literæ civitatum Moravicarum Olomucz, Brün, & Iglau, quod literis infeudationis Joannis Marchionis Moraviæ, & conditionibus istbic expressis satisfacere velint, & obligentur. dd. in Brunna in Vigilia S. Laurentii 1356. Balbinus ibid. p. 178.

CCXLII.

Liga inter Casimirum Regem Poloniæ & Carolum IV. contra Cruciferos Teutonicos & Bavaros, promittitque Carolus sub juramento, quod vel ipse auxilio venire, aut certe fratrem Joannem Marchionem Moraviæ cum sexcentis galeatis mittere velit. dd. Pragæ die SS. Philippi & Jacobi Apost. 1356. Ludevigius Reliquiarum T. V. p. 496.

CCXLIII.

Testimonium Senatus Pragensis super infeudatione Marchionatus Moraviæ à Carolo Romanorum Imperatore & Bohemiæ Rege, Joanni Marchioni Moraviæ facta. dd. Pragæ quinta Augusti anno 1356. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Nos Judex & Jurati maioris Ciuitatis *Pragensis* notum facimus tenore presencium uniuersis. Quod quia in literis Serenissimi Principis ac Inuictissimi Domini nostri *Caroli* Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Gloriosissimi Boemiæ *Regis* Domini nostri Graciosi, quas ipse sano Principum, Baronum & Procerum suorum accedente consilio, animo deliberato, non per errorem, sed ex certa sciencia Illustri & Magnifico Principi Domino *Johanni* Marchioni *Morauie* Germano suo super infeudacione Marchionatus

chionatus *Morauie* & eius pertinenciis erogasse dignoscitur, quedam specialis clausula reperitur expressa, cuius tenor, siue sentencia sequitur in hec verba: Et quamuis de iure communi & positiuo consistat, quod vasallo non relictis legitimis masculini sexus heredibus moriente, feudum de sua natura ad ipsius feudi Dominum iusto titulo reuertatur. Tamen ut hec via dubietatibus & calumniis precludi valeat, consilio saniori dictus Dominus noster Romanorum Imperator, semper Augustus, & Boemie Rex, frater noster charissimus pronunciauit, diffiniuit, & in suis literis declarauit, ut quociens nos, heredes aut proheredes nostros Marchiones *Morauie* absque masculini sexus heredibus continget decedere, quod Marchionatus *Morauie* predictus ad ipsum, heredes & successores ipsius Regis *Bohemie*, Dominos nostros, & eiusdem Coronam absque difficultate libere reuertatur, ut tamen dictus Dominus & frater noster, heredes, & successores sui *Boemie* Reges, Domini nostri, vel alter eorum, qui pro tempore fuerint, nostras, heredum & proheredum nostrorum filias, si quas dimiserimus ad statum ordinare decentem, & earum cuilibet, cum matrimonio copulate fuerint, a die consumate copule infra unum annum decurrentem continuo de decem millibus marcarum argenti grossorum *Pragensium* pagamenti Regalis de pecunia berne, que ob eandem causam in Marchionatu predicto instaurari debebit, tenebuntur, ut iuris est, & obseruate consuetudinis prouidere; adiecit eciam dictus frater noster & Dominus, de singulari munere gracie specialis, & ob illum sinceritatis affectum, quo nos prosequitur fauore, ut quociens ipsum, quem Deus custodiat, heredes, aut successores ipsius Regis *Bohemie* Dominos nostros, non relictis masculini sexus heredibus, ab hac luce migrare contingeret, quod extunc regnum *Boemie* prefatum nec non omnes Principatus & Dominia, que ad dictum Regnum *Boemie* pertinent, cum omnibus pertinenciis suis ad nos, aut nobis non existentibus, heredes ac proheredes nostros legitimos masculini sexus Marchiones *Morauie* absque eleccione, siue assumpcione alia, & absque difficultate qualibet deuoluatur, & quod is, cuius tunc iure prefato, & virtute declaracionis predicte interesse videbitur, in *Bohemie* Regem assumi, & coronari debeat, impedimenro quolibet non obstante, qui denique dicti Domini & fratris nostri, heredum, proheredum, siue successorum Regum *Boemie* Dominorum nostrorum, filiabus, si quas dimiserint, de congruenti statu, secundum Regni *Boemie* consuetudinem approbatam tenebitur, & debebit decenter & magnifice prouidere, neque supradictus Dominus & frater noster, heredes & successores sui *Boemie* Domini nostri prefatum Regnum *Bohemie*, aut nos, heredes, aut proheredes nostri Marchiones *Morauienses*, Marchio-

chionatum eundem in toto, vel in parte occasione filiarum nostrarum utrobique, aut alia causa quacunque donare, vendere, obligare, aut alienare debebimus, aliquo dimembracionis aut sequestracionis modo, quo prefata Regni *Bohemie* Corona, Principatus, & Dominia, que ad idem Regnum pertinent, cum suis pertinenciis, ut preferrur, a nobis, heredibus, & proheredibus nostris Marchionibus *Morauie*, aut dicti Marchionatus deuolucione, a dicto Domino fratre nostro, heredibus, successoribus suis Regibus *Bohemie* Dominis nostris posset in prenotatis casibus quomodolibet remoueri; considerato nihilominus & extra formam precedentis articuli diligenter inspecto, quod si consortes, siue coniuges predicti Domini nostri Imperatoris & Regis *Bohemie*, nec non Marchionis *Morauie*, seu earum alteram in tempore obitus alterius Dominorum predictorum pregnantes, seu impregnatas fore contingeret, quod tunc proles ipsa, si masculina fuerit, patri suo iuxta formam expressam in precedenti articulo, sine qualibet difficultate succedat. Si vero femella fuerit, quod tunc prouideatur eidem sicut superius est expressum. Adiecit eciam Dominus Imperator Rex *Bohemie* predictus, & similiter extra articulum contentum in literis defeudacionis predicte ad abundancioris cautele presidium rite decreuit, quod in supradictis Principatibus, videlicet Regno *Bohemie*, & Marchionatu *Morauie* primogenitus in Regnum seu Marchionem assumi debeat, aut eo non existente, secundogenitus, vel in defectu secundogeniti, si fortasse non foret, terciogenitus, aut quartogenitus, vel quintogenitus, quotque fuerint, & sicut se casus obtulerint, vice, seu morte eorum, sic quod dignitas Regni & Corone *Bohemie*, & Marchionatus similiter penes illum remaneat, qui paterno stipite Regis vel Marchionis conspicitur in presenti linea fore propinquior, ea condicione, quod si primogenitus, secundogenitus, terciogenitus, quartogenitus, seu quintogenitus, quotque eciam fuerint, ante obitum patris decederent, & quilibet eorum masculinos heredes filios post se dimitteret, tunc Regnum predictum *Bohemie* ad filium primogenitum Regis, & Marchionatus, ad filium Marchionis primogeniti sine difficultate qualibet deuoluentur, cum quilibet eorum paterno stipiti propinquior videatur. Si vero primogenitus non quidem filium, sed nepotem, & secundogenitus filium post se dimitterent, tunc Principatus huiusmodi ad filium secundogenitum, non ad nepotem primogeniti deuoluentur, & hoc idem est de filiis & nepotibus terciogeniti, quartogeniti, quintogeniti, & sic de singulis perpetuo sciendum, cum namque filius secundogeniti paterno stipiti propinquior, quam nepos primogeniti videatur. Nos igitur ad mandatum prelati Domini nostri Imperatoris & Regis *Bohemie*, quod ab ipso tanquam Rege

Bohe-

Bohemie vero, & naturali Domino nostro reuerenter accepimus, & de certa ipsius sciencia, non per errorem, aut improuide, sed matura deliberacione preuia nobis ob hoc pluries in consilium congregatis, de verbo, scitu, voluntate, & expresso consensu seniorum, & uniuersitatis nostre promittimus, & bona nostra fide spondemus sine dolo, prefato Domino nostro Marchioni, heredibus & successoribus suis *Morauie* Marchionibus predicta omnia, & eorum quodlibet, sub omnibus senteneiis, punctis, & verborum declaracionibus, sicut prius inuenitur expressum, in casibus superius declaratis, quando, seu quociens emerserint, attendere, obseruare, & adimplere, & offerente se casu iuxta sentenciam, que declaratur superius, tam in articulo prenotato, aut in literis infeudacionis contento, quam in aliis adiunctis eidem ad prefatum Dominum Marchionem duntaxat, aut eius heredes, & successores Marchiones *Morauie* tanquam ad verum & naturalem Dominum fide, homagio, & obediencia habere respectum, sibique in dictis casibus secundum formam precedentis articuli, & aliarum declaracionum, que exprimuntur superius, vel suis heredibus & successoribus Marchionibus *Morauie* tanquam veris legitimis naturalibus, & ordinariis Dominis nostris in omnibus obedire, dum tamen prefati Marchionis, aut alterius eorum iuxta declaracionem precedencium sentenciarum tunc intersuerit; ut filiabus Regum *Bohemie* Dominorum nostrorum, si quas post se dimiserint, rite prouideant, ut prefertur. In cuius rei testimonium presentes literas fieri, & sigillo nostre Ciuitatis voluimus communiri. Datum *Prage*, anno Domini MCCCLVI. die quinta mensis *Augusti*.

CCXLIV.

Institutio Plebani in Widra in Moravia. dd. Olomucii die XVI. Augusti anno 1357. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Henricus* Decanus Ecclesie *Cremsirensis*, Reuerendi in Cristo Patris, & Domini nostri Domini *Johannis* Episcopi *Olomucensis* Vicarius in spiritualibus Generalis; Notum facimus uniuersis, presencium noticiam habituris, quod ad presentacionem & peticionem Honorabilis & Religiosi Viri Domini *Heinrici* Prepositi Monasterii *Sderasiensis* Ordinis sancti *Augustini* sacrosancti Sepulcri Dominici *Jerosolimitani*, Diocesis *Pragensis* Religiosum Virum fratrem *Albertum* Ordinis eiusdem, exhibitorem presencium in Ecclesia Parochiali in *Widra* per liberam resignacionem fratris *Ulrici* Ordinis predicti ad manus nostras factam, in qua prefatus Dominus Prepositus ius obtinet presentandi, Rectorem legitimum instituimus & Plebanum, sibi curam animarum in eadem, & administracionem spiritualium & temporalium, prout ad nostrum spectat officium, committentes. In cuius

rei

rei testimonium sigillum Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* presentibus est appensum. Datum *Olomucii* anno Domini Millesimo trecentesimo LVII. die XVI. mensis *Augusti.*

CCXLV.

Joannes Marchio Moraviæ confirmat incorporationem capellæ S. Laurentii Preroviæ cum collegio Mansionariorum ecclesiæ Pragensis. dd. Znoymæ in crastino Divisionis Apostolorum 1357. Monumenta nostra inedita T. III. p. 348.

CCXLVI.

Institutio Plebani in Moravans Religiosi Domini Dirislai e monasterio Sderasiensi. dd. Brunæ XXVIII. April. anno 1358. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Ego Nicolaus Prepositus *Brunensis*, & Canonicus *Olomucensis* Ecclesiarum, Reuerendi in Cristo Patris & Domini mei Domini *Johannis* Episcopi Olomucensis Vicarius in spiritualibus generalis notum facio uniuersis presencium noticiam habituris, quod ad presentacionem & peticionem Honorabilis & Religiosi Viri Domini *Henrici* Prepositi monasterii in *Sderas Pragensis* Diocesis Religiosum Virum Dominum *Dirislaum* exhibitorem presencium in Ecclesia Parochiali in *Moravans*, per liberam resignacionem fratris *Nicolai* pridem eiusdem Ecclesie Plebani, vacante, in qua prefatus Dominus Prepositus ius obtinet presentandi, Rectorem legittimum instituo, & Plebanum, sibi curam animarum & administracionem in spiritualibus & temporalibus in eadem, prout ad meum officium spectare dinoscitur, committens. In cuius rei testimonium sigillum Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* presentibus est appensum. (*a*) Datum *Brune* anno Domini MCCCLVIII. die XXVIII. mensis *Aprilis.*

CCXLVII.

Literæ Marchionum Misnensium & Landgraviorum Thuringiæ, quibus promittunt, quod tam illi, quam heredes perpetuo velint Carolo IV. & Joanni Marchioni Moraviæ adversus quemcunque auxilio esse. dd. die Jovis post Reminiscere 1358. Lunig C. G. D. T. II. p. 11.

CCXLVIII.

Universitas civium Znoymensium promittit, quod erga Henricum Comitem Tyrolis ita animati esse velint, prouti Joannes Marchio Moraviæ jubet, ordinavitque. dd. 1358. In Privil. Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. 402.

CCXLIX.

Preczlaus episcopus & Capitulum Wratislaviense promittit, quod si Carolus

(*a*) Hoc sigillum Vicariatus hodie membranæ illæsum appensum excusum damus eodem Num. CCXLVII.

rolus IV. sine herede masculo decederet, sese Joannem Marchionem Moraviæ legitimum Dominum agnituros. dd. Wratislaviæ feria VI. post diem S. Dorotheæ 1359. Sommersberg Ser. rer. Siles. p. 783.

CCL.

Joannes Marchio Moraviæ pollicetur Conrado Duci Olsnensi, si Carolus IV. sine herede masculo decesserit, eidem omnia jura & privilegia salva & rata permansura. dd. die X. Februarii 1359. Sommersberg ibid. p. 375.

CCLI.

Hinco, Abbas monasterii Zabrdovicensis Ord. Præmonstratensis vendit villam Cestkowicz centum sexagenis grossorum Domino Jaroslao de Sternberg ad tempus vitæ filiorum ejus. dd. Zabrdowicz Sabbatho, quo sitientes in Quadragesima cantatur 1359. Ex Historia diplomatica MS. Domus Sternbergicæ.

Nos *Hinko* divina miseratione Abbas, *Dominicus* Prior, *Johannes* Subprior, totusque Conuentus monasterii *Zabrdovicensis* prope *Brunam* Premonstratensis Ordinis, *Olomucensis* Dioecesis, recognoscimus tenore presentium universis Nos a Nobili & Potenti Domino *Jaroslao* de *Sternberg* pro villa *Cestkowicz* & universis ipsius pertinentiis, quam pro centum sexagenis grossorum denariorum *Pragensium* ad vitæ Dominorum ipsius filiorum duntaxat tempora emisse dignoscitur. Prout in literis desuper confectis plenius illud claret. Et de illis centum sexagenis grossorum, viginti quinque sexagenis eorundem grossorum Pragensium pro nunc in parata & numerata pecunia recepisse conditionibus infra scriptis. Quod si forsan consensus & voluntas Serenissimi Principis & Domini Domini *Joannis* Marchionis *Moraviæ* Illustris non posset acquiri super ejusdem villæ venditione, aut talis venditio quocunque alio modo impediretur, extunc sincera fide & fidei puritate spondemus & promittimus, & una nobiscum *Muczina de Rischpik* ad nostræ petitionis instantiam syncere promittit præfato Domino *Jaroslao* dictas viginti quinque sexagenas grossorum restituere, dare, & reddere in festo beatæ *Kunigundis* venturo proxime, dilatione qualibet procul mota. Sique prædictas viginti quinque sexagenas grossorum super vel in præfato termino non restitueremus, tunc ipse Dominus *Jaroslaus* aut hæredes ipsius præfatam villam *Cestkowicz* in sua tenere debebunt potestate, & de ipsa villa & singulis pertinentiis ipsius, quibuscunque valeant designari nominibus, uti frui tamdiu, quousque ipsis dictæ viginti quinque sexagenæ fuerint integraliter persolutæ. Harum, quibus sigilla videlicet Abbatis & Conventus monasterii prædicti, ac etiam sigillum præfati *Muczinæ* appendi fecimus, testimonio literarum. Datum in *Zabrdowicz* monasterio

præ

præfato Sabbatho, quo *Sitientes* in Quadrageſima cantatur. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono.

CCLII.

Albertus Præpoſitus de Bruna & Dietricus Decanus Medlicenſis & Olomucenſis ſubdelegati Delegatorum Sedis Apoſtolicæ videlicet Abbatis S. Crucis & Decani Znoymenſis definiunt controverſiam inter Abbatem Scotorum & Plebanum Viennenſem. dd. Viennæ V. Kal. Sept. 1359. Bernardus Pez Cod. Dipl. Tom. VI. P. II. p. 43.

CCLIII.

Carolus IV. transactionem de hæreditate paterna inter Pothonem Decanum Olomucenſem, & Jeſconem fratres de Pottenſtein confirmat. dd. XV. Kal. Martii 1360. Glafey in Anecdot. Collect. p. 52.

CCLIV.

Carolus IV. ad inſtantiam Joannis epiſcopi Olomucenſis oppido Naſſawyk forum hebdomadale concedit. dd. Pragæ IV. Kal. Aprilis 1360. Glafey ibid. p. 86.

CCLV.

Carolus IV. in favorem Smilonis & Czenkonis de Wetonia filiorumque & hæredum omnes debitorum obligationes & fidejuſſiones, quibus Judæis obſtringebantur, nullas eſſe declarat. dd. Brunæ III. Nonas Maji 1360. Glafey ibid. p. 105.

CCLVI.

Carolus IV. & Joannes Marchio Moraviæ ad arbitrium Ludovici Regis Hungariæ omnes literas & obligationum tabulas in Auſtriam, Styriam, & Carinthiam Rudolpho Duci Auſtriæ extradunt. dd. Tunaviæ Sabbatho poſt Aſcenſionem Domini 1360. Glafey ibid. p. 101.

CCLVII.

Carolus IV. permutationem villæ marchionalis Pivem, & oppidi Wiſtricz inter Joannem Marchionem Moraviæ & Jeſconem de Boskonicz factam confirmat. dd. Pragæ II. Nonas Junii 1360. Glafey ibid. p. 188.

CCLVIII.

Carolus IV. conſentit, ut Hinco de Vetonia permutet Canonicatum ſuum Wiſchebradenſem cum Petri Scholaſteria Olomucenſi. dd. Nurenberg XVIII. Kal. Novemb. 1360. Glafey ibid. p. 431.

CCLIX.

Carolus IV. Marquardo de Przibor villam Nepodreſchicz oppignorat, donec eidem XL. ſexagenæ groſſ. Prag. fuerint ſolutæ. dd. Nuremberg XV. Kal. Novemb. 1360. Glafey ibid. p. 410.

CCLX.

CCLX.

Carolus Petrum Scholasticum Olomucensem præsentat ad Canonicatum ecclesie Wissegradensis, quem ille ex permutatione ab Hincone de Wetonia consecutus. dd. Nuremberg XIV. Kal. Decemb. 1360. Glafey ibid.

CCLXI.

Joannes Dux Oppaviensis dotalitium assignat conjugi suæ natæ Ducissæ de Glogau. dd. in Lubens in monasterio die XX. Jan. festo SS. Fabiani & Sebastiani 1361. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 843.

CCLXII.

Carolus IV. concedit Augustanis mercatoribus, ut libere per Bohemiam, Marchionatum Moraviæ, & Poloniam possint commeare. dd. Nuremberg in profesto Purificationis B. Mariæ Virginis 1361. Glafey ib. p. 549.

CCLXIII.

Rudolphus Dux Austriæ renunciat omni juri successionis in regnum Boh. & Marchionatum Moraviæ, omnibusque illis rebus, quibus præjudicium aliquod seu Carolo, seu Joanni generari posset. dd. in campis prope Elsingam die Sabbathi ante Nativitatem B. Mariæ Virg. Goldastus in Append. Docum. p. 107.

CCLXIV.

Literæ Joannis Marchionis Moraviæ, quibus indissolubile vinculum Marchionatus Moraviæ cum regno Bohemiæ profitetur. dd. 1361. In Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. m. 402.

CCLXV.

Albertus de Sternberg episcopus Zwerinensis Baro Moraviæ oppignorat Bedrzichoni de Podole ex hæreditate sua paterna villam Czechoticz pretio centum marcarum grossorum Pragensium. dd. Welegrad feria V. in Cæna Domini 1362. Ex Historia Diplomatica MS. Domus Sternbergicæ.

Noverint universi præsentes literas inspecturi: Quod Nos *Albertus* Dei gratia episcopus *Zwerinensis* Dominus in *Sternberg* fatemur & recognoscimus nos teneri & debitorie obligari *Bedrzichoni de Podole* militi fideli nostro in centum marcis argenti grossorum denariorum *Pragensium*, sexaginta quatuor grossos pro marca qualibet computando. Quas quidem pecunias de scitu, voluntate & consensu expresso dicti *Bedrzichonis* militis nostri dotamus, & nomine dotis assignamus decem marcas argenti census annui (*a*) in hæreditate & villa nostra paterna dicta *Czeboticz* uxori suæ Dominæ *Hercæ*, & condescendimus, per ipsam Dominam *Hercam* & *Bedrzichonem* prædictum habendum, tenendum, utifruendum, & juxta morem &

(*a*) Hem usum hujus temporis tulisse, ut decem pro centum annui census numerarentur.

consuetudinem terræ *Moraviæ* possidendum omni contradictione & impedimento semotis tamdiu, quousque de ipsis centum marcis per nos & superstites nostros *Bedrzicboni* & *Hercæ* uxori suæ prædictis, & ipsorum hæredibus, ipsisque non extantibus, eis, qui præsentes literas habebunt seu habuerint, fuerit plenarie satisfactum. In cujus rei testimonium, nostrum, & ad majorem evidentiam Honorabilis Viri *Herbordi de Wenstzain* Custodis & Canonici ecclesiæ Olomucensis, *Joannis de Sufficz*, *Marquardi de Dobromilicz*, & *Nigrini* dicti *Cernin de Linbobwar* militum fidelium nostrorum ad petitionem nostram sigilla sunt præsentibus appensa. (*a*) Datum *Welegrad* anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo secundo, feria quinta in Cœna Domini.

CCLXVI.

Institutio Plebani in Mezerzicz in Moravia. dd. Brunæ die XIV. Novembris anno 1362. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Nicolaus* Prepositus Ecclesie sancti *Petri* in *Bruna*, Reuerendi in Cristo Patris & Domini nostri Domini *Johannis* Episcopi *Olomucensis* Vicarius in spiritualibus Generalis notum facimus presencium inspectoribus uniuersis, quod ad presentacionem & peticionem Honorabilis Viri Domini *Nicolai* Prepositi monasterii *Sderasiensis Pragensis* Diocesis Religiosum & Discretum Virum Dominum *Johannem* sacri Sepulcri Dominici Canonicum exhibitorem presencium in Ecclesia Parochiali *Mezerzicz* per liberam resignacionem fratris *Nicolai*, olim eiusdem Ecclesie Plebani in manibus nostris factam, vacante, in qua dictus Dominus Prepositus ius obtinet presentandi, Rectorem legitimum instituimus & plebanum, curam sibi animarum & administracionem in spiritualibus & temporalibus in eadem, prout ad nostrum spectat officium committentes. Harum quibus sigillum Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* est appensum testimonio literarum. Datum *Brune* anno Domini millesimo trecentesimo sexagesimo II. die XIIII. mensis *Nouembris*.

CCLXVII.

Causa & lis definita Religiosi fratris Nicolai e Conventu Zderasiensi de ecclesia in Swabenicz. dd. Pragæ XXII. Aprilis anno 1363. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo trecentesimo sexagesimo tercio, Indiccione prima, die vicesima secunda mensis Aprilis, hora terciarum, Pontificatus sanctissimi in Cristo Patris, ac Domini

(*a*) Sigillum Alberti episcopi Zwerinensis, qui postea factus episcopus Litomislliensis, ex eodem Codice MS. excusum damus Num. CCLXV.

ni nostri Domini *Urbani* Diuina prouidencia Pape quinti anno primo, Imperii vero Serenissimi & Inuictissimi Principis, & Domini nostri Domini *Karoli IIII.* Diuina fauente Clemencia *Romanorum* Imperatoris semper Augusti & *Boemie* Regis, Imperii sui anno nono, in minori ciuitate *Pragensi*, in Curia Archiepiscopali *Pragensi*, in Consistorio, in mei Notarii publici infra scripti & testium presencia subscriptorum, ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum constitutus personaliter coram Honorabili Viro Domino *Petro* Archidiacono *Horssauiensi* in Ecclesia *Pragensi* Officiali Curie Archi-Episcopalis Pragensis predicte, ipso Domino Officiali ad causas audiendas & Jura reddenda pro tribunali sedente, Honorabilis Vir Dominus *Dythmarus* Canonicus Ecclesie *Opuliensis*, *Wratislauiensis* Diocesis per Honorabiles & Religiosas Domicellas . . . Abbatissam & Conuentum monasterii in *Pustemir* Ordinis sancti *Benedicti*, & *Nicolaum* cum fratribus de *Swabenicz* clientes *Olomucensis* Diocesis ad Ecclesiam ibidem in *Swabenicz* presentatus, non compulsus, nec coactus sed spontanea & libera voluntate, & ex certa sciencia, ut dicebat, cause ac liti, controuersie & questioni, quam vel quas super eadem Ecclesia in *Swabenicz* contra Religiosum fratrem *Nicolaum* Predicatorem monasterii *Zderasiensis* in Noua Ciuitate *Pragensi* ad eandem Ecclesiam in *Swabenicz* per Honorabiles & Religiosos Viros . . . Prepositum & Conuentum dicti monasterii *Zderasiensis* similiter presentatum fuit, & habuit coram Honorabili Viro Domino *Wolframo de Panwicz* Officiali Curie Episcopalis *Olomucensis*, nec non appellacioni, seu appellacionibus a prefato Domino . . Officiali *Olomucensi*, & a quadam diffinitiua sentencia pro prefato fratre *Nicolao*, & contra ipsum Dominum *Dythmarum* super eadem Ecclesia in *Swabenicz*, & eius occasione lata ad Reuerendum in Christo Patrem ac Dominum Dominum *Arnestum* sancte Pragensis Ecclesie Archiepiscopum, & ipsius sedem Metropolitanam pro parte ipsius *Dythmari* interposite & interiecte, seu interpositis, & interiectis pure & simpliciter sine pacto quolibet, cessit, & renunciauit, ac cedere & renunciare se dixit, prefato fratre *Nicolao* parte aduersa ibidem presente. De quibus omnibus & singulis supra dictis prefatus Dominus *Petrus* Officialis *Pragensis* ad peticionem & requisicionem fratris *Nicolai* predicti mandauit mihi Notario publico infra scripto presens confici publicum instrumentum, quod sigillo Officialatus Curie Archiepiscopalis *Pragensis* voluit, & fecit communiri in testimonium omnium premissorum. Acta sunt hec anno, Indiccione, die, mense, hora, Pontificatus, Imperii, & loco, quibus supra. Presentibus Honorabilibus & Discretis Viris Magistris *Woyslao* de Saczka Canonico, *Budcone de Sempnyewicz*, *Gotthsrido de Zewelde* aduocatis, *Alberto Petro* actor. Consistorii Curie *Pragensis* antedicte, *Petro de Telecz*,

 Petro

Petro Lodben de *Praga*, *Diezcone de Plesnicz*, *Petro Becbina* publicis Notariis *Pragensis* & *Olomucensis* Diocesis, & aliis pluribus testibus fide dignis. Et ego *Nicolaus* quondam *Wtyerbonis de Masczow* Clericus *Pragensis* Diocesis, Publicus auctoritate Imperiali Notarius predictis liti, cause, questioni, appellacioni, seu appellacionibus, cessioni, & renunciacioni, & omnibus aliis & singulis supra scriptis, dum sic fierent, & agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia & singula manu propria conscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque meo, & nomine consuetis una cum appensione sigilli Officialatus predicte Curie consignaui rogatus in testimonium omnium premissorum.

CCLXVIII.

Joannes episcopus Litomissliensis & Cancellarius petit Carolum IV. ut si Joannem episcopum Olomucensem promoverit in Archiepiscopatum Pragensem, sui non sit immemor in conferendo sibi episcopatu Olomucensi. Ex Cancellaria MS. Caroli IV. Bibliothecæ Metropolitanæ.

Serenissime ac Inuictissime Princeps &c. Confractis pridem longa molestia infirmitatis preualide viribus mei corporis adeo memorialis cellula ebetata dinoscitur, ut non solum in publicis actibus Regiis, qui Monarchiam & tocius statum orbis feliciter prospiciunt, verum in hys, que inter penates versantur domesticos, remque meam familiarem videntur concernere, animus meus magnis eciam & erroneis dubiis inuoluatur, propter quod Maiestati Cesaree super interrogatis illis de Prelaturis . . . ecclesie, qui vel quot super eis vestre consolacionis promocionem expectent, absque notabiliori scrupulo consciencie respondere non valeo,, neque determinatam ac specificam rescribere veritatem, rogans suppliciter, ut mihi in hoc Celsitudo Cesarea dignetur ignoscere, & *Jo*.... tali Maiestatis vestre fidelissimo Viro, utique morum & sciencie decore conspicuo promocionem & benignam ostendere voluntatem. Preterea circa dispoficionem ecclesie *Prag.* cum actu mentem Cesaream bone gratitudinis laudabili quidem recordio ad Dominum fratrem suum (*a*) & *Olomucensem* episcopum gratis affectibus inclinatum audiuerim, supplico Cesaree Maiestati, ut mei non obliuiscatur circa assecuracionem *Olomucensis* ecclesie. Nam si aliquamdiu me abesse voluit Diuina clemencia, ut instantibus doloribus & penis afflictus vestre Celsitudini more solito non seruirem, nunquam tamen mens grata Cancellarii defuit, quin parata foret vestris imperiis fidelibus obediencie studiis fideliter obedire, non plura persuadeo, hoc unum sufficiat. Constat

(*a*) Scilicet Joannem Marchionem Moraviæ, qui Joanni Olomucensi episcopo erat addictissimus.

ſtat ſapiencie Ceſaris, que ſuo lumine cribratur ſingula, qualis ſuerim, aut qualiter me geſſerim temporibus retroactis. Eius ergo eſtimacioni ſtatum meum tota ſui condicione relinquo, qui eſt virtutis & fidei optimus eſtimator. Scriptum &c. (*a*)

CCLXIX.

Wenceslaus juvenis Rex Bohemiæ (*b*) *petit ſummum Pontificem, ut Joannem epiſcopum Olomucenſem rite a Capitulo Pragenſi poſtulatum in Archiepiſcopatu eccleſie Pragenſis confirmet. dd.* 1364. Hofmann in Formulis Cancellariæ Caroli IV. p. 253.

CCLXX.

Joannes Marchio Moraviæ præſentat Romano Pontifici Joannem Litomiſslienſem epiſcopum pro epiſcopatu Olomucenſi confirmandum. dd. 1364. Hofmann ibidem p. 250.

CCLXXI.

Urbanus V. concedit Provinciali & FF. Bavariæ & Bohemiæ Ordinis S. Auguſtini ſupplicantibus, ut Olomucii Ordinis monaſterium ſanctimonialium a Joanne Marchione Moraviæ fundari poſſit. dd. Avenione V. Idus Novemb. 1365. *Pontif. anno III.* Cruger. in S. Pulv. menſe Novemb. p. 60. (*c*)

CCLXXII.

Urbanus V. petit ab Archiepiſcopo Pragenſi informationem circa jus Patronatus in Walcz Olomucenſis Diœceſis, quod Abbas Willemovienſis monaſterio ſuo incorporari flagitat. dd. Romæ II. Idus Januarii Pontif. anno IV. id eſt 1366. Pitter in vita S. Guntheri p. 205.

CCLXXIII.

Joannes Marchio Moraviæ rurſum promittit ſeſe cum vaſallis ſuis nihil unquam adverſus Regem & regnum Bohemiæ ſuſcepturum. dd. Pragæ die SS. Tiburtii & Valeriani Martyrum 1366. Balb. Dec. I. L. 8. Vol. I. p. 173.

CCLXXIV.

Compoſitio amicabilis controverſiæ inter Joannem epiſcopum Olomucenſem

(*a*) Epiſtola hæc notis omnibus chronologicis caret, eam tamen ad annum 1364. pertinere, quo Arneſtus Archiepiſcopus Pragenſis mortuus, indubium eſt, id confirmant duo ſequentia diplomata, quibus jam a ſede Pontificia petitur confirmatio ejusdem Joannis epiſcopi Litomiſslienſis in epiſcopatu Olomucenſi. (*b*) Nonniſi annum quartum ætatis tum agebat Wenceslaus. Quod vero permirum, jam primo ætatis ſuæ anno, quo adhuc in cunis vagiebat, diplomata ejus nomine & ſigillo fuiſſe edita, quorum unum hodie ſervatur in ſanctiori Tabulario Auguſtæ Domus Viennæ datum 1. Auguſti 1361. mecum a Perilluſtri Equite Taulow de Roſenthal Archivario ejusdem ſanctioris Tabularii communicatum, cujus quidem ſigillum cum peropportuna ſe offerat occaſio, eodem Num. CCLXX. excuſum damus. (c) Addit Crugerius: *Non integris CC. annis in eo duraverunt, incolitur nunc a Fratribus Minoribus.*

sem & Albertum de Sternberg episcopum Litomisslensem. dd. 1366. Archivum Curie Zwittaviensis.

CCLXXV.

Carolus IV. consolatur Joannem Marchionem Moraviæ de morte conjugis Margarethæ. Ex Cancellaria Caroli IV. MS. Bibliothecæ Metropolit.

Carissime frater, de morte clarissime memorie tue coniugis nostre sororis amande digne quidem tibi germane affeccionis dulcore compatimur. Nam nulla racione naturalis admittit affeccio, quum de amicorum calamitatibus contristemur, tanto quidem forcius, & amplioris doloris profluuio, quanto solidiori studio eos dileximus, quos aduersantis fortune liuor absumit, ut non indigne maior cordi nostro tribuatur affliccionis materia super obitu tam insignis carissime nostre sororis, que suarum virtutum gratis odoribus nostram progeniem honorauit, Et si germane carissime signanter notabilis nobis utrobique consurgat lamentandi condicio, resipiscendum nichilominus a superfluitate doloris, sapientum dictat auctoritas, dum naturali progressu ad hoc nascendo, singuli in lucem mundi prodierint ut tractu temporis moriantur, & ineuitabilis sit ista condicio, que Reges, & potentatus seculi continuata reuolucione pressure absorbuit, & absorbet, dum eciam diuine voluntatis immensam pietatem prospicimus, que de naufrago statu labentis seculi electos suos protrahit ad portum stabilem glorie sempiterne, ubi soror nostra carissima post vite laudabilis decursum felicissimum post grata virtutum exercicia, auctore Domino in opulenta requie & tabernaculis solide fiducie requiescat, Est eciam quo tua specialiter consoletur dileccio, quo tante mesticie remedietur asperitas, dum gratissimam prolem intueris, quam tibi dilectissima coniux pro sui memoria & consolacionis grato solacio dereliquit. Quapropter amantissime frater, dimissis huiusmodi ex obitu tali contractis meroribus, in Dei omnipotentis bonitate respira, qui te in pressuris talibus sua virtute poterit, & sua pietate volet utique in gaudio consolari. Nam si alia tibi non foret ab amaritudine passionis resipiscendi materia illam assume causam potissimam, ut qui tibi forsitan letari nolueris, nobis saltem fraterna dileccione leteris, qui te gaudente, gaudemus, & te dolente, variis utique tristiciis implicamur, vale germane carissime in filio gloriose virginis, qui est omnium vera salus. &c. (*a*)

CCLXXVI.

(*a*) Epistola hæc notis omnibus chronologicis caret, verosimillime autem conjicitur eam pertinere ad annum 1366. quo Anonymus Carthusianus Gemnicensis apud Hier. Pezium T. II. p. 379. Margaretham Alberti Curvi Ducis Austriæ filiam, Joannisque Marchionis conjugem XIX. Kal. Febr. mortuam, & Brunæ in Augustinensium claustro tumulatam scribit. Ceterum idem Joannes Marchio habuit quatuor uxores: anno 1327. duxit

CCLXXVI.

Carolus IV. transigit controversiam inter Duces Joannem & Nicolaum Oppaviensem de Ducatu Oppaviæ. dd. Pragæ ante Dominicam Bacchanalium 1367. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 842.

CCLXXVII.

Carolus IV. Jodoco Marchioni Moraviæ pignoris nomine offert Glazium, Frankenstein, Howilswerde, & novum Paczkow. dd. Budvicii die Veneris post Dominicam, qua cantatur: Misericordia Domini. 1368. Sommersberg ibid. p. 962.

CCLXXVIII.

Fridericus Decanus Olomucensis delegatus ab Urbano Pontifice subdelegat in causa Præpositi Zderasiensis Pragensem Abbatem S. Caroli usque ad revocationem. dd. Olomucii die 18. *Januarii anno* 1369. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Fridericus miseracione Diuina Decanus *Olomucensis* Ecclesie exsecutor, siue conseruator una cum collegis nostris ad infra scripta, & inter partes infra scriptas a Sede Apostolica deputatus Honorabilibus Viris Domino Abbati sancti *Karoli* in *Praga* Ordinis Regularium Canonicorum salutem in Domino, & mandatis nostris, ymo verius Apostolicis firmiter obedire. Literas nos sanctissimi Patris in Cristo & Domini Domini *Urbani* Diuina Prouidencia Pape quinti non rasas, non cancellatas, non abolitas, non viciatas, nec in aliqua sui parte suspectas, more *Romane* curie bullatas recepisse noueritis, que sic incipiebant: *Urbanus* Episcopus seruus seruorum Dei, Venerabili fratri Episcopo *Wratislauiensis*, ac dilectis filiis *Olomucensis* & sancti *Egidii* Pragensis Ecclesiarum Decanis salutem & Apostolicam benediccionem. Militanti Ecclesie licet immeriti disponente Domino presidentes, circa curam Ecclesiarum & Monasteriorum omni solercia reddimur indefessa solliciti, ut iuxta debitum pastoralis officii eorum occurramus dispendiis & profectibus Diuina cooperante clemencia salubriter intendamus. Sane Dilectorum filiorum Prepositi & Conuentus monasterii *Sderasiensis* Sepulcri Dominici *Jerosolimitani Pragensis* per Prepositum soliti gubernari Ordinis sancti *Augustini* conquestione percepimus. Sic quoque finiebantur: Quod a data presencium sit vobis, & unicuique vestrum in premissis omnibus, & eorum singulis ceptis, & non ceptis presentibus & futu-

duxit Margaretham Maultaschiam, cum qua divortium fecit anno 1341. Anno 1350. superinduxit Margaretham Nicolai II. Ducis Oppoliensis filiam, cum qua Jodocum, Procopium & Joannem Sobieslaum filios genuit. Anno 1363. hac demortua, accepit Alberti Curvi Ducis Austriæ filiam, viduamque Mainhardi Comitis Tyrolis, ex qua nonnisi filiam suscepit. Denique postrema ejus uxor fuit Elisabetha Comes de Oettingen.

futuris, & pro predictis procedere, acsi predicta omnia & singula coram vobis cepta fuissent, & Jurisdiccio vestra & cuiuslibet vestrum in predictis omnibus & singulis per citacionem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitucione predicta super conseruatoribus, & alia qualibet in contrarium edita non obstante, presentibus post terminum minime valituris. Datum *Romae* apud sanctum *Petrum* nonas Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

Post quarum literarum presentacionem fuit nobis pro parte dictorum Prepositi & Conuentus supplicatum, quod vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, vestro examini committere, & subdelegare curaremus. Nos igitur ipsorum peticionibus merito inclinati, de vestra legalitate & circumspeccione confisi, de qua in Domino fiduciam gerimus pleniorem, vobis per presentes committimus, & subdelegamus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. (a) Datum *Olomucii* anno Domini millesimo CCC. LXIX. die XVIII. mensis *Januarii.*

CCLXXIX.

Joannes Dux Oppaviae fratribus suis pupillis assignationem facit certarum terrarum haereditatis paternae. dd. Jegirdorff Dominica Oculi 1371. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 844.

CCLXXX.

Joannis Marchionis Moraviae literae reversales, quod nullum subditum Regum Bohemiae, aut eorum bona citra voluntatem Regum in servitium suscipere aut tueri velit. dd. Pragae XV. Calendas Maji 1371. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 175.

CCLXXXI.

Jodocus Marchio Moraviae promittit sese omnia a Carolo IV. ordinata & praecepta ad apicem servaturum, si ad gubernationem Marchionatus pertigerit. dd. 1371. In Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. 121.

CCLXXXII.

Jodocus Marchio Moraviae promittit Wenceslao filio Caroli IV. quod eidem in omnibus fideliter assistere velit. dd. 1372. Ex Privilegiis Regni Carlstein. T. XII. N. 35. p. n°. 403.

CCLXXXIII.

Jodocus Marchio Moraviae recognoscit, quod titulus Marchionis Moraviae minime debeat praejudicare Regi Bohemiae praesertim quoad superioritatem

(a) Sigillum hoc Decani Olomucensis hodie membranae appensum excusum damus Numero CCLXXIX.

tem respectu episcopi Olomucensis & Ducis Oppaviæ. dd. 1372. (*a*) Ibidem T. XII. N. 35. p. m. 121.

CCLXXXIV.

Jodoci Marchionis Moraviæ reversales, quod cum scribitur Dominus terræ (*b*) *id nequaquam fiat in præjudicium Regum Bohemiæ. dd.* 1372. Ibidem T. XII. N. 35. p. m. 403.

CCLXXXV.

Zdenco & Joannes de Sternberg fratres, item Albertus de Sternberg promittunt in manus Marchionis Moraviæ, aliorumque Nobilium quod treugas pacis usque ad festum S. Jacobi servare velint. dd. Drzewobosticz feria II. post Dominicam Cantate 1372. Ex Historia diplomatica MS. Domus Sternbergicæ.

Nos *Zdenko* & *Johannes* fratres de *Lukow*, dicti de *Sternberg*, & *Albertus de Zlina* dictus de *Sternberg* bona nostra fide pariter & honore, ad manus Illustris Principis Domini Marchionis, nec non *Vokonis de Tycin* dicti *de Krawarz* & *Drslay de Fulnek* dicti de *Krawarz* pro nobis & omnibus, qui in inimicicias pro nobis interuenerint, veras christianitatis treugas pacis usque ad festum *Jacobi* nunc proxime venturum solis ad occasum dictis Dominis *Wockoni*, *Lackoni*, & *Drslao de Krawarz* nominatis promittimus obseruare quouis dolo semoto. Eciam promittimus pro omnibus nostris, qui se cum acutis hastis cum parte aduersa inuitarunt agitandos, ad prefatas treugas pacis obseruandas, ut nullus infra spacium dictarum treugarum alium ad agitandum debeat inuitare. Ceterum *Buczkonem* familiarem *Lackonis* recipimus in treugas pacis, ipsum a nobis & omnibus nostris assecurando. Datum *Drzewobosticz* feria II. post Dominicam *Cantate*. anno Domini MCCCLXXII. In testimonium omnium premissorum sigilla nostra presentibus sunt appensa. (*c*)

CCLXXXVI.

Jodocus Marchio Moraviæ promittit, quod omnes tractatus, conventiones, transactiones, partitionum pacta inter Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ stabilita servare, & Carolo IV., ejus filio Wenceslao eorumque hæredibus & successoribus in omnibus assistere velit. dd. Wratislaviæ

(*a*) Hoc diploma verosimillime idem est, quod datum *Wratislaviæ die S. Scholasticæ Virginis* 1372. publicavit Lunigius C. G. D. T. I. p. 1351. (*b*) Causam his reversalibus dedit Jodocus, cum se *Dominum Moraviæ* scripsit, cujusmodi diploma infra Num. CCXCIII. compareat. (*c*) Omnia tria sigilla Sternbergiorum accurate in hac MS. Historia delineata præsenti instrumento subjecta sunt, cum autem præter *stellam* clypeum consuetum vix peculiare quidpiam præferant, & nos jam aliquot sigilla Sternbergiorum Tomo I. excusa dederimus, ea hic prætermisimus.

viæ die S. Scholasticæ Virg. 1372. Lunig. C. G. D. T. I. pag. 1350.

CCLXXXVII.

Ludovicus Rex Hungariæ & Poloniæ promittit Carolo IV., ejus filio Wenceslao, Joanni & Jodoco Marchionibus Moraviæ, quod nunquam ad regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ aspirare velit. dd. in Wissegrad festo sanctissimæ Trinitatis 1372. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 193.

CCLXXXVIII.

Literæ Wokonis, Laczkonis & Benesshi de Krawarz, quibus enumerantur complures terræ a Joanne Moraviæ Marchione illis in feudum concessæ. Idem testatur Stiborius de Czymburg, alias dictus de Towaczow. dd. Brunæ die XX. Novembris 1374. Balbinus ibid. p. 163.

CCLXXXIX.

Albertus de Sternberg episcopus Litomisslienſis, & nepos illius Petrus de Sternberg extradunt Benesshio de Krawarz castrum Robatecz cum terra. dd. in Diedicz die S. Blasii 1375. Ex Historia Diplomatica MS. Domus Sternbergicæ. (a)

CCXC.

Joannes Marchio Moraviæ testamento Jodocum filium suum primogenitum scribit Marchionem Moraviæ, de Joanne vero secundo genito aliter Sobieslao dicto, & Procopio tertio genito peculiares dispositiones facit, quæ omnia Carolus IV. diplomate confirmat. (b) Hoffmann in Formulis Cancellariæ Caroli IV. p. 264. & seq.

CCXCI.

Joannes senior de Mezirzecz recognoscit sese a Joanne Marchione Moraviæ feudum accepisse in terris Ossowo, Bytesska, Przechow &c. dd. in Spielberg 1376. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 163.

CCXCII.

(a) Hujus instrumenti author Anonymus tantum argumentum apposuit, subjecit tamen typum sigillorum tam Alberti episcopi Litomisslienſis, quam Petri de Sternberg, nos cum Alberti sigillum ante tanquam Zwerinensis episcopi excusum dederimus, subjicimus etiam Num eodem CCLXXXIX. tanquam episcopi Litomisslienſis. Ceterum mox memoratus Anonymus Historiæ diplomaticæ Sternbergicæ author de hoc Alberto memoriam cum posteritate communicavit, necdum, quod scio, cognitam scil. eundem Albertum primum Zwerinensem, tum Litomisslienſem episcopum, denique Magdeburgensem Archiepiscopum prius matrimonio junctum fuisse, pluresque filios & filias procreasse, ac nonnisi post mortem uxoris suæ ad vota sacerdotii transiisse, fuit is Dominus & Possessor castri & ditionis Sternberg in Moravia. (b) Diploma omni nota chronologica caret, cum vero Joannes Marchio Moraviæ anno 1375, mortuus sit, dubitare haud volumus hoc testamentum ad annum eundem spectare.

CCXCII.

Joannes Olomucensis episcopus ad petitionem Marquardi de Wartenberg concedit monasterio Ord. Prædicatorum in Trutnov in quibusdam solennitatibus anni certas indulgentias. dd. Francfordi fer. II. post Dominicam Palmarum 1377. Paprocius in Ordine Dominorum p. 267.

CCXCIII.

Jodocus Marchio Moraviæ consentit, ut Smilo de Sternberg post decessum fratris Zdenkonis liberorum ejus tutor, & bonorum feudalium rector esse possit. dd. Brunæ Dominica in die S. Valentini 1378. Ex Historia Diplomatica MS. Domus Sternbergicæ.

Jodocus Dei gratia Marchio & Dominus *Moraviæ* notum facimus tenore præsentium universis: Quod de Nobilis Viri *Smilonis de Sternberg* fide atque legalitatis industria plenam gerentes fiduciam, sibi favemus, & ad hoc consensum nostrum tribuimus, quod ipse post decessum Nobilis Viri *Sdenkonis* fratris sui, si quos pueros & hæredes relinquet, cujuscunque sexus fuerint, eorundem hæredum vel puerorum suorum tutor, & bonorum ipsorum Rector esse possit, & valeat tanquam bonorum feudalium, impedimento quolibet procul moto. Præsentium sub appenso nostro sigillo (a) testimonio literarum. Datum *Brunnæ* anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, Dominica in die sancti *Valentini* ad mandatum Domini Marchionis. *Nicolaus* Prothonotarius.

CCXCIV.

Potha de Willemberg Alberto de Sternberg episcopo Litomissliensi vendit prædia Dolany & Thowicz penes Olomucium. dd. Sternberg infra octavas Assumptionis B. Mariæ V. 1378. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 65.

CCXCV.

Joannis episcopi Olomucensis Comitativa data Romam cuidam tortori pœnitenti. dd. Cremsier fer. V. post Inventionem S. Crucis 1378. Ex Cancellaria MS. Caroli IV. Bibliothecæ Metropolitanæ.

Dei & apostolice Sedis gracia *Olomucensis* episcopus *Johannes* universis & singulis *Christi* fidelibus per ciuitatem & Diocesim *Olomucensem* constitutis, ad quos presentes peruenerint, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum inter opera caritatis non modicum reputamus ouem errantem querere, & inuentam ad ouile reducere, sed eciam reductam conseruare, & conseruatam confortare: Nam etsi Angelis in gracia stabilitis

 gau-

(a) Sigillum Jodoci, quod huic instrumento subjectum est, eodem Num. CCXCIII. excusum damus.

gaudium exiſtat ſuper uno peccatore penitenciam agente, multo forcius nobis, qui in gracia nondum ſumus confirmati, ſed cottidianis peccatis inuoluimur, gaudium & ſolacium eſſe debeat conuerſio cuiuslibet peccatoris. Et cum laycus B. lator preſencium, qui annis pluribus in profundo errans viciorum, officium miſerabile geſſit tortoris, & laqueis ſathane inueſtitus in tenebris ignorancie ambulauit, per graciam altiſſimi, qui ſuos non deſerit, in fine viam agnouit veritatis, & dimiſſis erroribus, in quibus inceſſit uſque modo, in ſpiritu humili & contrito fructus penitencie querit dignos, ac animo feruenti deſiderat limina ſanctorum *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum, & aliorum ſanctorum loca in ſuorum peccaminum remiſſionem humiliter viſitare, quod facere non poterit ſine fidelium eleemoſynis, cum ſibi proprie non ſuppetant facultates, uniuerſitatem veſtram preſentibus in Domino requirimus, & hortamur, quatenus ad laudem & gloriam omnipotentis Dei una nobiscum ſuper conuerſione tanti publici peccatoris gaudium & ſolacium habeatis, & eidem, cum ad vos venerit, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, veſtras pias eleemoſynas dignemini miſericorditer elargiri, ut ipſe in bono propoſito ſtabilitus per veſtra & aliorum fidelium iuuamina veniam ſuorum criminum in preſenti, & vitam eternam conſequi valeat in futuro. Datum *Chremiſier* proxima feria quinta poſt diem Inuencionis ſancte *Crucis*, ſub anno Domini MCCCLXXVIII. noſtro pendenti ſub ſigillo.

CCXCVI.

Joannes Dux Oppavienſis, filiusque Joannes recognoſcunt, quod Wenceslaus Krawarz vadem ſe interpoſuerit pro mille ſexagenis Halenſ. dd. Oppaviæ die S. Gregorii 1379. Ex Hiſtoria diplomatica MS. Domus Sternbergicæ.

Wir Johans von Gottes Gnaden Herʒog ʒu Troppaw und ʒu Rathibor, und wir Johans ſynn Suhn von Gottes Gnaden Herʒog ʒu Troppau und ʒu Rathibor, bekennen offinlichin allermenklich, daß der Edle Herr Waczlaw von Crawarʒ unſer liber getrewer von uns, flyßlich gebeten, gelobet hat vor uns dem Edlen Herren Petern von Sternberg umb tuyſend Shok Bemiſcher Hall. Vorderung, die wir ym nach unſer Sweſtir ʒu Morgengab ſullen beʒahlen. Von der Pürgſchafft geloben wir mit gſamt ihr Hant, mit unſeren guten trewen ahn alle argliſt demſelben Herren Waczlawen ryßʒurichten und ledigen ahn allen ſynem Schaden. Und ab wir dis nicht theten, ſo ſullen wir an underlas, wie ſchire wir gemanet werden, ʒwene Ritter ʒu Olomiʒ, in die ſtatt in eyns erbaren Manes Huys, das uns vom ym geʒeygt wirdt ſenden, recht und gewönlich im lagir ʒu leyſten: jeglichen Ritter mit dreyen Knechten, und mit vier Pherden ʒu ſenden. Und die ſullen mit dem ſechs Knechten und

und acht Pherden inne legin, und mit keynerlay sache rysbreyten, als lange bis das der egenante Herr Waczlaw vonn uns wirdt vonn der egnanten Pürgschafft rysgericht, und wir auch alle di Schaden die er mechte emphahen, und bewyzen, gantz und gar bezahlen ahn alles gewer. Mit bevestung dies Briffes vorsigelt mit unserm anhangenden Insigeln (a) in der Statt zu Troppau gegebben nach Christs Geburt. Dreytzen Hundir Jar und in dem nun sibentzigsten Jar, an St. Gregors Tage.

CCXCVII.

Wenceslaus Romanorum Rex confirmat Habardo de Zierotin feudale castrum Kostomlat. dd. Pragæ pridie Cal. Maji 1379. Balbinus Dec. L. L. 8. Vol. I. p. 150.

CCXCVIII.

Joannes Præpositus Sderasiensis decidit litem inter Joannem de Mezirzicz Baronem Moraviæ, & Wenceslaum Rod Plebanum in Mezirzicz. dd. Mezirzicz Dominica post Octavam Corporis Christi anno 1382. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Johannes* miseracione Diuina Prepositus monasterii *Sderasiensis* in *Praga* Decretorum Doctor Cruciferorum sacrosancti Sepulchri Dominici *Jerosolimitani* arbiter & arbitrator seu amicabilis compositor ab Honorabilibus Viris Dominis *Johanne de Mezirzicz* Barone *Morauie*, ac *Wenceslao* dicto *Rod* Plebano ibidem in *Mezirzicz Olomucensis* Diocesis communiter electus, tenore presencium recognoscimus, & fatemur, quod receptis informacionibus a partibus ipsis bonis, ac visis literis & munimentis hinc inde bona deliberacione preuia, ac sano super his consilio habito in presencia ipsarum partium ibidem astancium, pronuncciauimus per omnia in hunc modum. In primis siquidem ipse Dominus *Johannes de Mezirzicz* Baro *Morauie* predictus mediam bernam seu steiram ab hominibus Ecclesie ibidem in *Mezirzicz*, quociens ipsam bernam continget esse generalem, tollere, & leuare debet, aliam autem mediam partem residuam ipsius berne ipse dictus Dominus *Wenceslaus* & sui successores similiter tollere & leuare tenentur. Item pronuncciamus, & arbitrati sumus, quod Purkrauius ipsius Domini *Johannis*, & suorum successorum ibidem in *Mezirzicz* homines Ecclesie *Mezirzicensis*, aut Judex de oppido ibidem in *Mezirzicz* similiter, qui pro tempore fuerit, iudicare, & iudiciis preesse tenetur, culpas (b) autem, que *Winnie* vulgariter in *bohemico* vocantur, seu alia emolumenta ab ipsis iudiciis eueniencia ipse Dominus *Wenceslaus* Plebanus seu sui successores

(a) Utrumque sigillum instrumento isti ab authore Anonymo laudato subjectum eodem Num. CCXCVI. excusum damus. (b) id est *emendas* seu mulctas pecuniarias.

cessores, qui pro tempore fuerint, tollere similiter & leuare tenentur. Item pronuncciauimus, & arbitrati sumus, quod ipse Dominus *Wenceslaus* Plebanus modernus, & sui successores imposterum ibidem in *Mezirzicz*, qui pro tempore fuerint, singulis annis de anno in annum pro patre ipsius Domini *Johannis*, & aliis ipsius cognatis, diebus, quibus exortaciones pro defunctis fieri consuete sunt, exortari debet, & tenetur, anniuersarium autem in vigiliis, & in Missa semel duntaxat in anno pro patre ipsius Domini *Johannis*, & aliis cognatis, ac Patronis Ecclesie ibidem in *Mezirzicz* singulis annis, & successores ipsius Plebani similiter facere debent, & tenentur. Insuper pronuncciauimus, & arbitrati sumus, quod si que pars predictarum parcium predictam nostram pronuncciacionem non paruerit cum effectu, & ipsam non tenuerit inuiolabiliter, extunc & immediate centum sexagenas grossorum *Pragensium* denariorum parti tenenti, sine omni difficultate dare, & soluere tenetur. Qua quidem pronuncciacione per nos, sicut premittitur, in presencia parcium predictarum facta, ipse partes, videlicet Dominus *Johannes de Mezirzicz* nomine suo & fratrum suorum, tanquam ab ipso indiuisorum, ac ipse Dominus *Wenceslaus* dictus *Rod* Plebanus ibidem in *Mezirzicz* predictus similiter nomine suo, & suorum & ipsam pronuncciacionem nostram ratificauerunt, & omologauerunt ac ratam & gratam habuerunt, & nichilominus nostre pene predicte se sponte submiserunt. In cuius rei testimonium & robur presens scriptum fieri fecimus, ac nostri sigilli maioris appensione iussimus communiri. (*a*) Datum in *Mezirzicz* anno Domini M. trecentesimo octuagesimo secundo die Dominico proximo post octauam Corporis *Cristi*.

CCXCIX.

Proczko de Willemberg, aliique Nobiles fide jubent pro venditione & cessione bonorum Moneviczan & Polonym. dd. Sternberg die S. Stanislai Mart. 1379. Bern. Pez. Cod. Dipl. T. VI. P. II. p. 67.

CCC.

Permutatio Parochorum in Moravans & Swabenicz. dd. Cremsir Dominica post festum S. Mathæi anno 1379. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Sanderus* Vicarius & Officialis curie episcopalis *Olomucensis*; Notum facimus tenore presencium uniuersis, quod cum Religiosi & Discreti Viri *Martinus* de *Morauans*, & *Nicolaus* de *Swabenicz* Ecclesiarum Plebani easdem Ecclesias suas, Patronorum suorum ad hoc accedente consensu, ex causis racionabilibus coram nobis propositis, ad inuicem cupierint permuta-

(*a*) Sigilli istius typum hodie membranæ appensi damus eodem Num. CCXCIX.

mutare, in manibus noſtris eisdem Eccleſiis ſuis ſponte renunciarunt. Nos vero dictis renuncciacionibus receptis, prefatum *Martinum* de Eccleſia in *Morauans* prefata ad Eccleſiam in *Swabenicz* predictam tranſtulimus, & Rectorem legittimum inſtituimus, ac Plebanum ſibi curam animarum & adminiſtracionem ſpiritualium & temporalium in eadem auctoritate nobis conceſſa, in Dei nomine committentes. Harum quibus ſigillum Officialatus curie Epiſcopalis ante memorate, preſentibus eſt appenſum (*a*) teſtimonio literarum. Datum *Cremſir* die Dominica proxima poſt feſtum ſancti *Mathei* Apoſtoli glorioſi, anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono.

CCCI.

Beneſſius & Proczko de Willemburg vendunt Alberto de Sternberg epiſcopo Litomiſslienſi Moravitzan & Polonym in Moravia. dd. Sternberg die S. Stanislai Mart. 1379. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 66.

CCCII.

Albertus de Sternberg epiſc. Litomiſsl. fundatæ a ſe Cartuſiæ ad Litomiſslium cedit bona in Moravia a ſe empta: ſcil. Dolan, Thowicz, Moraviczan, & Palonin. dd. Pragæ die I. Novembris 1379. Bern. Pezius cit. loco p. 63.

CCCIII.

Jodocus Marchio Moraviæ præcipit, ut villæ Dolany, Thowicz &c. Cartuſiæ Rubi B. Mariæ Virg. in tabulas Marchionatus inſerantur. dd. Brunæ Dominica: Reſpice in me. 1380. Bern. Pezius ibidem p. 68.

CCCIV.

Joannes epiſcopus Litomiſslienſis confirmat Carthuſiam Rubi B. M. V. ſimulque declarat jus Patronatus in Moraviczan ad eosdem Carthuſienſes per mortem Alberti epiſcopi recidiſſe. dd. in Treczka die VIII. Januarii 1381. Bern. Pezius ibid. p. 68.

CCCV.

Wenceslaus Rex Rom. & Boemiæ eximit domum Dominæ Annæ de Sternberg ſororis Marchionum Moraviæ Jodoci & Procopii, Micro Pragæ e regione monaſterii S. Thomæ ſitam omnibus ſervitutibus & præſtationibus. dd. Pragæ 1381. Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ. p. 27.

CCCVI.

Sigiſmundus Marchio Brandeburgenſis Wilhelmum de Sternberg Swietlovienſem ſuſcipit cum milite ſuo in ſtipendium. dd. Brunæ die Martis Rogationum 1385. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Wir

(*a*) Sigillum iſtud eodem Numero CCC. excuſum damus.

Wir Sigmund von Gottes-Gnaden Marcgrafe zu **Brandenburg**, und des heiligen Römischen Reichs Ertzkamerer bekennen, und thun kund offenlichen yn diesem Briue. Wanne der Edel **Wilhelm von Sternberg** Herr zu **Swietlow** yn unsern Gescheffften zu dem Königreiche in Hungarn mitt seynem Volke uns dynen meynet, und will nach seynem Vermögen, des geloben wir demselben Herren **Wilhelm von Sternberg** mit Krafft' ditz Briues an Argelist, und wollen em, und auch seynem Volcke steen vor alle redeliche Schadenn, die sy nemen, in sothanen unseren Dinste. Geschehe oder icht an den vorgenten Herren **Wilhelm von Sternberg**, do Gott vor sey, so geloben wir zu seyner Hande **Alschen** seynem Sone, und **Zdenken** von Sternberg &c. die alle vorbeschrieben Meynunge stet und gantz zu haldenn. Des haben wir unser Ingesiegel lassen hengen an diesen Briue zu Urkunde (*a*) derselben ist zu **Brne** (*b*) nach Crists Geburt dreitzen Hundert Jahr, dan nach im den fünf und aichtzigsten Jare des Dienstages yn der heiligen Creutzwochen.

CCCVII.

Petrus de Krawarz & Marquardus de Sternberg recognoscunt, quod Petrus de Sternberg eos in veram unionem omnium bonorum suorum, quæ in Moravia possidet, sub quibusdam conditionibus receperit. dd. ante Nitram in Ungaria die S. Oswaldi 1385. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Nos *Petrus de Krawarz* alias Dominus *de Plumlaw* & *Marquardus de Sternberg* notum facimus tenore presencium uniuersis, quod Nobilis Dominus *Petrus de Sternberg* ex vera fide recepit nos in veram unionem, quod dicitur *na Spolek*, omnium bonorum suorum, que in terra *Morauie* habet, vel auctore Domino habebit in futurum. Et eandem unionem nobis iam intabulauit. (*c*) Nos igitur volentes eidem Domino *Petro* fidem consimilem ostendere, promittimus sub puritate fidei & honoris ambo simul, coniunctim & diuisim omnem voluntatem adimplere ipsius Domini *Petri de Sternberg:* Videlicet quod quantumcunque in vita vel agone mortis de illis bonis suis (que iam nobis intabulauit) disposuerit, aut suis seruitoribus, vel aliis quibuscunque personis donauerit, seu pro anima legauerit, hoc totum, prout eciam bona eiusdem Domini *Petri* se extendunt, & sufficere possunt, debet per nos sine diminucione adimpleri. Et specialiter promittimus sub eadem puritate fidei & honoris de illis bonis *Sternbergensibus* in *Morauia*, & de *Bechinensibus* in *Bohemia* nullo modo nos intromittere, nec ali-

(*a*) Sigillum istud huic instrumento subjectum, scilicet Sigismundi Marchionis Brandeburgensis excusum damus eodem Numero CCCVI. (*b*) Id est Brunæ. (*c*) Id est: in tabulas terræ majoris securitatis ergo inseri fecit.

aliquod ius ad eadem bona predicta habere, nec eciam impetere Officiales seu Purgrauios ipsius Domini *Petri*, qui eadem bona tenuerint, tamdiu donec omnem ordinacionem & voluntatem prefati Domini *Petri de Sternberg* adimpleuerimus cum effectu sine diminucione. Et istud promittimus facere principaliter eidem Domino *Petro de Sternberg* ad manus eciam fideles Serenissimi Principis Domini *Jodoci* Marchionis *Morauie* Domini nostri graciosi, & Nobilium Dominorum *Smilonis de Sternberg* alias *de Holic*, *Henrici de Noua Domo*, *Johannis de Mezerzicz*, *Johannis* dicti *Michalec de Michelsberg*, & *Alberti de Betbouia*, illis omnibus, & eciam cuilibet eorum, quod omnem ordinacionem, donacionem, & legacionem, quocunque modo prefatus Dominus *Petrus de Sternberg* de bonis suis, sic ut prefertur, fecerit, fideliter, & sine omni diminucione adimplere. Quodsi aliquid non fecerimus in parte vel in toto, quod absit, extunc fidelis manus, seu illi, ad quorum manus promisimus, possunt nos monere de illo, quod promissa nostra, que sic, ut prefertur, fecimus, non tenemus. Et cum hoc quandocunque unum ex nobis, aut ambos monuerint, statim promittimus obstagium debitum & consuetum quilibet cum duobus famulis & tribus equis in ciuitate *Bruna* & domo honesta nobis deputata per eos, ad quorum manus promisimus, per interpositam personam militaris condicionis promittimus subintrare. Abinde nullo modo exituri, donec omnis ordinacio, donacio, & legacio prefati Domini *Petri de Sternberg* fuerit in toto adimpleta, & donec omnia & singula damna abinde contracta & percepta, que tamen racionabiliter possent demonstrari, eciam per nos fuerint persoluta. Sub appensione nostrorum sigillorum ad presentes, & ad maius testimonium rogauimus Illustrem Principem Dominum *Procopium* Marchionem Morauie, & Nobiles Dominos *Erhardum de Kunstat*, *Wilhelmum de Sternberg* alias *de Zlina*, *Lackonem de Krawarz* alias *de Helfinstain*, & *Jankonem de Wartnberg* alias *de Dieczin*, ut sigilla sua presentibus appenderent in testimonium omnium premissorum. (*a*) Datum ante *Nitram* in *Ungaria* die *S. Oswaldi*, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto.

CCCVIII.

Sigismundus Marchio Brandeburgensis Wilhelmo de Sternberg dicto de Zlin assecurationem dat super nongentis aureis mutuo datis. dd. Budin 1385. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ p. 39. (*b*)

(*a*) Septem sigilla graphice delineata huic instrumento subjecit author, nos solum Procopii Marchionis Moraviæ, Erhardi de Kunstat & Petri de Krawarz eodem Num. CCCVIII. excusa damus, Wartenbergiorum & Sternbergiorum jam plura sigilla dedimus Tomo I. Monum. nostrorum. (*b*) Habetur eadem pagina etiam alia assecuratio ejusdem Sigismun-

CCCIX.

Jodocus Marchio Moraviæ concedit Erhardo de Cunstat oppidum Napagedl cum munitione & pertinentiis in feudum. dd. Brunæ Sabbatho post Conversionem S. Pauli 1386. Sommersberg Scr. rer. Silef. T. I. p. 964.

CCCX.

Jodocus Marchio Moraviæ extendit concessionem oppidi Napagedl Erhardo de Cunstat factam cum fratris sui consensu etiam ad jus vendendi, oppignorandi, commutandi &c. dd. Kurowicz in Vigilia Purificationis B. M. V. 1386. Sommersberg ibidem.

CCCXI.

Compromissio Sigismundi Marchionis Brandeburgensis, Jodoci, & Procopii Marchionum Moraviæ, & Mariæ, atque Elisabethæ Hungariæ Reginarum in Wenceslaum Romanorum & Bohemiæ Regem de quibusdam controversiis ejus arbitratu definiendis. dd. in campis prope Jaurinum die XI. Maji 1386. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 177.

CCCXII.

Jodocus Marchio Moraviæ incorporationem capellæ S. Laurentii Peroviæ cum omnibus ejusdem fundis confirmat Mansionariis Pragensis Ecclesiæ. dd. Pragæ feria V. post Misericordia Domini 1388. Monumenta nostra inedita T. III. p. 400.

CCCXIII.

Capitulum Olomucense cum consensu Petri episcopi impertit Carthusienbus facultatem ædificandi monasterium prope villam Dolayn. dd. Olomucz feria VI. infra octavas Pentecostes 1388. Bernardus Pez T. V. Cod. Diplom. P. II. p. 77.

CCCXIV.

Wenceslaus Rex Rom. & Bohemiæ consentit ut Marchia Brandeburgensis vendatur Josto & Procopio Marchionibus Moraviæ a Sigismundo Rege Hungariæ. dd. in Burgleims post festum S. Joannis Bapt. 1388. Ludevigius Reliquiarum T. IX. p. 535.

CCCXV.

Jodocus Marchio Moraviæ & Brandeb. confirmat episcopo & Capitulo in Brandeburg omnia privilegia. dd. Berolin. die Dominico ante Laurentii 1388. Gerken Historie des Stifts von Brandeburg p. 632.

CCCXVI.

Capitulum generale Cartusiense transfert Cartusiam Rubi B. M. V. Litomiss-

mundi super mille aureis eodem loco & anno, octo tamen diebus serius, id est in octava S. Wenceslai, data.

tomisslio ex Bohemia in Dolayn prope Olomucium. dd. Florentiæ XV. Idus Junii 1389. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Dipl. P. II. p. 77.

CCCXVII.

Causa gesta & definita ratione census pro Ecclesia in Swabenicz Olomucensis Diœcesis. dd. XI. Junii anno 1390. Ex autographo Archivi Zderasiensis.

In nomine Domini amen. Coram nobis *Nicolao Puchnik* (a) Licenciato in Decretis *Pragensis* & *Olomucensis* Ecclesiarum Canonico Curie Archiepiscopalis Pragensis, & Apostolice Sedis Legati &c. Officialis, Honorabilis Vir Magister *Petrus* Aduocatus Consistorii *Pragensis* Procurator substitutus & nomine Procuratorio Domini *Wenceslai* Plebani Ecclesie in *Swabenicz Olomucensis* Diocesis, de cuius substitucione constat per acta cause presentis contra *Onssonem* & *Herssonem* clientes ibidem in *Swabenicz* libellum suum in scriptis obtulit huiusmodi sub tenore. Coram vobis Honorabili Viro Domino *Nicolao Puchnik* Licenciato in Decretis *Pragensis* & *Olomucensis* Ecclesiarum Canonico Curie Archiepiscopalis Pragensis & Apostolice Sedis Legati Officiali procurator, & procuratorio nomine Religiosi ac Discreti Viri Domini *Wenceslai* Plebani Ecclesie in *Swabenicz Olomucensis* Diocesis, sueque Ecclesie nomine contra & aduersus *Onssonem* & *Herssonem* armigeros ibidem de *Swabenicz*, seu quamlibet aliam personam pro eis & eorum altero in iudicio legitime interuenientem in iure cum querela proponit, & dicit. Quod licet prefata Ecclesia in *Swabenitz*, eiusdemque qui fuerant pro tempore Rectores antecessores ipsius Domini *Wenceslai*, ac ipse Dominus *Wenceslaus* nomine dicte Ecclesie sue fuerint, salua controuersia subscripta, in pacifica & quieta possessione percipiendi, tollendi, & leuandi annis singulis mediam marcam grauem triginta duos grossos pro media marca computando nomine census, diuisim tamen, scilicet sedecim grossos percipiendo in festo sancti *Georgii*, & tottidem in festo *S. Galli* Confessoris percipiendo de medio laneo agrorum in villa *Diedconis*, quem nunc tenet, & excolit quidam *Martinus* laicus; tamen prefati *Onssò* & *Hersso* pars aduersa, nescitur, quo iure, & ut presumitur, propria temeritate inducti, temere, & per potenciam eundem censum medie marce pro tribus terminis pro se sustulerunt, & sibi usurpauerunt, ipsam Ecclesiam in *Swabenitz* contra Deum & iusticiam percepcione huiusmodi census spoliando, qui quidem census pro tribus terminis sicut prefertur, per dictos armigeros sublatus ad quadraginta octo grossos monete *Pragensis* se extendunt.

(a) Idem Nicolaus Puchnik est, qui a Wenceslao Rege in equuleum quoque tractus, & postea Archiepiscopus Pragensis creatus est.

Quare petit procurator dicti Domini *Wenceslai* nomine procuratorio quo supra per vos Honorandum Dominum Officialem predictum pronuncciari, decerni, & declarari prefatam Ecclesiam in *Swabenicz*, ac ipsius Rectores, qui fuerint pro tempore, fuisse in possessione percipiendi, tollendi, & leuandi nomine census & pro censu annuo mediam marcam grauem de medio laneo in villa *Diedconis* prescripta, eodemque censu per dictos armigeros fuisse & esse spoliatos, ipsam quoque Ecclesiam, ac dictum Dominum *Wenceslaum* nomine ipsius Ecclesie fore restituendum, & reintegrandum, restitui & reintegrari per vos debere in & ad pristinam possessionem percepcionis medie marce census annui supra scripti, dictos quoque armigeros fore condempnandos & condempnari ad solucionem & restitucionem quadraginta octo grossorum census, ut prefertur, indebite sublati dicto Domino *Wenceslao* faciendam, & eisdem armigeris super ulteriori percepcione siue solucione census sepe dicti perpetuum silencium imponendum, imponique per vos debere vestra definitiua sentencia mediante, & in premissis officium vestrum implorando, ac impense postulans complementum, petit insuper expensas in litem factas, de faciendis protestatur, saluo iure addendi, corrigendi, minuendi, & aliis quibuslibet iuris beneficiis semper saluis. Ad quem libellum *Andreas Zubitecz* procurator, & nomine procuratorio prefatorum clientum, de cuius mandato similiter constat, per acta cause presentis salua ineptitudine & mala materia, saluisque iuribus, & defensionibus loco & tempore proponendis saluaque eciam falsitate deductorum in eodem libello respondit eidem libello negando narrata, prout narrantur, dicens, petita fieri non debere, animo litem contestandi. A quibus partibus de calumpnia, & de veritate dicenda recepimus iuramenta, datisque posicionibus & articulis, & ad easdem certis factis responsionibus, & a testibus in huiusmodi causa coram discreto Viro Domino . . . Plebano Ecclesie in *Mislonitz Olomucensis* Diocesis nostro in hac parte Commissario, hinc inde productis, ab eisdem similiter de veritate dicenda iuramentis receptis, eisque secreto & singillatim examinatis, & ipsorum dictis in scripta redactis, ac tandem publicatis; contra quorum testium dicta hinc inde fuit exceptum, replicacionibus pro parte Plebani certa, & pro parte clientum generali subsecutis. Tandem dictis partibus in huiusmodi causa, si proposita non obstant, concludentibus, & concludi petentibus, cum ipsis in eadem conclusimus, & in ipsa, si proposita non obstant, habuimus pro concluso, certam diem pro audienda diffinitiua sentencia ipsis partibus statuentes, quam ex certis, & causis racionalibus ad diem hodiernum duximus prorogandam. Nos itaque *Nicolaus Puchnik* Officialis predictus ipsius cause meritis diligenter visis, examina-

tis,

tis, ac prouida deliberacione diſcuſſis, memoratis partibus coram nobis in iudicio legitime comparentibus, & ſentenciam diſſinitiuam cum inſtancia ferri petentibus, eandem in ſcriptis tulimus huiusmodi ſub tenore: *Criſti* nomine inuocato, pro tribunali ſedentes & habentes pre oculis ſolum Deum per hanc noſtram ſentenciam diſſinitiuam pronuncciamus, decernimus, & declaramus Eccleſiam in *Swabenicz* ac ipſius Rectores fuiſſe in poſſeſſione percipiendi, tollendi & leuandi mediam marcam grauem nomine cenſus & pro cenſu ſingulis annis de medio laneo agrorum, quos predicti *Onſſo* & *Herſſo* tenent, & poſſident, prout in libello ſupradicto exprimitur, ipſosque clientes ad dandum, reſtituendum quadraginta octo groſſos de cenſu retento, & imposterum ad ſoluendum mediam marcam grauem groſſorum *Pragenſium* in beatorum *Georgii* & *Galli* feſtis diuiſim per medium predicto Domino *Wenceslao* Plebano & Eccleſie ſupradicte fore cogendos & componendos, ac condempnandos, & condempnamus finaliter & diſſinitiue in his ſcriptis condempnantes nichilominus ipſos *Onſſonem* & *Herſſonem* clientes predicto Domino *Wenceslao* Plebano, & Eccleſie ſue in *Swabenicz* in legitimas litis expenſas, quarum nobis taxam imposterum reſeruamus. Lata & lecta eſt hec ſentencia per nos Officialem ſupra dictum in Conſiſtorio *Pragenſi* hora terciarum, anno Domini MCCCLXXXX. die XI. menſis *Junii*, preſentibus Magiſtris *Conrado de Bruc*, *Ludouico de Dresden* Aduocatis, *Simone de Slawietitz*, *Thoma de Noua Domo* Procuratoribus dicti Conſiſtorii *Pragenſis*. Datum *Prage* in Officialatu Curie Archiepiſcopalis *Pragenſis* antedicto. (*a*)

CCCXVIII.

Albertus de Sternberg dictus in Swietlow cedit poſt mortem ſuam fratri ſuo Stephano dicti de Zabrzech, ejusdemque hæredibus caſtrum ſuum Swietlow cum attinentiis. dd. in metis Croatiæ juxta Danubium die Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ 1392. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Nos *Albertus de Sternberg* dictus in *Swietlow* tenore preſencium recognoſcimus uniuerſis, quod penſantes ac perpendentes Nobilis Domini *Stephani de Sternberg* dicti *de Zabrzech* fratris noſtri cariſſimi fraternam dileccionem, quam ad nos a primeua ſua iuuenture geſſit, & adhuc continue gerere non deſinit. Ut autem hec dileccio inter nos compaginata validius roboretur, animo deliberato maturoque conſilio prehabito, pretacto Domino *Stephano* velut fratri noſtro cariſſimo, eius heredibus dedimus, preſentibusque reſignamus noſtrum caſtrum *Swietlow* una cum villis, montibus, ſyluis,

(*a*) Sigillum Officialatus Curiæ Archiepiſcopalis Pragenſis eodem Numero CCCXVIII. excuſum damus.

ſyluis, nemoribus, ac ceteris bonis mobilibus, & immobilibus ad id caſtrum ſpectantibus, ac eciam literis priuilegialibus, quaſcunque habemus, ſeu habere poſſumus (duntaxat noſtram poſt mortem) cum omnibus iuribus, libertatibus, utilitatibus, diuiciis, (a) fructibus & prouentibus, velut antedictum caſtrum cum ceteris, ut prefertur, a nobis & noſtris progenitoribus hactenus poſſeſſum eſt, quiete tenendum, habendum, utifruendum, nec non pacifice quoque tempore poſſidendum, ac in ſuos uſus conuertendum, tanquam ſuum proprium vendere, tradere, prout ſue placuerit voluntati. Noſtramque ſororem Nobilem Virginem *Elizabeth*, Nobilis Domini *Alberti* pie recordacionis dicti *de Swietlow* filiam in prenominati Stephani curam recommendamus, & committimus ſub tali condicione: Quod pretactus Dominus *Stephanus* frater noſter prelibate Virgini quingentas marcas groſſorum *Morauici* numeri (b) & pagamenti pro ſuo dotalicio de iisdem bonis, ut premittitur, ipſa depoſcente debet & tenetur ſine omni contradiccione & fraude dare, & aſſignare bonis cum pecuniis & paratis. Si vero aliquis ex noſtris congreſſoribus, vulgariter *Stupkouw*, multocies antefatum Dominum *Stephanum*, aut ſuos heredes de eodem caſtro & ceteris, ut premittitur, auderet impetere quouis modo, aut impugnare pinguius ius ad eadem bona habere volentes: Extunc prenominato Domino *Stephano* decem millia marcarum groſſorum denariorum *Pragenſium Morauici* numeri & pagamenti, imo & heredibus ſuis dare tenemur, & paratis cum pecuniis aſſignare, datis & aſſignatis pecuniis predictis eidem Domino ſupra fato, aut eius heredibus, qui pinguius ius habebunt, licite ſe intromittere poſſunt de bonis, ut prefertur, predictis. Ut autem hec noſtra donacio, & reſignatio rata exiſtat, & firma, preſentem literam noſtro ſigillo proprio, noſtra de certa ſciencia una cum ſigillo Illuſtriſſimi Principis Domini Domini *Bolkonis* Ducis *Opolienſis* dicti *de Strzelicz*, ac ſigillis Nobilium Dominorum *Ctiborii de Stiborzicz* Comitis *Poſonienſis* Regni *Unguriæ*, *Johannis de Wartenberg* dicti *de Dieczin*, *Ratkonis de Schenanger*, *Johannis de Mezerzicz*, *Smilonis de Lichtenburg*, Domini in *Wetouia* (c) ſtrenui *Buczkonis de Kaycz* noſtri fidelis

(a) Ita quidem in MS. (b) Groſſorum *Moravici numeri & pagamenti* nuſpiam alibi hactenus mentionem factam fuiſſe in ullis inſtrumentis reperi. Veroſimillime etiam hic primum temporibus iſtis cepit, cum Jodocus & Procopius Marchiones Moraviæ ſuo nomine atque inſignibus groſſos excudere cœperunt, quorum typos in Annalibus noſtris proferemus. (c) Horum omnium ſigilla accurate delineata inſtrumento ſubjecta ſunt. Nos ſub Numero eodem CCCXIX. Bolkonis Ducis Opolienſis, Joannis de Wartenberg diverſum ab iis Tomo I. noſtro editis, denique Smilonis de Lichtenburg ſigillum excuſum damus. E quo poſteriore teſtatum ſit *Lichtenburgios* gente *Lippeos* fuiſſe, & nonniſi

lis in euidens & memoriale teſtimonium ad hec ſpecialiter vocatis & rogatis feria ſecunda die Natiuitatis ſancti *Johannis Baptiſte* in metis *Croacie* iuxta *Danubium* in exercitu iuſſimus communiri. Anno Domini milleſimo treceuteſimo nonageſimo ſecundo.

CCCXIX.

Jodocus Marchio Moraviæ Carthuſiam Vallis Joſaphat dotat curiis in villa Palonyn ſitis. dd. Olomucii III. Julii 1392. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 93.

CCCXX.

Bonifacius IX. dat facultatem Archiepiſcopo Pragenſi, item Olomucenſi & Wratislavienſi epiſcopo pœnaliter procedendi contra hæreticos. dd. 1393. Archivum Curiæ Zwittavienſis.

CCCXXI.

Georgii Plebani in Ungaricali Broda Diœceſis Olomucenſis literæ obligatoriæ datæ D. Friderico Canonico Wiſſegradenſi ſuper quibusdam debitis pecuniis certis terminis ſolvendis. dd. XVI. Martii 1395. Balbinus Dec. I. L. 5. p. 254.

CCCXXII.

Procopius Marchio Moraviæ promittit, quod in commodum ſororis ſuæ Annæ, maritique ejusdem Petri de Sternberg, uti & monaſteriorum Carthuſienſis ad Olomucium, & Sternbergenſis, nunquam admiſſurus ſit ut illorum terris aliqua damna inferantur. dd. Kogetinii die Martis ante Sanctæ . . . . 1395. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ, ex vernaculo latine redditum.

Nos *Procopius* Dei gratia Marchio *Moraviæ* teſtatum facimus his literis omnibus & ſingulis, quiqui eas viderint, audierint, ſive legerint: Quod pro bono & utilitate *Annæ* ſororis noſtræ, & conjugis Nobilis Viri *Petri de Sternberg*, nec non ad interceſſionem Nobilis *Jeſſkonis de Sternberg* dicti *de Lukow* Dilecti noſtri fidelis promiſerimus, & promittamus his literis, ſuper omnibus bonis *Sternbergicis*, ſuper quibus *Anna* ſoror noſtra literas aſſecurationis habet a ſuo marito, illi, univerſisque ſervitoribus & vaſallis, qui in his bonis poſſeſſiones habent & habituri ſunt. Item ſuper feudo, quod ad *Sternbergam* pertinet, id eſt *Wladiegowicze*, & quidquid circum ſitum eſt, præſertim autem ſuper bono *Domaſtacz*, quod emit, terrisque ſuis incorporavit ſupraſcriptus *Petrus*. Item promittimus præcipue monaſterio *Carthuſienſi de Dolan*, & monaſterio *Sternbergenſi* (*a*) ſuper omnibus eorum

niſi nomine diverſos, denique ejusdem etiam ſtirpis familiam illuſtrem Moravicam *de Bethovia* fuiſſe. (*a*) Canonicorum Regularium.

eorum bonis & terris, quod in quibuscunque controverſiis, litibus, inimicitiis cum fratre noſtro *Jodoco* Marchione, & cum omnibus noſtris fœderatis & auxiliatoribus aſſiſtere, neque in minimo damnum aliquod afferre, aut præjudicium generare velimus. Et hoc facere tenemur ſeu facere tenebimur ad mortem uſque prædictæ Annæ ſororis noſtræ. In majus rei firmamentum cum certa noſtra ſcientia appendimus præſentibus literis ſigillum noſtrum, & penes noſtrum cum eadem certa ſcientia apposuit ſigillum ſuum Dominus Jeſsko de Lukow. *(a)* Datum in Kogetyn die Martis ante ſanctæ Nyeczeſſy (*b*) anno Nativitatis Dominicæ milleſimo tercenteſimo nonageſimo quinto.

CCCXXIII.

Unio facta inter Wenceslaum Romanorum & Bohemiæ Regem atque inter Marchionem Moraviæ. dd. 1395. (*c*) Privilegia Regni Carlſtein. T. XII. N. 35. p. m. 398.

CCCXXIV.

Inveſtitura D. Andreæ monaſterii Sderaſienſis Prioris pro Plebano Eccleſiæ in Czizkrnis. dd. Chremſir 23. *Julii anno* 1395. Ex Autographo Archivi Zderaſienſis.

Nos *Johannes de Chulen* Prepoſitus in *Wolframskirchen* Vicarius in ſpiritualibus & Officialis Reuerendi in Criſto Patris Domini *Nicolai* Epiſcopi *Olomucenſis* notum facimus tenore preſencium uniuerſis. Quod ad preſentacionem & peticionem Religioſorum fratrum *Johannis Czrt* Adminiſtratoris, tociusque Conuentus monaſterii *Sderaſienſis Pragenſis* ſacroſancti Sepulchri Dominici *Jeroſolimitani* Religioſum fratrem *Andream* dicti monaſterii Priorem in Eccleſia *Parrochiali* in *Czizkrnis* per mortem *Welislai* ultimi, & immediati ipſius Rectoris ad preſens vacante, in qua prefati Domini Adminiſtrator & Conuentus Jus preſentandi obtinere dignoſcuntur, *Adam* procuratorem, procuratorio nomine dicti Domini *Andree* ad hoc legittime conſtitutum, in perſona ipſius in Rectorem legittimum inſtituimus & Plebanum, ſibi curam animarum, & adminiſtracionem ſpiritualium & tem-

(*a*) Sigillum Procopii Marchionis idem eſt appoſitum, quod Num. CCCVIII. ſpectatur. Ex Jeſskonis de Sternberg ſigillo confirmatur *Jeſsko* idem ſignificare quod *Joannes*. Nam in ſigillo hæc epigraphe legitur: *S. Johannis de Sternbergh*, (*b*) Supra innuimus autographum hujus diplomatis eſſe vernaculum; quam ſanctam autem vox hæc *Nyeczeſſy* notet, nulla pene conjectura aſſequi licet, niſi fortaſſis librarii error eſt, qui literas cz pro literis *th* (quemadmodum idem in voce *Kogeczyn* perperam iſthic fecit) ſcripſit, ut itaque vox hæc ad Slavicum idioma eformata *Agnetem*, ſeu *diem S. Agnetis* notet. (*c*) Hæc unio facta poſt captivitatem Wenceslai Regis, qui ab eodem Marchione Moraviæ captus fuit.

temporalium in eadem iuxta nostri Officii debitum in Dei nomine committentes. Harum, quibus sigillum Vicariatus *Olomucensis* Ecclesie est appensum, (*a*) testimonio literarum. Datum *Chremsir* anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto, die vicesima tercia mensis Julii.

CCCXXV.

Bonifacii Papæ Noni confirmatio juris Patronatus quarundam Ecclesiarum Parochialium in Bohemia & Moravia monasterio Willemoviensi competentium. dd. Romæ II. Idus Octobris anno 1395. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis Filiis Abbati & & Conuentui monasterii Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum in *Willemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis salutem & Apostolicam Benediccionem. Exigit vestre deuocionis sinceritas & religionis, sub qua deuotum exhibetis Domino famulatum, promeretur honestas, ut peticiones vestras, illas presertim, que commodum & utilitatem vestram, & monasterii vestri respicere dinoscuntur, quantum cum Deo possumus ad exaudicionis graciam fauorabiliter admittimus. Hinc est, quod Nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, ut incumbencia vobis onera valeatis pro tempore commodius supportare, de alicuius subuencionis auxilio vobis prouidere volentes in *Walcz*, in *Aurtitz*, in *Lonpratitz* & *Lybyecz* Parochiales Ecclesias *Olomucensis* & *Pragensis* Diocesium, que ut asseritis de Jure Patronatus vestri monasterii Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum in *Wylemow* Ordinis sancti *Benedicti* dicte *Pragensis* Diocesis existunt, quarumque sexaginta dicto vestro monasterio cuius centum marcharum argenti puri fructus, redditus, ac prouentus secundum communem existimacionem, valorem annuum, ut asseritis, non excedunt, cum omnibus iuribus & pertinenciis suis Auctoritate Apostolica tenore presencium perpetuo incorporamus, annectimus, & unimus, ita quod cedentibus, vel decedentibus dilectis filiis Rectoribus earundem Ecclesiarum, qui nunc sunt, aut alias ipsas Ecclesias quomodolibet dimittentibus, liceat vobis corporalem possessionem earundem Ecclesiarum auctoritate propria apprehendere, aut eciam in usus vestros perpetuo retinere, nec non fructus, redditus & prouentus huiusmodi Ecclesiarum in supportacione eorundem onerum deputare, super hoc Diocesani loci pro tempore existentis, & cuiuscunque alterius licencia, seu consensu minime requisitis, reseruatis tamen pro singulis perpetuis Vicariis inibi perpetuo instituendis, qui eciam Monachi professi predicti monasterii esse possint, singulis congruis porcionibus, de quibus congrue sustentari,

(*a*) Sigillum istud eodem Num. CCCXXIV. excusum damus.

Episcopalia Jura soluere, & alia eis incumbencia onera valeant supportare. Non obstantibus, si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales Apostolice Sedis, vel Legatorum eius literas impetrarint, eciamsi per eas ad inhibicionem, reseruacionem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas & processus habitos per easdem ad predictas Ecclesias volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, & quibuslibet literis, indulgenciis, & priuilegiis Apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum non impediri valeat quomodolibet vel differri, vel de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum haberi debeat in nostris literis mencio specialis. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super hys a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre incorporacionis, anneccionis, unionis, constitucionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei, & Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* II. Idus Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCXXVI.

Compromissum Wenceslai Regis Romanorum & Bohemiæ in Sigismundum Regem Hungariæ & Jodocum Marchiones Moraviæ de componenda controversia inter se & Proceres suos. dd. Dominica Judica 1396. Lunig. C. G. D. T. I. p. 1407.

CCCXXVII.

Michael de Gyrio describit terminos Carthusiæ Vallis Josaphat prope Olomucium. dd. in Valle Josaphat fer. VI. post B. Bartholomæi Apost. 1396. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 114.

CCCXXVIII.

Bonifacius IX. confirmat translationem Cartusiæ Litomisslio ex Bohemia ad Vallem Josaphat in Moravia. dd. Romæ VI. Non. Octobris Pontif. anno VIII. 1396. Bern. Pezius ibidem p. 114.

CCCXXIX.

Petrus de Sternberg, qui in Petrum de Krawarz & Marquardum de Sternberg jure tabularum bona sua transcripserat, protestatur adversus omnem bonorum istorum discerptionem. dd. Wessely die Lunæ post Dominicam Remi-

Reminiſcere 1397. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ, ex vernaculo latine redditum.

Petrus de Sternberg notum facio univerſis, quicunque hanc paginam viſuri, audituri ſeu lecturi ſunt: quod Nobilibus Dominis & fratribus meis Dilectis *Petro de Krawarz*, & *Marquardo de Sternberg* omnium bonorum meorum, quæ in *Moravia* poſſideo, aſſecurationem per Tabulas dederim. Illi autem mihi quasdam adverſitates cauſare voluerunt, & re ipſa ſuper his cauſarunt, quanquam mihi literas ſuis, familiarium, & aliorum Dominorum ſigillis munitas tradiderint, promiſerintque, quod circa hæc bona tradita omnia implere teneantur, quæquæ ego ordinavero, & quidem eousque, quo bonorum iſtorum valor & pretium ſuffecturum eſt. Notum etiam facio, quod Nobilibus Dominis *Henrico de Nova Domo*, & *Zdeslao de Sternberg* bona mea tradiderim, quæ in *Bohemia* poſſideo ſub eadem conditione & promiſſione, ſuper quibus etiam literas ab ipſis obtinui, quod teneantur omnes ordinationes meas ratione horum ceſſorum bonorum adimplere, quo uſque illa ſuffecerint. Quare ego ſupra nominatus *Petrus de Sternberg* cum certa ſcientia, cum conſilio cognatorum meorum & ſeniorum, ordino & præcipio, utne quævis bona mea, quæ Dei beneficio poſſideo (quodſi me mori contingeret) diſcerpantur, ſed indivulſa perſiſtant, usque dum omnia debita mea plene & integre exſolvantur, ſuper quibus cognati mei aliique homines cautionem dederunt, & quæ ego in conſcientia exſolvere teneor. Ordino etiam & ſtatuo ſi alicui cognato ſeu amico quidquam legavero, ſeu dari præcepero, ut nulli præjudicium, ſeu injuria fiat. Item ſi diſpoſitiones aliquas ſcripto fecero circa meos ſubditos, ſervitores & animæ m. ſpirituale bonum, quidquid illos contigerit, illique ſecundum meorum executorum teſtamenti ſcitum has literas firmari & fidejuſſionibus roborari fecerint, præſertim, quæ circa animam meam diſpono, ut inviolate obſerventur. Etiam & iſtud volo: ſi non poſſem cognatos meos ad manus habere, & facerem ulteriorem aliquam diſpoſitionem ſigillo meo munitam circa unum alterumve ſervitorem ex ſenioribus meis, ut hoc plenam vim & robur obtineat, accurateque obſervetur ab executoribus ſecundum eas literas, quibus illis omnia, quæ animam meam concernunt, commendo. Hæc autem omnia, & ſingula ſupra ſcripta commendo inprimis conjugi, ſorori meæ, dein Nobili Domino *Petro de Krawarz* fratri meo chariſſimo, (a) iſtis autem in adjutorium etiam clientibus

(a) Niſi hic *frater* pro cognato accipitur, conjicere fas eſſet Krawarzios, etſi clypeis diverſos, ejusdem ſtirpis Sternbergicæ fuiſſe. Sane ſupra non facit diſtinctionem Petrus inter Petrum de Krawarz, & Marquardum de Sternberg, quem utrumque *fratrem dilectum*

meis Domino *Henrico de Sſonwald*, & ſacerdoti *Stephano* Plebano in *Hwogicz*, & aliis Burggraviis meis, ſi Deo diſponente morerer, ut hæc omnia ſecundum meam ordinationem & conſilium omnibus viribus tueantur. Quodſi autum aliquis in his adverſaretur, ut hæc omnia ita manuteneant, ſicut me vivente facerent. Et his omnibus cum certa ſcientia conſtitutis, appendi præſentibus literis ſigillum meum, oravique Nobiles Dominos & Clientes meos ut ſua ſigilla penes meum apponerent his literis, quas æger lecto defixus confeci. Et nos *Albertus de Lychtenburg* dictus *de Bietowia*, *Petrus* Junior dictus *de Straznicz*. Dominus *Joannes de Strakonicz*, Dominus *Henzo de Trpenowicz*, *Martinus de Drabenowicz* Burggravius *Sternbergenſis*, & *Bartholomæus de Hibonicz* Burggravius *de Koliczina*, his & omnibus iſtis ordinationibus præſentes, appendimus his literis noſtra ſigilla. (a) Nam bene nobis cognitum, quod hæc ipſius voluntas ſit. Datum & actum in *Weſſely* die Lunæ poſt Dominicam Quadrageſimæ: *Reminiſcere*. anno Incarnationis Dominicæ milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo.

CCCXXX.

Marquardus de Sternberg hæres Domini Petri de Sternberg promittit ſeſe omnia debita in his literis commemorata teſtatoris ſui (interpoſita plurium Nobilium fidejuſſione) ad feſtum S. Georgii proxime venturum in manus Dominæ Annæ viduæ teſtatoris ſui, tum Jodoci Marchionis Moraviæ perſoluturum. dd. Brunæ fer. III. ante feſtum S. Bartholomæi 1397. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Marguardus de Sternberg ſignificamus tenore preſencium uniuerſis, quod, ſicut Nobilis Dominus *Petrus de Sternberg* pie memorie Patruus noſter cariſſimus, quedam bona ſua nobis dono contulit, & legauit amicicia & gracia ſpeciali. Quapropter nos votis eius & voluntati vice verſa ſatisfacere volentes: Nos *Marguardus de Sternberg* prefatus principalis, & nos *Albertus de Sternberg*, *Jaroslaus de Sternberg*, *Albertus de Sternberg* alias *de Konopiſſt*, *Petrus de Krawarz* alias *de Plumlow*, *Marguardus de Sobieſſin* & *Alſcho de Rziczan* fideiuſſores omnes in ſolidum cum ipſo & pro ipſo Domino *Marguardo* promittimus, & bona noſtra fide, ſyncera manu noſtra coniuncta indiuiſim abſque dolo Nobili Domine *Anne* relicte predicti Domini *Petri de Sternberg*, & ad fideles manus Illuſtrium Principum Domini *Jodoci* Marchionis *Brandeburgenſis* ac Marchionis & Domini *Moravie*, Ducis *Przemconis* & Domini Opauie, Nobilis Domini *Lackonis de Krawarz*, &

ſtum vocat, cum tamen certum ſit Marquardum illius nepotem ex fratre fuiſſe. At id nihil hac ætate inſoliti, ut ejuſdem ſtirpis lineæ, imo etiam fratres diverſos clypeos geſſerint, quod jam alias me de Arneſti Archiepiſcopi Pragenſis patre & fratribus innuiſſe memini. (a) Sex ſigilla delineata huic inſtrumento ſubjecit Anonymus.

& Strenui Domini *Henrici de Schenwald*, pro ipſo Domino *Petro de Sternberg* omnia debita infra ſcripta: *Miculaſſoni de Schonwald* ſexaginta tres marcas groſſorum. *Wawrzimoni* & *Jankoni* filio ſuo *de Joſtrzebi* nonaginta marcas groſſorum. *Peſſconi Piskowec* centum & octuaginta marcas groſſorum. *Janoni* dicto *Schurch* quinquaginta marcas groſſorum. Prepoſito & monaſterio *Sternbergenſi* triginta ſex marcas groſſorum. *Cunrato* Piſtori, civi *Pragenſi* ducentas unam ſexagenam groſſorum. *Polconiſſe Olomucenſi* tredecim marcas groſſorum. *Jacobo Thaſſnerio* ciui *Brunenſi* quinquaginta tres marcas groſſorum. *Theodorico Velber* & *Hanus Strang* ciuibus *Viennenſibus* quinquaginta ſexagenas groſſorum. *Venceslao* ciui *Polonienſi* viginti ſexagenas groſſorum. *Ugiczoni* in *Oſtrob* ſedecim marcas groſſorum. *Volkoni* Presbytero in *Oſtrob* decem & octo marcas groſſorum. *Petro* domeſtico *Brunenſi* ſedecim marcas groſſorum. *Venceslao* domeſtico *Pragenſi* duodecim ſexagenas groſſorum. *Volconi de Noua villa* quinque marcas groſſorum. *Nicolao* ciui *Veſſelenſi* quinquaginta octo ſexagenas groſſorum, & ſpecialiter honorabilibus ciuibus in *Veſſels* centum quinquaginta marcas groſſorum. Que debita dudum ſuper nos recepimus, dare & ſoluere, & omnes fideiuſſores, qui prefato Domino *Petro de Sternberg* pie recordacionis ſua ſigilla obligauerunt, absque omni damno eorum realiter exbrigare infra hinc, & feſtum beati *Georgii* Martyris proxime venturum, ac expedire cum effectu. Quodſi non fecerimus, extunc ſtatim omnes promittimus & debemus per interpoſitam perſonam idoneam militaris condicionis obſtagium in ciuitate *Sternberg* aut *Olomucz* in domo honeſti hoſpitis, nobis per predictos deputata, quilibet cum duobus famulis & tribus equis debitum & conſuetum, excuſacionibus, inſtanciis contra premiſſa quibuslibet procul motis, ſubintrare. Et nihilominus preſtito vel non preſtito dicto obſtagio Nobilis Domina *Anna*, aut manus fidelis, quibus promiſimus predicti virtute preſencium, & auctoritate noſtra habeat, & habeant plenam & omnimodam poteſtatem omnia debita predicta, que per nos non fuerint perſoluta, ut prefertur, recipere & acquirere inter *Chriſtianos* aut *Judeos* noſtra, omnium in ſolidum, ſuper damna. De quo quidem obſtagio omnes nos debitores prefati, nulla iuris noſtri ſeu conſuetudinis cauſa allegata, quouis modo exire debemus, ſed fideliter continuare debemus, & ſpondemus, donec omnia debita ſupra dicta, & donec ſigilla omnium fideiuſſorum pro ipſo Domino *Petro de Sternberg* felicis memorie obligata cum omnibus & ſingulis damnis, quecunque damna ob non ſolucionem debitorum predictorum, ſeu ob non exbrigacionem fideiuſſorum, prout premittitur, prefata Domina, fidelis manus ipſius, vel ipſi fideiuſſores, ſeu noſtri

ſtri creditores, quos concernunt debita predicta, legacionibus, monicionibus, taxis, expenſis, impenſis, aut alias quocunque modo perceperint, & cum bono teſtimonio absque iudicio & iuramento demonſtrauerint, plene per nos ſupra dictos noſtris creditoribus ſoluta, exbrigata & reſula fuerint cum effectu. In cuius rei teſtimonium ſigilla noſtra propria de certa noſtra ſciencia preſentibus ſunt appenſa. (*a*) Datum *Brune* feria III. ante feſtum S. Bartholomei. Anno Domini Milleſimo trecenteſimo nonageſimo ſeptimo.

CCCXXXI.

Joannes de Sternberg itidem hæres Domini Petri de Sternberg promittit ſimili modo ſeſe omnia debita hac charta nominata uſque ad feſtum S. Georgii proxime venturum perſoluturum. dd. Lukaw fer. III. ante feſtum S. Bartholomæi 1397. Ex Hiſtoria Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Johannes de Sternberg alias in *Lukaw* ſignificamus tenore preſencium uniuerſis: Quod ſicut Nobilis Dominus *Petrus de Sternberg* pie memorie patruus noſter cariſſimus quedam bona ſua nobis ac heredibus noſtris dono contulit & leganit amicicia & gracia ſpeciali. Quapropter nos votis eius & voluntati vice verſa ſatisfacere volentes: Nos *Johannes de Sternberg* prefatus Principalis, & nos *Mathens* Cuſtos & Canonicus eccleſie *Olomucenſis* & *Albertus* fratres germani nati predicti Domini *Johannis* eiusdem tituli, *Buſco de Kraſna* alias in *Cɛſtin*, *Miklico de Milczan* alias in *Kurowicz*, *Przibiko de Malotin* alias *de Hradek*, *Witko de Biſtrzicz* nunc Burgrauius caſtri *Lukow* fideiuſſores omnes in ſolidum cum ipſo & pro ipſo Domino *Johanne* promittimus bona noſtra fide, ſyncera manu noſtra coniuncta indiuiſim absque dolo Nobili Domine *Anne* relicte Domini *Petri de Sternberg* predicti, & manus fideles Illuſtrium Principum Domini *Jodoci* Marchionis *Brandeburgenſis* & Marchionis & Domini *Morauie*, Ducis *Przemconis* & Domini *Oppauie*, Nobilis Domini *Petri de Krawarz* alias in *Plumlow*, & Strenui Domini *Henrici de Schonwald* pro ipſo Domino *Petro de Sternberg* omnia debita infra ſcripta: Primo ſiquidem dignoſcimur obligari Domino Prepoſito ac toto Conuentui Canonicis Regularibus monaſterii *Sternbergenſis* in triginta ſeptem marcis cum dimidia marca groſſorum Pragenſium *Morauici* numeri & pagamenti. Item *Cleparzoni* in ſeptuaginta quinque marcis. Item *Przibiconi de Dobromil* in quinquaginta marcis pro dotalicio. Item *Bohuſſio de Zatbora* in octuaginta tribus marcis. Item natis *Zibrzidonis de Wlezetin* in quinquaginta marcis. Item *Johanni* Notario in quinquaginta marcis. Cuius quidem debiti ſupra dicti ſumma in toto

(*a*) Ex ſigillis ſeptem huic inſtrumento ſubjectis liber ſolum veterem typum Krziczaniani clypei ſub eodem Numero CCCXXX. excuſum dare.

toto facit: *Trecente marce cum dimidia marca*, que debita dudum, videlicet statim peractis exequiis predicti Domini *Petri* patrui nostri carissimi super nos recepimus dare, exsoluere, & omnes fideiussores, qui prefato Domino *Petro de Sternberg*, pie recordacionis, sua sigilla obligauerunt pro supra dicto debito, absque omni damno realiter exbrigare infra hinc & festum B. Georgii Martyris proxime venturi ac expedire cum effectu. Quod si non fecerimus &c. (*a*) Datum *Luckaw* feria tercia ante festum S. Bartholomei. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo. (*b*)

CCCXXXII.

Joannis Ducis Oppaviæ literæ super septem mansis in villa Ulrichsdorff. dd. Glazii die Veneris post Martini 1397. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I, p. 1085.

CCCXXXIII.

Procopius Marchio Moraviæ consensum dat, ut Anna soror sua vidua Domini Petri de Sternberg bona sua, cuicunque placuerit, dare aut legare possit. dd. Uniczow Dominica Palmarum 1398. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ.

Nos *Procopius* Dei gracia Marchio *Morauie* recognoscimus tenore presencium uniuersis; quod ex innata clemencia, quam signanter illis tenemur, qui nobis in linea consanguinitatis & affinitatis sunt iuncti, exhibere, hac ea iusta occasione tibi Nobili *Anne* relicte olim Nobilis *Petri de Sternberg* sorori nostre dilecte, ut bona tua ubilibet habita tui doralicii, quibuscunque nuncupentur nominibus, sicuti tue dileccioni & voluntati videbitur, possis, cuicunque hominum placuerit, dare, tribuere, & resignare pro tuo libito voluntatis in sospitate vite presentis, similiter & in agone, nostrum dedimus & presencium vigore damus consensum pariter & assensum fauorabiliter. Quod benigne de nostra gracia & munificencia speciali presencium nostro sub appenso sigillo dedimus testimonio literarum. Datum *Uniczow* Dominica Palmarum. Anno Domini Millesimo trecentesimo nonagesimo octauo. (*c*)

CCCXXXIV.

Jodocus Marchio Moraviæ facit potestatem Carthusiæ Dolauensi bona immobilia pretio DCC. marcarum groff. comparandi. dd. Brunæ fer. III. post

(*a*) Reliqua ad verbum respondent priori instrumento. (*b*) Ex septem sigillis instrumento huic subjectis sub eodem Num. CCCXXXI. excusa damus Busconis de Krasna, Mikliconis de Milczan, Przibiconis de Malotin, & Witkonis de Bistrziez, qui postremus clypeus est Sekirkiorum seu Wrsfuveciorum. (*c*) Sigillum huic instrumento subjectum diversum a priore ejusdem Marchionis sigillo excusum damus eodem Num. CCCXXXIII.

post festum Pentecostes 1398. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Dipl. P. II. p. 115.

CCCXXXV.

Anna soror Marchionum Moraviæ vidua Domini Petri de Sternberg instituit hæredem Dominum Laczkonem de Krawarz alias de Helfenstein dictum. dd. Sternbergæ die Mercurii ante S. Laurentii 1398. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ. Ex vernaculo in latinum sermonem translatum.

Anna quondam conjux Nobilis Domini Domini de *Sternberg* notum facio universis his literis, qui eas visuri, audituri, seu lecturi sunt: Quod mihi Illustres Principes fratres mei gratiosissimi *Jodocus* Marchio & Dominus *Moraviæ*, & Marchio *Procopius* frater illius potestatem, & literas cum certa utriusque scientia sigillis suis munitas dederint: quod liceat mihi dotalitium meum, quod super *Sternbergensibus* bonis per Tabulas assecuratum habeo, cuicunque libuerit, commendandi, legandi, aut dandi. Quapropter ego *Anna* supra memorata agnoscens & videns fidelitatem & fraternam benevolentiam Nobilis Domini *Luckonis de Krawarz* aliter *de Helffenstein* dicti, totum dotalitium meum, prout illud mihi super bonis *Sternbergensibus* per Tabulas terræ assecuratum est, supra nominato Domino *Luckoni* confido, commendo, do & trado, & tenore præsentium dedi post mortem meam cum omnibus Dominiis, juribus & pertinentiis, prouti dotalitium istud Tabulis insertum est, ut sæpe memoratus Dominus *Lucko* voluntatem meam secundum dispositionem & ordinationem meam impleat. In confirmationem rei jussi cum certa mea scientia sigillum meum his literis appendi, & in majus etiam robur rogavi Illustres Principes Marchionem *Procopium* supra nominatum, & *Przemkonem* Ducem *Oppaviensem* fratres meos gratiosissimos, Nobiles Dominos, Dominum *Petrum de Krawarz* aliter *de Plumlow* dictum, & Dominum *Heraltum de Kuna* civitate, ut sua sigilla penes meum cum certa sua scientia his literis appenderent. (*a*)

Et nos Principes supra nominati & Domini supra dicti vocati & rogati testes ad supra scripta omnia cum certa nostra scientia sigilla nostra his literis appendimus, quæ datæ sunt & scriptæ *Sternbergæ* die Mercurii ante sancti Laurentii anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo octavo.

CCCXXXVI.

(*a*) Ex quinque sigillis huic instrumento subjectis excusum damus Annæ natæ Marchionissæ & Przemkonis Ducis Oppaviensis eodem Numero CCCXXXV. Ceterum Heraltus ille de Kuna in sigillo suo se scribit de Kunstat.

CCCXXXVI.

Bonifacius IX. Ecclesiam Mezriczensem vacantem confert ex gratia speciali cuidam Nicolao ecclesiastico, ea tamen conditione, ut infra tres menses a die consecutionis hujus beneficii teneatur professionem inter Canonicos S. Sepulchri emittere. dd. Romæ VIII. Kal. Decembris Pontificatus anno IX. id est 1398.

Bonifacius Episcopus seruus seruorum Dei Venerabili fratri Episcopo *Aquensi*, & Dilectis filiis . . *Pragensi*, ac *Olomucensi* Officialibus salutem & Apostolicam benediccionem. Vite ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis & virtutum merita, super quibus apud nos dilectus filius *Nicolaus Mainkonis* Rector Parrochialis Ecclesie in *Mezyerzicz Olomucensis* Diocesis fide digno commendatur testimonio, nos inducunt, ut sibi reddamur ad graciam liberales. Dudum siquidem omnes Parrochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura quorumcunque Capellanorum Sedis Apostolice tunc vacancia, & inantea vacatura collacioni nostre reseruantes decreuimus extunc irritum & inane, si secus super hys a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Cum itaque postmodum Parrochialis Ecclesia in *Mezyrzicz Olomucensis* Diocesis, quam quondam *Wenceslaus* dictus *Rod* ipsius Ecclesie Rector dum viueret, obtinebat, per ipsius *Wenceslai* obitum, qui Capellanus dicte Sedis existens extra *Romanam* curiam diem clausit extremum, vacauerat, & vacabat tunc, nullusque de illa preter nos canonice disponere potuisset, siue posset, reseruacione & decreto obsistentibus supradictis. Nos volentes eidem *Nicolao* premissorum meritorum suorum intuitu graciam facere specialem, Ecclesiam predictam, cuius fructus, redditus & prouentus quinquaginta marcharum argenti puri secundum communem extimacionem, ut ipse *Nicolaus* asserit, non excedunt, siue ut premittitur, siue alias quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona seu per assecucionem alterius beneficii Ecclesiastici Apostolica auctoritate collati, vel per constitucionem felicis recordacionis *Johannis* Pape XXII. predecessoris nostri, que incipit: *Execrabilis;* aut per liberam resignacionem alicuius per eum de illa in manibus ad id potestatem habentis apud Sedem Apostolicam sponte factam & admissam vacet, eciamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collacio iuxta *Lateranensis* statuta Concilii ad Sedem predictam legittime deuoluta, aut Ecclesia ipsa disposicioni Apostolice specialiter existant, & a domo sacri Sepulcri Dominici *Jerosolimitani Sderasiensis* Ordinis sancti *Augustini Pragensis* Diocesis, vel alio quocunque Regulari loco dependeat, & per Canonicos domus seu loci huiusmodi gubernari consueue-

rat, & ſuper ea inter aliquos lis in dicta curia vel extra eam pendeat indeciſa, & ille ex cuius perſona ultimo vacauit eciam dicte Sedis Capellanus, Nunccius, vel Notarius, aut alius Officialis, ſeu fructuum & prouentuum Camere Apoſtolice debitorum collector, vel ſubcollector, ſeu Apoſtolicarum Abbreuiator, aut earundem, vel penitenciarie noſtre literarum ſcriptor, vel eiusdem Sedis, aut alicuius ex Venerabilibus fratribus noſtris, ſancte *Romane* Eccleſie Cardinalibus familiaris foret, ſeu damnate memorie *Roberto* olim Baſilice duodecim Apoſtolorum Presbytero Cardinali tunc *Antipape*, qui ſe *Clementem VII.* auſu ſacrilego nominabat, aut aliis per proceſſus Apoſtolicos condemnatis adheſerit, vel apud Sedem ipſam deceſſerit cum omnibus Juribus, & pertinenciis ſuis Apoſtolica eidem *Nicolao* auctoritate contulimus, & de illa eciam prouidimus decernentes prout erat irritum & inane, ſi ſecus ſuper hys a quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attemptatum forſan erat, tunc, vel impoſterum contingeret attemptari. Non obſtantibus, quod idem *Nicolaus* predicti, vel alterius Ordinis profeſſus non ex iſtis, & tam pie memorie *Bonifacii* Pape VIII. predeceſſoris noſtri, quam aliis conſtitucionibus Apoſtolicis, nec non ſtatutis, conſuetudinibus domus, ordinis, & Eccleſie predictorum eciam iuramento, confirmacione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, contrariis quibuſcunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dicte Sedis vel legatorum literas impetrauit, eciam ſuper eos ad inhibicionem, reſeruacionem, & decretum, vel aliis quomodolibet fieri potuiſſet, quibus omnibus dictum *Nicolaum* in aſſecucione dicte Eccleſie volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari, ſeu ſi Venerabili fratri noſtro . . Epiſcopo *Olomucenſi* & dilectis filiis Magiſtro dicte domus vel quibuſuis aliis communiter, vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad recepcionem vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli non poſſint, quodque de huiusmodi Parrochialibus Eccleſiis, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis ad eorum collacionem, prouiſionem, preſentacionem, ſeu quamuis aliam diſpoſicionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeret prouideri per literas Apoſtolicas, non facientes plenam & expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel ſpeciali, cuiuscunque tenoris exiſtat, per quam noſtris litteris non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus huiusmodi gracie impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda ſit in eisdem noſtris litteris mencio ſpecialis.

cialis. Aut quod dudum eidem *Nicolao*, ut asserit, eciam de dicta Ecclesia vigore quarundam aliarum litterarum nostrarum mandauimus prouideri, quas quidem litteras & processus habiti per easdem, & quemcunque inde secuta, extunc cassauimus, & irritauimus, ac nullius esse voluimus roboris, vel momenti. Volumus autem, quod si dicta Ecclesia a domo vel alio loco huiusmodi dependeat, & per Canonicos ipsius domus gubernari consueuerit, & eam dictum *Nicolaum* vigore literarum nostrarum assequi contingeret, quod idem *Nicolaus* infra tres menses a die assecucionis huiusmodi immediate computandos, predictam domum ingredi, & in ea professionem regularem per Canonicos ipsius domus emitti consuetam emittere. Alioquin predictam Ecclesiam, quam extunc vacare decernimus, omnino dimittere teneatur. Quocirca Discrecioni vestre per Apostolica scripta mandamus, quatinus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios eundem *Nicolaum*, vel Procuratorem suum eius nomine, in corporalem possessionem Ecclesie, iuriumque & pertinenciarum predictarum inducatis per auctoritatem nostram, & defendatis inductum, amoto exinde quolibet detentore, ac facientes sibi de ipsius Ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuencionibus uniuersis integre responderi, ipsumque si dicta Ecclesia a domo vel loco huiusmodi dependeat, ut prefertur, si hoc voluerit, & sit ydoneus, aut aliud Canonicum non obsistat in domo vel loco huiusmodi, siue in ea vel in eo certus Canonicorum numerus fuerit, siue nostra auctoritate recipi in Canonicum & in fratrem, sibique regularem habitum iuxta ipsius domus consuetudinem exhibere, ac conuentus, domus vel loci huiusmodi prouentibus, sicut uni ex aliis domus vel locus huiusmodi Canonicis integre prouideri, ipsumque ibidem sincere in domino caritate tractari. Non obstantibus omnibus supra dictis, seu si eisdem Episcopo, vel Magistro, vel quibusuis aliis communiter vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam & expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo. Datum *Rome* apud sanctum *Petrum* VIII. Kalendas Decembris Pontificatus nostri anno nono.

CCCXXXVII.

Procopius Marchio Moraviæ mandat civitatibus Lusatiæ, ut castrum Rhonau expugnent, diruantque. dd. die Lunæ post S. Thomæ Apostoli 1398. Carpzovius in Analectis Zittaviensibus P. I. p. 169.

CCCXXXVIII.

Dominus Smil de Sternberg alias in Hochstein decedens sine hærede transscribit castrum Hochstein cum ditione & appertinentiis in Dominos Zdenkonem & Geczkonem de Sternberg cum onere, ut certam summam monasterio Krasikoviensi, in quo sepulturam elegit, dependant. dd. 1398. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ.

CCCXXXIX.

Jodoci Marchionis Moraviæ & Brandeburgensis confirmatio privilegiorum Francofurtensi civitati ad Oderam concessorum. dd. Berolini die Lunæ SS. Fabiani & Sebastiani 1399. Ludevig. C. D. T. 9. p. 554.

CCCXL.

Institutio Plebani Bobunconis dicti Nagwassa in Swabenicz Olomucensis Diœcesis ad præsentationem D. Valentini Præpositi Zderasiensis. dd. Cremsirii die XII. Julii anno 1399. Ex vetusto apographo Archivi Zderasiens.

Nos *Smilo* de *Wisow* Vicarius in spiritualibus & Officialis, Curie Episcopalis *Olomucensis*, Notum facimus tenore presencium uniuersis, quod ad presentacionem & peticionem Venerabilis & Religiosi Viri Domini *Valentini* Prepositi monasterii *Zderasiensis Pragensis*, sacrosancti Sepulcri Dominici *Jerosolimitani* Honorabilem ac Religiosum fratrem *Bobunconem* dictum *Nagwassa* in & ad Ecclesiam Parochialem in *Swabenicz* per liberam resignacionem fratris *Nicolai* ultimi & immediati ipsius Ecclesie Rectoris ad presens vacantem, in qua dictus Dominus *Valentinus* Prepositus Jus presentandi noscitur obtinere, in Rectorem legittimum instituimus & Plebanum, sibi curam animarum, & administracionem spiritualium & temporalium in eadem iuxta nostri officii debitum in Dei nomine committentes, harum quibus sigillum Vicariatus *Olomucensis* Ecclesie presentibus est appensum, testimonio literarum. Datum *Cremsirii* anno &c. 99. die XII. mensis Julii.

CCCXLI.

Albertus de Sternberg promittit quibusdam Nobilibus, qui partes illius amplexi fuere, omnimodam indemnitatem. dd. in Ungaricali Broda feria II. die S. Barbaræ 1402. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ ex vernaculo in latinum versum.

Albertus de Sternberg dictus *de Lukow* filius Nobilis Domini *Jesskonis* item *Henslonis* (*a*) recognosco præsentibus literis coram universis, qui eas legent, aut legentes audituri sunt: Quod honorabilibus & strenuis Dominis *Joanni* dicto *de Noslalowa, Petro de Bielotin, Henrico de Raczowicz, Jo-*

(*a*) Jesko est Slavicum, Henslo germanicum Joannis nomen.

Joanni Kaczerow de Kniewicz, & Petro de Krumsin, qui ad me in servitia mea & ad necessitatem meam accesserunt, promittam, & fidejussionem præstem pro omni vero & legitimo damno de domo in domum, imo etiam illis omnibus, quicunque has literas meas acceptaturi essent, sponte & libere idem ipsis promitto citra omnem suspicionem mali & doli. Quodsi illis in servitio meo, meisque necessitatibus aliqua damna legitime probata acciderint, ea omnia supra scriptis promitto secundum eorum bonam fidem sine omni fraude persoluturum, & integre compensaturum. Item me obstringo sine fraude me illis satisfacturum de quocunque incommodo aut præjudicio. Quodsi autem illos dimisero, incumbet mihi, ut eos securo comitatu perducam in castrum prope *Olomucium* ad *Horkam* pertinens, meis impensis & periculo. Huc si eos sine omni percepto damno perduxero, nihil a me prætendendum habebunt. In horum testimonium cum certa scientia sigillum meum his literis appendi. Datum in *Ungaricali Broda* feria secunda in die sancte *Barbare*. Anno Domini millesimo quadringentesimo secundo. (a)

CCCXLII.

Jodocus Marchio Moraviæ dat testimonium avitæ Nobilitatis rite probatæ familiæ Tettau de Tettowe. (hodie Illustrissimæ stirpis Kinskiorum) *dd. Brunæ in vigilia S. Thomæ Apostoli* 1402. Paprocius in Ordine Dominorum p. 379. & Ludevigius T. VI. Reliquiarum p. 81.

CCCXLIII.

Jodoco Marchioni Moraviæ & Brandeburgensi promittunt civitates veteris Marchiæ duobus terminis solutionem septingentarum quinquaginta marcarum. dd. in vigilia omnium Sanctorum 1403. Gerken in Diplomatario veteris Marchiæ T. I. p. 180.

CCCXLIV.

Innocentius VII. demandat Abbati Brzewnoviensi, ut Bernardum Religiosum monasterii Willemoviensis instituat & installet in Rectorem Parochialis ecclesiæ in Walcz Olomucensis Diœcesis. dd. XI. Kal. Junii Pontif. anno I. id est 1404. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Innocencius episcopus seruus seruorum Dei: Dilecto filio Abbati monasterii *Brewnoviensis* prope *Pragam* salutem & Apostolicam benediccionem. Dignum arbitramur, & congruum, ut illis se reddat Sedes Apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Dudum siquidem pie memorie *Bonifacius* Papa VIII. Predecessor noster

(a) Hæc ultima periodus notæ chronologicæ latine iisdem verbis vernaculo instrumento adscripta est.

ster quondam *Johanni Petro de Crisanow* Rectori Parochialis ecclesie in *Walcz Olomucensis* Diocesis de dicta ecclesia, quam prefatus Predecessor monasterio Beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum in *Wylemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis uniuerat, annexuerat, & incorporauerat, & que de iure Patronatus ipsius monasterii, ut Dilecti Filii Abbas & Conuentus monasterii asseuerant, fuerat, quamque per liberam resignacionem bone memorie *Bartholomei* Titulo sancte *Potenciane* Presbiteri *Cardinalis* (eandem ecclesiam tunc ex concessione & dispensacione Sedis Apostolice obtinentis) per eum de illa in manibus dicti Predecessoris sponte factam, & per ipsum Predecessorem admissam apud eandem Sedem vacantem vigore incorporacionis, annexionis, & unionis huiusmodi fuerant pacifice assecuti per reuocacionem unionum per ipsum Predecessorem, videlicet XI. Kalendas *Januarii*, Pontificatus sui anno quarto decimo factam, vacante, & antea disposicioni Apostolice reseruata per suas literas graciose duxit prouidendum, prout in eisdem literis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte Dilecti Filii *Bernhardi Nicolai de Hlota* Monachi monasterii predicti peticio continebat, prefatus Johannes possessione eiusdem ecclesie per eum non habita, extra *Romanam* Curiam fuerit vita functus, & secundum premissa dicta ecclesia adhuc per obitum prefati *Johannis* vacare noscatur: Nos volentes prefatum *Bernhardum*, qui Presbiter, & ut asserit, ordinem ipsum expresse professus existit, apud nos de religionis zelo, vite & morum honestate, aliisque probitatis & virtutum meritis multipliciter commendatum, pro quo eciam dicti Abbas & Conuentus nobis super hoc humiliter supplicarunt, horum intuitu fauore prosequi gracioso, Discrecioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus si per diligentem examinacionem dictum *Bernhardum* bene legere, bene construere, & bene cantare, ac congrue loqui latinis verbis, & alias ydoneum ad dictam ecclesiam obtinendam esse inueneris, eciamsi dictus *Bernhardus* non bene cantaret, dummodo in tuis manibus iuret ad sancta Dei *Euangelia*, quod infra annum a tempore examinacionis huiusmodi computandum bene cantare addiscet, super quibus tuam conscienciam oneramus, ecclesiam predictam, cuius fructus, redditus & prouentus triginta quatuor marcharum argenti puri secundum communem estimacionem, valorem annuum, ut ipse *Bernhardus* asserit, non excedunt, siue ut premittitur, siue alias quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona vacet, eciamsi tanto tempore vacauerit, quod eius collacio iuxta *Lateranensis* statuta Concilii ad eandem Sedem legitime deuoluta, vel ecclesia ipsa disposicioni Apostolice specialiter vel generaliter reseruata existant, ut super eam inter aliquos, cuius

statum

ſtatum haberi volumus preſentibus pro expreſſo in dicta Curia, vel extra eam pendeat indeciſa, dummodo tempore dati preſencium non ſit in ipſa eccleſia alicui ſpecialiter Jus queſitum, cum omnibus Juribus, & pertinenciis ſuis eidem *Bernbardo* auctoritate noſtra conferas & aſſignes; Inducens per te vel alium, ſeu alios eundem *Bernbardum*, vel Procuratorem ſuum eius nomine in corporalem poſſeſſionem eccleſie, iuriumque & pertinenciarum predictorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet detentore, ac faciens ſibi de ipſius eccleſie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuencionibus uniuerſis integre reſponderi, Contradictores auctoritate noſtra, appellacione poſtpoſita, compeſcendo. Non obſtantibus tam felicis recordacionis *Bonifacii* Pape VIII. eciam Predeceſſoris noſtri, quam aliis conſtitucionibus Apoſtolicis contrariis quibuscunque. Aut ſi aliqui ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales vel generales dicte Sedis vel legatorum eius literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibicionem, reſeruacionem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quibus omnibus prefatum *Bernbardum* in aſſecucione dicte eccleſie volumus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecucionem beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu ſi Venerabili Fratri noſtro . . . . Epiſcopo *Olomucenſi*, vel quibusuis aliis communiter vel diuiſim a dicta ſit Sede indultum, quod ad recepcionem vel prouiſionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, quodque de huiusmodi vel aliis beneficiis eccleſiaſticis ad eorum collacionem, prouiſionem, preſentacionem, ſeu quamuis aliam diſpoſicionem coniunctim vel ſeparatim ſpectantibus nulli valeat prouideri, per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali vel ſpeciali, cuiuscunque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de qua cuiusque tenore toto habenda ſit in noſtris literis mencio ſpecialis. Nos enim ſi prefatus *Bernbardus* ad hoc repertus fuerit ydoneus, ut prefertur, ex nunc perinde irritum decernimus & inane, ſi ſecus ſuper hys a quoquam quauis auctoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attemptari, acſi die Dati preſencium eidem *Bernbardo* ad hoc reperto ydoneo de dicta eccleſia cum interpoſicione decreti prouideri mandauiſſemus. Datum *Rome* apud ſanctum Petrum XI. Kalendas Junii, Pontificatus noſtri anno primo.

pro Ja. de Eſculo. *Poggius.*

CCCXLV.

CCCXLV.

Wenceslai Romanorum & Bohemiæ Regis literæ feudales datæ Przemyslao, Johanni, & Nicolao Ducibus Oppaviensibus. dd. Wratislaviæ die Dominico post Assumptionem B. Mariæ Virginis 1404. Sommersberg rer. Siles. T. I. p. 845.

CCCXLVI.

Innovatio & confirmatio successionis hæreditariæ (olim inter Carolum IV. Rom. & Boh. Regem, interque Duces Austriæ erectæ) per Wenceslaum Rom. & Boh. Regem nec non Jodocum & Procopium Marchiones Moraviæ. dd. Budvicii die Lunæ post festum omnium Sanctorum 1404. Lunig Part. spec. Contin. I. p. 68.

CCCXLVII.

Latzko episcopus Olomucensis definit terminos quarundam possessionum Carthusiæ Dolanensis. dd. Olomucii Ind. XII. XIV. Decembris 1404. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 123.

CCCXLVIII.

Jodocus Marchio Moraviæ concedit Carthusiæ Dolanensi quasdam silvas Marchionales. dd. Olomucii ante festum Conversionis S. Pauli 1405. Bern. Pezius ibid. p. 124.

CCCXLIX.

Procopius Marchio Moraviæ confert Carthusiæ Dolanensi omnia bona sua ad castrum Tepenecz spectantia. dd. Brunæ festo S. Viti Mart. 1405. Bern. Pezius ibid. p. 125.

CCCL.

Jodocus Marchio Moraviæ Carthusiam Dolanensem quasi de novo fundat, & peculiaribus quibusque privilegiis communit. dd. Olomucii XVII. Januarii 1406. (*a*) Bern. Pezius c. l. p. 125.

CCCLI.

Consules & Jurati civitatis Olomucensis fatentur de mandato Jodoci Marchionis Moraviæ, quod debeant Marschikoni de Radowesicz, ejusque uxori viginti marcas census annui grossorum Pragensium. dd. Olomucii Dominica ante Nicolai 1406. Ex Autographo Archivi Regii.

Nos Consules & Jurati presentes & futuri, totaque communitas ciuitatis *Olomucensis* recognoscimus tenore presencium uniuersis, quod de speciali mandato Serenissimi Principis & Domini Domini *Jodoci* Marchionis *Brandeburgensis*, Marchionis & Domini *Morauie* nostri Domini gloriosi, & de

(*a*) Ejusdem diplomatis apographum ex quodam vetusto copiario nobiscum communicavit Clar. Pelzelius sibi a Clar. Viro Josepho Wratislao Monse transcriptum.

de censibus gracie sue debitis tenemur & debemus Strenuo *Marschiconi de Radowesicz*, uxori sue, quam nunc habet, *Margarethe*, heredibus eorum, & *Margarethe* puelle filie *Niklassonis Pawrchbrettl* ciuis de *Jegendorf*, & illis, qui presentem literam de bona voluntate eorum habuerit, viginti marcas census annui grossorum *Pragensium*, & *Morauici* numeri soluere & numerare pecuniis in paratis, quas quidem viginti marcas grossorum in festo *S. Wenceslai* proximo simul, & post hoc diuisim per medium in *Georgii*, & medium in Galli festiuitatibus continue secuturis singulis annis de censibus ipsius Domini nostri Marchionis dicto *Marschikoni*, vel suis, ut prescribitur, beneuole porrigere, & dare volumus, & debemus, ac cum nostris successoribus promittimus bona fide, quousque ducente marce grossorum Capitalis ipsis per dictum Dominum nostrum Marchionem, aut suos successores apud nos cum censibus eorum solute fuerint totaliter, & ad plenum. Sub harum quibus nostrum sigillum est appensum sigillum testimonio literarum. Datum Dominica ante *Nicolai*. Anno Domini millesimo quadringentesimo sexto.

CCCLII.

Nonnulli Nobiles Silesiæ fide jubent pro Joanne Duce Oppaviensi, quod Wladislao Regi Poloniæ, & Alexandro Magno Duci Lithuaniæ extradent literas Wenceslai Regis. dd. in Wilna Dominica die post octavas Epiphaniæ 1407. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 951.

CCCLIII.

Jodocus Marchio Moraviæ legat ducentas marcas grossorum in ædificia Dolanensis Carthusiæ. dd. Brunæ feria II. post festum S. Stanislai Mart. 1407. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 127.

CCCLIV.

Literæ, quibus datur potestas Abbati & Conventui Willemoviensi ab Abbate & Conventu Trebecensi, redimendi clenodia oppignorata. dd. feria secunda post diem S. Jacobi anno 1409. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Nos *Naczko* Dei & Apostolice Sedis gracia Abbas, *Andreas* Prior, *Woyslaus* Ecclesiasticus, *Wanico* Senior, totusque Conuentus monasterii sancte *Marie* Virginis in *Trebecz* (*a*) *Vitus* in *Myersin*, *Leo* in *Luba* monasteriorum Prepositi (*b*) Ordinis sancti *Benedicti Olomucensis* Diocesis;

(*a*) Civitas Trebiczium hodie superest, at monasterium turbis Hussiticis pessumdatum est, passimque dicitur ibi stetisse, ubi hodie arcem videre est, estque ditio hodie Senioratus Illustrissimæ familiæ Waldsteiniæ. (*b*) Hæ duæ Præposituræ Ordinis S. Benedicti in Luba & Myersin, verosimillime ad Abbatem & monasterium Trebiczense spectabant, quod

Recognoscimus tenore presencium uniuersis, quod reuoluentes grauissima debita, quibus nos, & monasterium nostrum multipliciter extitit oneratum, & maxime clenodia nostra, videlicet capita argentea, que in montibus *Chutnis* inter *Judeos* & *Christianos* per nos obligari noscuntur; Nosque in pleno nostro consilio & Capitulo solempnibus tractatibus premissis, sano consilio & matura deliberacione prehabitis diuersas habuimus inter nos disputaciones, per quem modum predicta clenodia redimere possemus. In hoc tamen nostra resedit intencio, ad Reuerendum in Christo Patrem, & Dominum *Nicolaum* Abbatem, & Venerabiles Viros Dominos *Bunonem* Priorem, ceterosque Confratres nostros monasterii in *Wylemow* predicti Ordinis *Pragensis* Diocesis ex contracta, & prescripta fraternitate humilibus supplicacionibus, nostris defectibus succurrere pro suffragio, mediante quo predicta clenodia redimi possint. Ideo nos *Naczko* Abbas, *Andreas* Prior, *Vitus* in *Myersin*, *Leo* in *Luba* monasteriorum Prepositi, ac Conuentus supradicti tam in capite, quam in membris Reuerendo in Christo Patri Domino *Nicolao* Abbati *Bunoni* Priori, ceterisque fratribus tocius Conuentus monasterii in *Wylemow* supradicti plenam damus potestatem, predicta clenodia seu capita argentea, in summa, qua obligata noscuntur, usque ad summam sexaginta sexagenarum grossorum *Pragensium* exsoluendi, & in ipsorum potestate retinendi tamdiu, quousque eadem clenodia ad nos duxerimus exsoluenda. Sin autem Domini *Nicolaus* Abbas, *Buno* Prior, totusque Conuentus monasterii in *Wyllemow* supra dicti aliqua necessitate preuenti predicta clenodia ulterius seruare non possent, & in casu si eadem exsoluere non possemus, extunc ipsis plenam tribuimus auctoritatem, predicta clenodia in forte predicta inter *Christianos* & *Judeos* obligandi, & eciam si necesse fuerit vendendi, ipsorum sine dampno, prout ipsis melius videbitur expedire, nullo nobis aminiculo Juris, legis, vel Canonis contra premissa suffragante. In cuius rei euidenciam, & robur sigilla nostra, videlicet Abbatis & Conuentus predictorum presentibus sunt appensa. Datum anno Domini millesimo quadringentesimo nono, feria secunda post diem sancti *Jacobi*.

CCCLV.

Jodocus Marchio Moraviæ & Brandeburgensis confirmat civitati Stendal privilegium immunitatis a telonio. dd. Tangermundæ die Martis post Jacobi 1409. Gerken in Diplom. vet. March. T. I. p. 180.

CCCLVI.

quod ex his literis recte conjicitur. Pulkava ad annum 1235. *Lub* dicit claustrum Ord. S. Benedicti ante Brunam situm fuisse.

CCCLVI.

Jodocus Marchio Moraviæ & Brandeburgensis cedit certam summam pecuniæ civitati Sidendal in certos usus. dd. Brandeburg. in vigilia S. Laurentii 1409. Gerken ibid. p. 181.

CCCLVII.

Conradus episcopus Olomucensis confirmat nomine Wenceslai Boh. Regis erectionem altaris S. Catharinæ in ecclesia S. Leonardi majoris civitatis Pragensis. dd. Pragæ XVII. Februarii 1410. Hammerschmid in Prodr. Glor. Prag. p. 159.

CCCLVIII.

Wenceslaus Rom. & Boh. Rex confirmat post mortem Jodoci Marchionis Moraviæ omnia privilegia Ordinibus Marchionatus Moraviæ. dd. XIV. Kal. Martii 1411. Weleslavina in Calendario p. 90.

CCCLIX.

Wenceslaus Rom. & Boh. Rex confirmat omnia privilegia Carthusiæ Dolanensi. dd. Pragæ XVII. Martii 1411. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 128.

CCCLX.

Nicolaus Ubaldini Archidiaconus Prerovienfis Olomucensis Diœcesis & Canonicus Wissebradensis eligitur arbiter cujusdam controversiæ Capituli Litomericensis. dd. 6. Junii 1411. Balbinus Dec. I. L. 5. p. 159.

CCCLXI.

Wenceslaus Rom. & Boh. Rex confirmat civitati Olomucensi emporium a Carolo IV. & Joanne Marchione Moraviæ concessum. dd. Pragæ XXVII. Novembris 1411. Ex Collectione Thomæ Pessinæ Bibliothecæ Duxoviensis. Ex vernaculo in latinum translatum.

Nos *Wenceslaus* Dei gratia *Romanorum* Rex semper Augustus & *Bohemiæ* Rex notum facimus his literis universis, quod quondam Illustris Princeps *Joannes* Marchio *Moraviæ* patruus noster charissimus ex consilio & mandato Serenissimi Principis Domini *Caroli* pro tunc *Romanorum* & *Bohemiæ* Regis civibus nostris civitatis *Olomucensis* depositionem generalem mercium concedere dignatus sit ea quidem ratione, ut unus quisque mercator, qui ex *Imperio, Bohemiæ* ac *Poloniæ* regno, *Cracovia*que, aut aliunde & ex aliis provinciis his regnis adsitis merces advecturus est, easdem *Olomucii* deponat, vendat, & isthic vendere teneatur, quemadmodum in prænominati Marchionis literis plenius continetur. Cum igitur & nos bonum & utilitatem civium, incolarumque prædictæ civitatis *Olomucensis* promovere omni modo studeamus, eorum precibus inclinati non per errorem, sed ex

ex certa scientia prænominatam depositionem mercium in eadem civitate *Olomucensi* inviolabiliter conservatam volumus, nominatimque statuimus, ut omnes mercatores ex antedictis provinciis & locis merces suas cujuscujus demum generis advecturi vel allaturi, easdem in civitate *Olomucensi* deponere, & intra tres dies sibi succedentes vendere teneantur, quas si intra triduum vendere haud poterunt, eas denuo evehere sine cujuscunque contradictione atque impedimento possint ac valeant. Quod his literis singillatim cautum volumus citra privilegii imminutionem, quo nominatis civibus libertates & gratiæ speciales a Prædecessoribus Marchionibus Moraviæ concessæ vel confirmatæ fuerunt. In quorum robur sigillum nostrum his literis appendi jussimus. Datum Pragæ XXVII. Novembris anno Domini 1411. regnorum nostrorum 49. Romani vero 36. (*a*)

CCCLXII.

Sigismundus Imperator Georgium de Lithtenstein Georgii Nicolsburgensis filium episcopum Tridentinum in S. R. I. Principum numerum ob præclaras virtutes & merita adsciscit. dd. Budæ 25. *Junii* 1412. Collectanea Archivi Statuum Infer. Austriæ p. 203.

CCCLXIII.

Joannes XXIII. Papa incorporat ecclesias Parochiales in Zdiar & in Lauznicz Olomucensis diœcesis monasterio in Zdiar Ordinis Cisterciensis. dd. Romæ Pontificatus anno III. id est 1413. Balbinus Dec. I. L. 5. p. 191.

CCCLXIV.

Institutio Plebani in Widra Olomucensis Diœcesis ad præsentationem Præpositi Zderasiensis facta. dd. Olomucii die 5. *Maji anno* 1414. Ex Autographo Archivi Zderasiensis.

Nos *Sulico de Zelezna* Canonicus *Olomucensis* Vicarius in spiritualibus, & Curie Episcopalis *Olomucensis* Officialis notum facimus tenore presencium uniuersis, quod ad presentacionem & peticionem Venerabilis Viri Domini Prepositi monasterii *Sderasiensis Pragensis*, sacrosancti Sepulchri *Jerosolimitani* ad Ecclesiam Parrochialem in *Wydra* per liberam resignacionem Fratris *Petri Salcz* ultimi & immediati Rectoris eiusdem vacantis Religiosum fratrem *Mathiam* in Rectorem legittimum instituimus & Plebanum, in qua prefatus Dominus Prepositus Jus Patronatus & presentandi dinoscitur obtinere, sibi curam animarum & administracionem spiritualium & temporalium in eadem iuxta nostri Officii debitum in Dei nomine committentes,

(*a*) In eadem collectione Duxoviensi exstat & alterum ejusdem Wenceslai diploma eodem anno, eodemque die datum, quo omnibus & singulis Moraviæ Proceribus, Quæstoribus, Camerariis &c. præcipitur, ut cives Olomucenses circa hujus privilegii jura tueantur.

tes, harum quibus sigillum Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* presentibus est appensum testimonio literarum. Datum *Olomucz* anno Domini MCCCCXIIII. die quinta Mensis *Maji.*

CCCLXV.

Wenceslaus Rom. & Boh. Rex discordias inter fratres Tetauer de Tetowe componit. dd. Pragæ VI. Junii 1415. Paprocius in Ordine Dominorum p. 378.

CCCLXVI.

Testamentum M. Joannis Moravi Archidiaconi Litomericensis & Canonici Pragensis, quo Procopio de Cladrub Decano ecclesiæ Pragensis ex allodio villæ Studnicz Olomucensis Diœcesis quingentas sexagenas legat pro altari in ecclesia S. Viti. dd. VIII. Septembris 1415. Balbinus Dec. I. L. 5. p. 305.

CCCLXVII.

Literæ minaces & acerbæ Procerum Bohemiæ atque Moraviæ datæ ad Concilium Constantiense. dd. Pragæ II. Decembris 1415. Leibnit. C. I. G. D. Mant. Part. II. p. 103.

CCCLXVIII.

Martinus V. Joannem episcopum Olomucensem propter vicinitatem simul constituit episcopum Litomissliensem. dd. Constantiæ XVI. Calendas Martii Pontificatus anno I. id est 1418. Berghauer in Proto-M. Pœnit. p. 272.

CCCLXIX.

Martinus V. Joannem Litomissliensem episcopum in episcopatu Olomucensi confirmat. dd. Constantiæ XVI. Calendas Martii Pontif. anno I. id est 1418. Berghauer ibidem.

CCCLXX.

Copia literarum Sigismundi Rom. & Hungariæ Regis ad Proceres Bohemiæ & Moraviæ datarum propter dissidia & factiones in causa Hussi. dd. . . . (*a*) Goldastus in Appendice Docum. p. 111.

CCCLXXI.

Instrumentum publicum Wenceslai Abbatis Gradicensis Ord. Præmonst. super literis seu Decreto Pontificio Joannis Papæ, concernente institutionem & investituram Martini de Wrd Religiosi de monasterio Willemoviensi ad Ecclesiam Parochialem in Leupratitz Olomucensis Diœcesis. dd. in monasterio Gradicensi 24. Octobr. anno 1418. Ex Autographo Archivi Brevnoviensis.

Re-

(*a*) Literæ hæ carent nota chronologica, pertinent autem ad annum 1417. seu certe 1418.

Reuerendo in Cristo Patri, ac Domino Domino . . . *Olomucensi* Episcopo, vel eius in spiritualibus Vicario generali, aut Officiali; nec non Venerabili Patri . . . Domino Abbati monasterii in *Wylemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis, omnibusque aliis, & singulis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, condicionis, aut preeminencie existant, quorum interest, vel interesse poterit, & quos infra scriptum trahit negocium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum communiter, vel diuisim. *Wenceslaus* miseracione Diuina Abbas monasterii *Gradicensis* sancti *Stephani* Canonicorum Regularium Ordinis *Premonstratensis* extra muros *Olomucenses*, Executor unicus ad infra scripta a Sede Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, & mandatis nostris huiusmodi, ymo verius Apostolicis firmiter obedire. Literas sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Johannis* Diuina prouidencia Pape vicesimi tercii, eius vera bulla plumbea in filis canapinis pendente more *Romane* Curie bullatas, sanas, integras, omnique vicio prorsus & suspeccione carentes nobis per discretum Virum Dominum *Martinum de Wrd* monachum predicti monasterii in *Willemow* infra scriptum coram Notario publico, & testibus infra scriptis presentatas, nos cum ea, qua decuit reuerencia recepisse nouiter per omnia in hunc, qui sequitur, modum:

Johannes Episcopus, seruus seruorum Dei. Dilecto filio . . . Abbati monasterii *Gradicensis* prope *Olomucz* salutem & Apostolicam benediccionem. Dignum arbitramur, & congruum, ut illis se reddat Sedes Apostolica graciosam, quibus ad id propria virtutum merita laudabiliter suffragantur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii *Martini de Wrd* monachi monasterii in *Willemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis peticio continebat, quod olim Parrochialis Ecclesia in *Leupraticz Olomucensis* Diocesis, quam quondam *Nicolaus Mikesch* ipsius Ecclesie Rector, dum viueret, obtinebat, per eiusdem *Nicolai* obitum, qui extra *Romanam* Curiam diem clausit extremum, vacante, dilectus filius *Nicolaus* Abbas dicti monasterii ad quem tunc Abbatem pro tempore existentem presentacio persone idonee in Rectorem ipsius Ecclesie de antiqua, & approbata, ac hactenus pacifice obseruata consuetudine pertinebat, eundem *Martinum* prefatam Ecclesiam sic vacantem, & per monachos dicti monasterii gubernari consuetam Venerabili fratri nostro *Conrado* Episcopo Olomucensi infra tempus legitimum presentauit, idemque Episcopus pridem *Martinum* in Rectorem ipsius Ecclesie auctoritate ordinaria instituit, prefatusque *Martinus* eandem Ecclesiam vigore presentacionis & institucionis predictarum extitit pacifice assecutus. Cum autem sicut eadem peticio subiungebat,

idem

idem *Martinus* dubitet, presentacionem & institucionem predictas ex certis causis, iuribus non subsistere, & sicut accepimus, predicta Ecclesia adhuc, ut prefertur, vacare noscatur. Nos volentes predictum *Martinum*, aput nos de Religionis zelo, vite, & morum honestate, aliisque probitatis, & virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu fauore prosequi graciose, Discrecioni tue per Apostolica scripta mandamus, quatenus si post diligentem examinacionem eundem *Martinum* ad hoc ydoneum esse repereris, super quo tuam consicienciam oneramus, Ecclesiam predictam, cuius fructus, redditus & prouentus sex marcharum argenti secundum communem estimacionem valorem annuum, ut idem Martinus asserit, non excedunt, siue premisso, siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscunque persona vacet, eciamsi ipsa Ecclesia disposicioni Apostolice specialiter reseruata existat, dummodo tempore date presencium non sit in ea alicui Jus quesitum, cum omnibus iuribus, & pertinenciis suis prefato *Martino* auctoritate nostra conferas, & assignes, inducens per te vel alium, seu alios eundem *Martinum*, vel Procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem Ecclesie, iuriumque & pertinenciarum predictorum, & defendens inductum amoto exinde quolibet illicito detentore, ac faciens sibi de ipsius Ecclesie fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus & obuencionibus uniuersis integre responderi, contradictores auctoritate nostra appellacione postposita compescendo, non obstantibus quibuscunque statutis, & consuetudinibus monasterii & Ordinis predictorum contrariis, iuramento, confirmacione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis. Aut si aliqui super prouisionibus sibi faciendis de Parrochialibus Ecclesiis, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis in illis partibus speciales, vel generales dicte Sedis, vel legatorum eius literas impetrarint, eciamsi per eas ad inhibicionem, reseruacionem, & decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus dictum *Martinum* in assecucione Ecclesie predicte volumus anteferri, sed nullam per hoc eis quoad assecuracionem Parrochialium Ecclesiarum, aut beneficiorum aliorum preiudicium generari. Seu si Episcopo *Olomucensi*, ac Abbati dicti monasterii pro tempore existentibus, vel quibusuis aliis communiter, vel diuisim a predicta sit Sede indultum, quod ad recepcionem, vel prouisionem alicuius minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, quodque de huiusmodi Parrochialibus Ecclesiis, vel aliis beneficiis Ecclesiasticis ad eorum collacionem, prouisionem, presentacionem, seu quamuis aliam disposicionem coniunctim, vel separatim spectantem nulli valeat prouideri per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad

ver-

verbum de indulto huiusmodi mencionem, & qualibet alia dicte Sedis indulgencia generali, vel speciali, cuiuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam, vel totaliter non insertam effectus earum non impediri valeat quomodolibet vel differri, & de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris literis mencio specialis. Nos enim, si dictus *Martinus* ad hoc repertus fuerit ydoneus, ut prefertur, extunc perinde irritum decernimus, & inane, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari acsi die data presencium eidem *Martino* ad hoc reperto idoneo de prefata Ecclesia cum interposicione decreti prouideri mandauissemus. Datum *Rome* aput sanctum *Petrum* 6. Idus *Aprilis*, Pontificatus nostri anno tercio.

Post quarum quidem literarum Apostolicarum presentacionem & recepcionem fuimus per prefatum Dominum *Martinum* cum instancia requisiti, ut ad execucionem earundem literarum Apostolicarum & contentorum eisdem procedere dignaremur, iuxta traditam a Sede Apostolica nobis formam. Nos igitur *Wenceslaus* Abbas Executor supradictus volentes mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, ut tenemur, Auctoritate Apostolica, nobis in hac parte commissa de ydoneitate predicti Domini *Martini* & aliis circumstanciis inquisiuimus diligenter, & quia ipsum ex testimonio fide digno, & alias per diligentem examinacionem habilem, & idoneum reperimus, ideoque ipsum Dominum *Martinum* ad obtinendum dictam in *Leupraticz* Ecclesiam habilem fore, & idoneum declarauimus, sibique dictam Ecclesiam in *Leupraticz* cum omnibus iuribus & pertinenciis suis Auctoritate Apostolica nobis concessa iuxta formam & modum prescriptarum literarum Apostolicarum contulimus, ac ipsum per imposicionem earundem literarum ad caput suum inuestiuimus, (*a*) ac ad realem possessionem induximus, nec non conferimus, inuestimus, & inducimus per presentes, prout melius possumus, & debemus de eadem, que omnia & singula vobis Domino . . . Episcopo *Olomucensi*, & Abbati & Conuentui monasterii in *Willemow* supradictis, omnibusque aliis & singulis, ad quem, vel ad quos dicte Ecclesie in *Leupraticz* prouisio, collacio, presentacio, seu queuis alia disposicio pertinet, communiter vel diuisim, aut qui interesse sua quomodolibet putauerint, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, intimamus, notificamus, & insinuamus, ac ad vos & vestrum quemlibet noticiam deducimus, & deduci volumus per presentes. Quocirca vos Dominum . . . Episcopum *Olomucensem* vestrumque in spiritualibus Vicarium generalem, aut Officialem, nec non Dominos Abbatem &

(*a*) Hem ritus illius temporis inuestiendi in Parochias auctoritate Apostolica.

& Conuentum in *Willemow* ſupradictos, omneſque alios & ſingulos ſupra dictos, quorum intereſt, vel intererit, aut intereſſe poterit quomodolibet in futurum communiter vel diuiſim auctoritate Apoſtolica, qua fungimur in hac parte, requirimus, & monemus primo, ſecundo, tercio, & peremptorie, vobisque nihilominus, & veſtrum cuilibet in virtute ſancte obediencie, & ſub penis infra ſcriptis diſtricte precipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpacium a preſentacione, notificacione, & inſinuacione preſencium vobis, ſeu alteri veſtrum factis ſe continue & immediate ſequentibus, quorum dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, reliquos duos vobis uniuerſis & ſingulis ſupra ſcriptis pro tercio & peremptorio termino, ac monicione Canonica prefigimus, & aſſignamus, quatenus dictum Dominum *Martinum*, vel Procuratorem eius ſuo nomine, ad dictam Parrochialem in *Leupraticz* Eccleſiam per dictum Dominum noſtrum Papam, & per nos ſibi collatam, nec non ad corporalem poſſeſſionem ipſius Eccleſie, iuriumque & pertinenciarum ſine difficultate qualibet, ut moris eſt, recipiatis, & admittatis, ſibique vel Procuratori ſuo eius nomine de ipſius Eccleſie fructibus, redditibus, prouentibus, & obuencionibus uniuerſis, prout ad vos, & veſtrum quemlibet, ſinguloſque alios communiter vel diuiſim pertinet, reſpondeatis, & faciatis ab aliis integraliter reſponderi, & ſi aliquid forte de dicta Parrochiali Eccleſia in preiudicium dicti Domini *Martini* diſpoſuiſtis, vel ordinaſtis, illud infra predictum terminum reuocetis, & reuocare faciatis cum effectu, alioquin ſi forte premiſſa non adimpleueritis, vel aliquid in contrarium feceritis, aut mandatis & monicionibus noſtris huiusmodi, imo verius Apoſtolicis non parueritis cum effectu, in vos omnes & ſingulos ſupra & infra ſcriptos, qui in premiſſis vel aliquo premiſſorum delinqueritis, ſeu delinquerint, quoquo modo, nec non in contradictores quoslibet, & rebelles ac impedientes dictum Dominum *Martinum*, vel Procuratorem ſuum ſuper premiſſis, in aliquo aut impedientibus ipſum, dantibus auxilium, conſilium, vel fauorem publice vel occulte, quo minus predicta omnia & ſingula ſuum debitum ſorciantur effectum, cuiuscunque dignitatis, ſtatus, ordinis, vel condicionis exiſtant, ex nunc, prout ex tunc, dicta Canonica monicione premiſſa, in his ſcriptis ſingulariter in ſingulos excommunicacionis, in Abbatem vero ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſie, & in Conuentum ac monaſterium in *Willemow* predictos Interdicti ſentencias in his ſcriptis ferimus, & promulgamus. Vobis vero Domino Epiſcopo *Olomucenſi*, cui ob reuerenciam veſtre Pontificalis dignitatis duximus deferendum in hac parte, ſi contra premiſſa, vel aliquo premiſſorum feceritis, per vos, vel ſubmiſſam perſonam publice vel occulte

te ex nunc, prout extunc predicta monicione Canonica premissa, ingressum Ecclesie interdicimus in his scriptis. Si vero predictum interdictum per alios sex dies, prefatos sex immediate sequentes sustinueritis, vos in his scriptis, predicta Canonica monicione premissa, suspendimus a Diuinis. Verum si prefati interdicti, & suspensionis sentencias per alios sex dies, prefatos duodecim immediate sequentes, animo sustinueritis, quod absit, indurato, vos in his scriptis Canonica monicione premissa excommunicacionis sentencia innodamus. Ceterum cum ad execucionem huiusmodi ulterius faciendam non possimus personaliter interesse, aliis arduis negociis prepediti, Venerabilibus, & Discretis Viris Dominis uniuersis, & singulis monasteriorum Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Thezaurariis, Scolasticis, Cantoribus, aut eorum vices gerentibus, tam Cathedralium quam Collegiatarum Ecclesiarum Canonicis, Presbyteris, Curatis, & non Curatis, Parrochialium Ecclesiarum Rectoribus, Vice-Capellanis, Clientibus, Tabellionibus, & Notariis publicis per Ciuitatem & Diocesim *Olomucensem*, & alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum super ulteriori execucione predicti mandati Apostolici, atque nostri committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus reuocandas, sub excommunicacionis pena, quam in ipsos, & eorum quemlibet, trium tamen dierum monicione Canonica preuia ipso facto, si ea, que eis in hac parte committimus, mandamus, neglexerint, seu recusauerint, vel distulerint, contumaciter adimplere, ferimus in his scriptis, districte percipiendo, mandantes, quatenus ipsi, vel eorum alter, qui super premissis ab eodem Domino *Martino*, vel eius Procuratore legitimo fuerint requisiti, seu fuerit requisitus, ad vos Dominos . . . Episcopum *Olomucensem*, & Abbatem, ac Conuentum monasterii in *Wyllemow*, & dictam Ecclesiam in *Leupraticz* personaliter accedant, vel accedat, & prefatas literas Apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta vobis & cuilibet vestrum quorum interest, vel intererit, ubi, & quando expediens fuerit, communiter, vel diuisim, denuncient, legant, insinuent, & publicari procurent, ut eundem Dominum *Martinum*, vel Procuratorem suum pro eo in corporalem possessionem dicte Parrochialis Ecclesie in *Leupraticz*, Juriumque & pertinenciarum predictorum inducatis, seu inducant, auctoritate nostra, ymo verius Apostolica, & defendant inductum, amoto ab eodem quolibet illicito detentore, quem eciam & nos ex nunc prout extunc tenore presencium amouemus, & denunciamus amotum, decernentes eciam sicut per prefatum Dominum nostrum Papam decretum est, prout nos eciam per presentes decernimus irritum, & inane, si secus super his a quoquam

quam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter attemptatum est, vel contigerit in futurum attemptari, facientes ipsum Dominum *Martinum*, vel dictum Procuratorem suum pro eo ad eandem Parrochialem Ecclesiam in *Leupraticz* admitti, sibique vel dicto Procuratori suo pro eo de ipsius Ecclesie Parrochialis fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuencionibus uniuersis integre responderi, mandatum nostrum super premissis omnibus & singulis in hac parte commissum plenarie exequendo iuxta traditam, seu directam a Sede Apostolica nobis formam. Ita tamen, quod predicti nostri subdelegati, aut quicunque alius, quibuscunque negocium huiusmodi committimus, nihil in preiudicium dicti Domini *Martini* vel Procuratoris sui valeant attemptare, nec eciam supra scriptas penas per nos latas absoluendo, vel suspendendo quidquam possint immutare. Etsi contingat nos in aliquo procedere super premissis, de quo nobis potestatem omnimodam reseruamus; non interdicimus propter hanc nostram commissionem predictam in aliquo reuocare, nisi de reuocacione huiusmodi specialis, & expressa mencio in nostris literis habeatur. Per processum autem nostrum huiusmodi nolumus, nec intendimus nostris in aliquo preiudicare collegis, quo minus ipsi vel eorum alter, seruato tamen hoc nostro processu, possint in huiusmodi negocio, per se, alium, vel alios procedere, prout eis, vel eorum alteri videbitur expedire. Absolucionem vero omnium & singulorum, qui prefatas nostras sentencias, vel earum aliquam incurrerint, quoque nobis, vel superiori nostro tantummodo reseruamus. Prefatas quoque literas Apostolicas, & hunc nostrum processum, ac omnia, & singula in eis contenta volumus penes eundem Dominum *Martinum*, vel Procuratorem suum remanere, & non per vos, vel aliquem vestrum contra ipsius Domini *Martini* & Procuratoris sui voluntatem quomodolibet detinere. Contrarium vero facientes prefatas nostras sentencias per nos latas incurrere volumus ipso facto. Mandamus tamen eidem Domino *Martino*, vel dicto Procuratori suo, ut vobis, si pecieritis, vel habere volueritis, copiam faciatis de premissis, vestris tamen sumptibus & expensis. In quorum omnium & singulorum premissorum fidem & testimonium, presentes nostras literas, seu presens publicum instrumentum huiusmodi nostrum processum continens per Notarium publicum infra scriptum publicari, & subscribi mandauimus, nostrique sigilli appensione iussimus muniri. Datum & actum in monasterio nostro *Gradicensi* predicto, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo octauo, Indiccione II. die 24. mensis Octobris hora terciarum, vel quasi. Presentibus Honorabilibus & Discretis Viris Dominis *Slawiboria* dicto *Holub*, & *Petro* dicto *Rabko* fratribus professis monasterii predicti,

dicti, ac *Martino de Holessow* Notario publico, & aliis pluribus testibus fide dignis circa premissa constitutis.

* Et ego *Jacobus* olim *Joannes de Pyeska Pragensis* Diocesis, auctoritate Imperiali publicus Notarius, scribaque causarum coram Domino Abbate supra dicto prescriptarum literarum Apostolicarum presentacioni, recepcioni, procuracioni, execucioni, examinacioni, idoneitatis declaracioni, penarum, & sentenciarum fulminacioni, omnibusque aliis, & singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent, & agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi, sed aliis negociis arduis magis prepeditus, per alium fideliter scribi procuraui, & me his manu propria subscribens, in hanc formam publicam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis una cum appensione sigilli Domini Abbatis sepe dicti & de suo mandato speciali consignaui in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

CCCLXXII.

Allsso pseudo-episcopus (*a*) *Olomucensis & Litomisslienfis transigit cum Joanne de Smilkow de certis expensis nomine episcopatus Olomucensis & Litomisslienfis contractis. dd. Litomisslii die Mercurii ante S. Thomæ Apostoli* 1420. Ex Autographo Archivi Regii, ex vernaculo in latinum translatum.

Nos Sacerdos *Allsso* (*b*) Dei miseratione episcopus *Litomisslienfis* recognoscimus his literis universis, qui eas visuri, vel legentes audituri sunt: Quod plene & integre perceperimus omnia ratiocinia Consultissimi Viri *Joannis de Smilkow* residentis in *Kostelecz* amici nostri super expensis, quas suis

(*a*) De hoc pseudo-episcopo hæc scribit Augustinus in catalogo episcoporum Olomucensium sub legitimo episcopo Joanne de Praga p. 285. *Joannes de Praga variam fortunam expertus est adversante sibi Venceslao Romanorum & Bohemiæ Rege, ad cujus importunitatem quidam Allso Canonicus Vissegradensis favore hæreticorum & Conradi Archiepiscopi Pragensis pro Olomucensi episcopo per factiosos quosdam Canonicos fuit electus. Verum quum ea de re coram sacro Concilio Constantiensi controversium esset, Joannis electio approbatur adeo, ut in Cardinalium etiam cœtum sub titulo sancti Ciriaci fuerit aggregatus. Qui tandem nutu Martini Quinti Pontificis max. anno Christi quadringentesimo vigesimo sexto supra millesimum universo Clero & populo sibi occurrente & applaudente in sedem suam reponitur.* Ceterum cum ut ante Num. CCCLXIX. vidimus, Martinus V. Joannem episcopum Olomucensem propter vicinitatem simul episcopum Litomisslienfem constituerit, idem sibi hic pseudo episcopus Allso arrogare ausus. (*b*) Passim hactenus nomen *Alesf* seu *Allsso* pro *Alexii* nomine acceptum fuit, at ex hoc instrumento convincitur nomen *Alberti* fuisse; Nam idem pseudo-episcopus, qui se in literis suis *Alesf* scribit, in epigraphe sigilli sui se *Albertum* vocat. Quod me jam eo magis confirmat, cum non meminerim me adhuc inter baptismalia nomina his seculis nomen bohemicum *Woytiech* seu *Adalberti* (qui tamen Patronus maximus patriæ nostræ est) legisse, ut itaque *Allsso* tum idem quod *Albertus* seu *Adalbertus* notaverit.

ſuis pecuniis præſtitit partim in redimendo caſtra noſtri epiſcopatus *Olomucenſis*, partim in ſolvendo debita defuncti *Patriarchæ* (*a*) Conſtantiam alioque miſſa, partim etiam in impenſas epiſcopatus *Litomiſslienſis* factas. Super his omnibus expenſis convenimus utriusque bona voluntate, adeo ut ſupra nominato *Joanni* juxta memorata ratiocinia obligati perſiſtamus in quatuor millibus ſexagenarum groſſorum argenteorum. Quibus quidem ratiociniis nobis magnam benevolentiam præſtitit, de qua illi multam habemus gratiam. In horum teſtimonium cum certa noſtra ſcientia & voluntate noſtrum ſigillum, & ad preces noſtras ſigilla *Rinbarti de Wrzezie* fratris noſtri, nec non *Przibiconis de Uodlochowicz* his literis appenſa ſunt. (*b*) Quæ datæ & ſcriptæ ſunt *Litomiſslii* anno a Nativitate filii Dei milleſimo, quadringenteſimo vigeſimo die Mercurii ante *S. Thomæ* Apoſtoli.

CCCLXXIII.

Sigiſmundus Rex Rom. & Boh. concedit Hartvico de Lichtenſtein facultatem in ditionibus ſuis Moravicis cujuscunque generis metalla exquirendi, fodinasque excitandi. dd. Brunæ die Veneris ante Pentecoſten 1421. Collectanea Archivi Statuum Infer. Auſtriæ p. 202.

CCCLXXIV.

Barones Huſſitici Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ congregati Czaslaviæ ſeptemdecim articulos gravaminum adverſus Sigiſmundum Rom. Regem proponunt. dd. Czaslaviæ Sabbatho poſt Marcelli 1421. Goldaſtus in Append. Docum. p. 117.

CCCLXXV.

Iidem Barones tam Pragæ quam Czaslaviæ congregati Marchionem Moraviæ, civitatesque Luſatiæ hortantur, ut pro ſua fidelitate, quam debent coronæ Bohemiæ, ſibi præſente turbato rerum ſtatu aſſiſtant, niſi malint ut adverſus ipſas omnes ſimul inſurgant. dd. Czaslaviæ Sabbatho poſt Marcelli 1421. Goldaſtus ibidem p. 121.

CCCLXXVI.

Capitulum Pragenſe recedens ab obedientia Conradi prætenti Archiepiſcopi Pragenſis Joannem Olomucenſem epiſcopum conſtituit Archiepiſcopatus Pragenſis adminiſtratorem. dd. Zittaviæ die 21. *Julii* 1421. Peſſina in Phoſphoro ſepticorni p. 219.

(*a*) Hic Patriarcha fuit Antiochenus, *Wenceslaus Kralik* nomine, epiſcopus Olomucenſis, de quo Auguſtinus c. l. p. 284. *Hic ſub obtentu adeundi ſacri Conſtantienſis Concilii magnam vim argenti a Capitulo mendaciter extorſerat, quam Pragam uſque procedens abligurivit &c.* Ceterum falſus idem Auguſtinus dum eum uſque ad annum 1426. ſupervixiſſe ait, quem ex his & Martini V. Bulla apud Berghauer p. 273. jam anno 1418. mortuum fuiſſe certum eſt. (*b*) Hæc ſigilla eodem Num. CCCLXXIII. excuſa damus. Ceterum hoc inſtrumentum magni æſtimandum.

CCCLXXVII.

Literæ Sophiæ Romanorum & Bohemiæ Reginæ ad Joannem episcopum Olomucensem, Administratorem seu Gubernatorem Archiepiscopatus ecclesiæ Pragensis. dd. Posonii die 16. *Aprilis* 1422. Pessina ibidem p. 602.

CCCLXXVIII.

Constitutiones Brandæ Cardinalis Placentini Legati Apostolici & Visitatoris, nec non Reformatoris constituti a Martino Papa V. pro regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ. dd. Moguntiæ die 26. *Novembris* 1422. Ludevigius Reliquiarum Tomo XI. p. 384.

CCCLXXIX.

Martinus V. constituit Brandam Cardinalem Visitatorem & Reformatorem per Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ. dd. Romæ apud S. Petrum XVI. Kal. Januarii 1422. Ludevigius ibidem p. 407.

CCCLXXX.

Sigismundus Rom. & Boh. Rex concedit Alberto Austriæ Duci, ejusque uxori Elisabethæ filiæ suæ Marchionatum Moraviæ in feudum. dd. Budæ die Lunæ post S. Michaelis 1423. (*a*) Goldastus in Beylagen p. 273.

CCCLXXXI.

Albertus Dux Austriæ & Elisabetha conjux illius recognoscunt se Marchionatum Moraviæ in feudum accepisse. dd. Budæ die Dominico post Michaelis 1423. Goldastus ibidem p. 283.

CCCLXXXII.

Compromissio Alberti de Sternberg in Petrum de Krawarz ad componendam controversiam inter se & fratrueles suos Georgium atque Lackonem de Sternberg de medietate castri Lukow & Holessow. dd. in Helfenstayn die Martis in festo S. Stanislai 1425. Ex Historia Diplomatica Domus Sternbergicæ, ex vernaculo in latinum versum.

Albertus de Sternberg dictus *de Lukow* recognosco his literis coram universis, qui eas visuri, aut legentes audituri sunt, quod propter omnes illas dissensiones, & controversias, quæ inter me & Nobiles Dominos *Georgium* atque *Lackonem* fratres *de Sternberg* & *de Lukow* fratrueles meos exortæ fuerunt ob medietatem arcis *Lukow* & castri *Holessow*, & ob ditiones & terras eo pertinentes, item ob alia bona & literas conventionum inter me, eorumque prædecessores erectas, accesserim, & vi harum literarum cum plena potestate accedam ad Nobilem Dominum *Petrum de Krawarz* & *de Straznicz* tanquam ad plenipotentiarium conciliatorem & arbitrum, promittam-

(*a*) Sigismundus alio diplomate eodem die & anno dato hanc feudi collationem confirmavit.

mittamque sub mea fide nobili & honore, sub amissione causæ totius, de qua agitur, quod grato & prompto animo velim suprascripti Domini *Petri de Sternberg* partitionem, decisionem, & arbitramentum suscipere, eidem finaliter acquiescere, præteritorum nullam unquam seu verbo seu facto memoriam resuscitare, nihilque prorsum infringere. In rei hujus confirmationem, & majorem certitudinem cum certa mea scientia sponte & ultro sigillum meum his literis appendi. Exoravi Nobiles Dominos: Dominum *Joannem de Krawarz* & *de Giczin*, (a) *Petrum de Konicz* dictum *de Tymcze, Ctiborium de Czymburg* & *de Krzidla, Joannem de Czymburg* & *de Towaczow, Ctiborium de Czymburg* & *de Drabotauss*, & *Zbinconem de Stralekh* dictum *de Wssebowicz*, ut quoque sua sigilla penes meum certa sua scientia his literis appenderint. (b) Quæ datæ & scriptæ sunt in *Helffenstayn* die Martis festo S. Stanislai anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

CCCLXXXIII.

Sigismundus Rom. & Boh. Rex, & Albertus Marchio Moraviæ profitentur sese vidisse, & recognovisse literas Wenceslai Ducis Mazoviæ. dd. Viennæ 20. Martii 1426.

CCCLXXXIV.

Przemko Dux Oppaviansis, Wenceslaus & Nicolaus fratres obligant Joanni Maczner Oppaviam civitatem & Lupschitz sub annuo censu quinque marcarum gravium ob summam quinquaginta marcarum sibi numeratam. dd. Lupschitz octava die post Michaelis 1426. Ex Autographo Archivi Regii.

Wir Przemko von Gottes Genaden Herczog und Herre zu Troppau, und wir Wenczlaw und Niclas Gebrüder von demselbigen Gottes Genaden Herczoge und Erblinge zu Troppau bekennen offentlich allen den, di disen Prieff sehen oder heren lesen, daß wir durch des egenanten Hercog Niclas notdorfftwillen recht und redlich verkaufft haben, und vorkauffen in Krafft dises Brieves in und uff unser Statte beyde Troppau und Lupschitz alle Ire Gülde, Czinse, Renthe, Früchte, und gescheffe, und alle Ire Güter, und ap da gebreche von Unglückswegen, do Got vor sey, so vorschreiben off eynes igliches mitbürges der egenanten Stete Troppau und Lupschitz gut wegelich, und unwegelich also selbschöldt dem ersamen Herren Johanessen Maczner von Lubschicz, seinen nehesten Frunden, und ouch dem, diesem Brieff mit gleyche, oder seinen guten Willen haben wird, fünff Mark swere, rechter und wa-

(a) Ita quidem in MS. sed verosimilius legendum *Diczin* hodie *Neudiczain*, quæ Kravarziorum ditio erat. (b) Ex septem sigillis huic instrumento subjectis excusum unum damus vetus Czymburgiorum eodem Num. CCCLXXXIII. a nobis necdum prolatum.

warer Zinses funffzig Mark swere Pragerischer Groschen Merherlicher Czale, als man für und sechzig gr. vor yde Mark czelet, di uns ganz und gar von dem egenanten Herren Johannes Maczner bezalet sindt, und der benannte Herzog Niclas an seinen Nucz gewant hat den Czins, wir geloben bey unseren guten Treuen und Eren, das unser egenante Stete Troppau und Lubschitz antworten, geben, und bezallen sollen liplichen, gutlichen, und unvorzogen drittehalbe Mark uff Sant Georgy Tag, und di andere drittehalbe Mark uff Sant Michels Tag, und also jerlichen dem vorbewanten Herren Johannes Maczner dem seinen, oder dem der disen Prieff mit seinen guten Willen haben wirdt, und ap das nicht geschehe, do Gott vor sey, von denen unsern Stete, von Herren Johannes Maczner, odir der seinen vormanet würden, so geloben wir bey unseren guten Trauen an Arg das zwene aus dem Rate zu Troppau, und auch zwene aus dem Rate zu Lubschicz, ein yglicher mit eigenem Knechte und zwen Pferden ir reyten sullen in die Stat Neyse in eine gemeine Herberge, sunderlichen, wohin sy von em geweiset werden, und daselbstigen Inleger tuun sullen, und leisten, als Inlegirs recht ist, und daraus nicht kommen an des benanten Herren Johannes Maczner, ader der seinen guten Willen, es sey deme, alle vorsessene Czinse Vorricht seyn alles das Doruff gegangen ist, also das em daran wol begnüget, und ap das nicht geschee, als beschrieben steht, do Got vor sey, so geben wir deme volle Macht dem egenanten Herren Johannes und dem seinen uff zuhalten eynen iglichen mitbürger unser Stete Troppau und Lubschitz in steten, merkten, Dorfern, adir anderswo, wo das am besten geseyn mag, uswendig des Landes, als einem selbschuldigen, und mit em, und seiner habe zuthuen, und lassen gleicher Weise samp alle rechte damitte begangen weren, und wer darzu Hülffe, Forderunge oder hant reiche mit Worten, oder mit Werken tuet, der soll von uns, und dem unseren unvordacht, und ungehindert bleiben nun und ewig. Auch ap derselbige vorgeschriben Herr Johannes Maczner das alles nicht dorfolgen, oder tuen mochte, oder welde, do soll her ader mog denselbigen seinen versessenen Czins usnemen zu Cristen ader zu Juden off eynen gewonlichen Schaden, und alle andere Schaden die daruff gneu wurden, sy sein gros adir cleyn, wie sy neulichen synt mit Gemeinen ader eygenen Namen, den her erbarlichen beweysen mag, di sullen gancz und gar off unsere benante Stete Troppau und Lubschitz gneu, und nicht offen. Obir das alles globen wir em vor Herrn Gewalt, vor allen Anspruch, vor geistlich und weltlich Gerichte, und alle andere Hinderniß, wie di immer irdacht magen werden, di diesen Kauff irren oder hindern megen. Und wer diesen Brieff mit gleiche, oder des obenbenanten Herren Johannes guten Willen haben wurden, dem globen wir auch bey unserem guten

Treu-

Treuen und Eren alle vorbeschribene Stucke und Artikl ganz und gar zuhalten, an gleich Arg, als em so wir, und auch gleicher Weiß dem, dem obbenante Herr **Johannes Macʒner** diesen Brieff an seynen Todebette mit guten Wille wurde befelen; doch mogen wir unser Geerben unser egenante Stete **Troppau** und **Lubschitz**, oder der, dem wir es gonen wurden, verabkauffen dem vorschriben Czins fünffer Marke, wen wir, oder die unsern das vormogen, und das soll gescheen unschedlichen vorsessener Czinse. Wir Queyten auch unser obenbenante Stete **Troppau** und **Lupschitz** derselbigem fünf Mark Czinses, und wellen, daß von unseren Renten sullen ablegen, das wir en auch globen bey Treuen, und Eren ane Arg in Krafft dieses Brieffes. Und Wir Ratmanne, Eldisten, geswornе Handtwerkmeister, und die ganze Gemeine ein iglich mitbürger als selbsschuldiger der offte benanten Stete **Troppau** und **Lubschitz**, wir nemen uff den offtnbenante Herrn **Johannes Macʒner**, seine nehesten Frunde, und den der diesen Brieff mit gleiche, und mit seinem gutten Willen haben wurd, in geruliche besizunge dieser fünf Mark Zinse, di wir geloben bey unseren guten Trauen und Ere an Arg zu antwurten, und zugeben em, und dem seinen, und dorzu alle andere Stucke und Artikel stete, feste, ganz und gar zu halden nach aller unsir benanten genedigen Herren Vorschreibunge. Des zu Urkundt haben wir obin benante Fürsten und Stete unsere Insiegel diesem Brieffe mit gutem Wissen lassen anhengen; der geben zu **Lupschitz** an achten Tage noch Sante **Michel**, noch Cristi Gebort fürzehen hundert in dem sechs und zwanczigisten Jare.

CCCLXXXV.

Martini Papæ V. commiſſio impoſita Stephano Abbati Monaſterii Wellegradenſis ſuper annullatione proceſſus, in cauſa appellationis inter Abbatem Willemovienſem, & quendam armigerum ratione villarum Moravicarum detentarum agitata. dd. Romæ II. Nonas Julii anno 1427. Ex Autographo Archivi Brzevnovienſis.

Martinus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio *Stephano* Abbati Monaſterii *Wellegradenſis Olomucenſis* Diocesis ſalutem, & Apoſtolicam benediccionem. Sua nobis Dilecti filii *Haſsko* (a) Abbas, *Nicolaus* Prior, & Conuentus monaſterii in *Wilemow* Ordinis ſancti *Benedicti Pragenſis* Diocesis peticione monſtrarunt, quod cum olim ipſi *Beneſſium Cozlik* armigerum in Diocesi *Strigonienſi* commorantem, qui quaſdam villas in Diocesi *Olomucenſi* conſiſtentes, & ad dictum monaſterium legitime pertinentes, tunc expreſſas detinebat indebite occupatas, ſuper hoc petendo villas huiusmodi eis adiudicari, & ſuper illis dicto armigero perpetuum ſilenci-

(a) Id eſt: *Caſtulus.*

um imponi, ac ipſum ab eis amoueri, ſeque in illarum poſſeſſionem induci, coram Venerabili fratre noſtro *Johanne* titulo ſancti Ciriaci Presbitero *Cardinali* tunc Epiſcopo *Olomucenſi* non ex delegacione Apoſtolica traxiſſent in cauſam, idem Cardinalis tunc Epiſcopus legitime, & Juris ordine obſeruato in huiusmodi cauſa procedens, diffinitiuam contra dictum armigerum ſentenciam promulgauit, ipſum in expenſis, in huiusmodi cauſa factis, condemnando, illarum taxacione ſibi impoſterum reſeruata, & quia dictus armiger huiusmodi ſentencie, que, nulla prouocacione ſuſpenſa, in rem tranſiit iudicatam, poſt monicionem deſuper ſibi factam parere contumaciter recuſauit, prefatus Cardinalis tunc Epiſcopus ipſum excommunicacionis ſentencia innodauit, mandauitque, & fecit excommunicatum publice nunciari, eciam deſuper habitos per eum proceſſus aggrauando, propter que dictus Armiger ad Sedem Apoſtolicam appellauit, & ſuper appellacione ſua huiusmodi noſtras ad Venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum *Nitrienſem* eius proprio nomine non expreſſo, ſub certa forma literas impetrauit, dictosque Abbatem, Priorem, & Conuentum fecit in cauſa appellacionis huiusmodi coram Venerabili Fratre noſtro *Hincone* Epiſcopo *Nitrienſi* pretextu dictarum literarum ad iudicium euocari. Et licet in conſtitucione felicis recordacionis *Bonifacii* Pape VIII. Predeceſſoris noſtri ſuper hoc edita caueatur expreſſe, ne quis extra ſuam ciuitatem, vel Dioceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam in fine ſue dioceſis ad iudicium euocetur, dictique Abbas, Prior, & Conuentus eiusdem *Pragenſis* Dioceſis exiſtant, tamen *Ladislaus* Vicarius in ſpiritualibus Generalis dicti *Hinkonis* Epiſcopi, cui ipſe ſuper hys commiſit vices ſuas, ad inſtanciam dicti armigeri pretextu commiſſionis predicte contra eosdem Abbatem, Priorem, & Conuentum in ciuitate *Nitrienſi*, que ultra unam dietam a fine predicte *Pragenſis* Dioceſis notorie diſtat, ad nonnullos actus in huiusmodi cauſa de facto proceſſit, quamuis id ſibi ex beneficio literarum impetratarum non competeret earundem. Cum autem in conſtitucione predicta decernatur irritum & inane, quidquid contra eius tenorem contigerit attemptari, pro parte dictorum Abbatis, Prioris & Conuentus fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut huiusmodi proceſſum ipſius Vicarii decerni nullum per diſcretum aliquem mandaremus. Quocirca diſcrecioni tue per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit, appellacione remota decernas, faciens, quod decreueris, per cenſuram Eccleſiaſticam firmiter obſeruari. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gracia, odio, vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellacione ceſſante, compellas veritati

ritati teſtimonium perhibere. Datum *Rome* apud ſanctos Apoſtolos II. Nonas *Junii*, Pontificatus noſtri anno decimo.

CCCLXXXVI.

Inſtrumentum publicum ſuper inveſtitura, inſtitutione, & confirmatione Domini Nicolai Prioris monaſterii Willemovienſis Ord. S. Benedicti, in Plebanum Eccleſiæ Parochialis in Walcz Olomucenſis Diœceſis, facta ad præſentationem D. Abbatis Willemovienſis. dd. Brunæ anno 1431. *die I. Septemb.* Ex Autographo Archivi Brzewnovienſis.

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo, Indiccione nona, die vero prima menſis Septembris hora veſperarum vel quaſi, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini *Eugenii* Diuina Prouidencia Pape Quarti anno primo in Eccleſia montis ſancti *Petri* in *Brunna*, & in Capella ſancti *Sigiſmundi* Martyris glorioſi dicte Eccleſie ſancti *Petri* annexa *Olomucenſis* Dioceſis in noſtrorum Notariorum publicorum infra ſcriptorum, teſtiumque preſencia ſubſcriptorum ad hoc vocatorum ſpecialiter, rogatorum, conſtitutus perſonaliter Honorabilis & Religioſus Vir Dominus *Nicolaus* Prior monaſterii in *Wilemow* Ordinis ſancti *Benedicti Pragenſis* Dioceſis, tenens tunc in ſuis manibus quaſdam literas videlicet Inſtitucionis, & Confirmacionis, ac inueſtiture de & ſuper Eccleſia Parrochiali in *Walcz Olomucenſis* Dioceſis vacante per mortem, ſeu occaſionem mortis quondam Domini *Haſskonis* ultimi, & immediati eiusdem Eccleſie Rectoris, & Plebani, Profeſſoris monaſterii in *Willemow*, ad collacionem, & preſentacionem Venerabilium & Religioſorum Virorum Dominorum *Wenceslai* Abbatis & Conuentus monaſterii in *Willemow* Ordinis *S. Benedicti Pragenſis* Dioceſis ſpectant. & pertinent., a Venerabili, & Circumſpecto Viro Domino, & Magiſtro *Paulo* de *Praga*, *Pragenſis* & *Olomucenſis* Eccleſiarum Canonico, Vicario in ſpiritualibus, & Curie Epiſcopalis *Olomucenſis* Officiali emanatas, ſaluas, ſanas, & integras, non viciatas, non cancellatas, neque in aliqua ipſarum parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vicio, & ſuſpeccione ſiniſtra carentes, ſigilloque Vicariatus *Olomucenſis* Eccleſie magno oblongo de cera viridi albe cere impreſſo impreſſula pergameno impendente; dicta Inſtitucio, & confirmacio in pergameno ſcripta erat, & ſigillata, nec non alia litera Inueſtiture in papyro ſcripta, & ſigillo Vicariatus *Olomucenſis* Eccleſie prefate, a tergo viridi erat appreſſa, & ſigillata. Quarum quidem literarum Inſtitucionis, & confirmacionis, ac Inueſtiture tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis.

Nos *Paulus* de *Praga*, *Pragenſis* & *Olomucenſis* Eccleſiarum Canonicus, Vi-

Vicarius in ſpiritualibus, & Curie Epiſcopalis *Olomucenſis* Officialis. Notum facimus tenore preſencium uniuerſis, quod ad preſentacionem Venerabilis Domini *Wenceslai* Abbatis in *Willemow Pragenſis* Diocefis ad Eccleſiam Parrochialem in *Walcz Olomuc.* Diocefis per mortem, ſeu occaſione mortis fratris *Haſconis* ultimi & immediati eiusdem Ecclefie Rectoris & Plebani vacantem, Religioſum fratrem *Nicolaum* Priorem monaſterii eiusdem inſtituimus, & confirmauimus in Rectorem legittimum, & Plebanum, Curam animarum, & adminiſtracionem in ſpiritualibus & temporalibus eiusdem Eccleſie in Dei nomine committentes. Cuius quidem Eccleſie Jus Patronatus & collacio ad predictum Dominum *Wenceslaum* Abbatem monaſterii ſupradicti noſcitur pertinere. Datum *Brune* anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo, die decima quarta menſis *Auguſti.* Vicariatus Eccleſie *Olomucenſis* ſigillo ſubappenſo. *Paulus* de *Praga*, *Pragenſis* & *Olomucenſis* Eccleſiarum Canonicus, Vicarius in ſpiritualibus, & Curie Epiſcopalis *Olomucenſis* Officialis. Uniuerſis, & ſingulis Dominis Eccleſiarum Parrochialium Rectoribus per Dioceſim *Olomucenſem* ubilibet conſtitutis preſentibus requiſitis committimus preſentibus & mandamus, quatenus Diſcretum Dominum *Nicolaum* Plebanum Eccleſie in *Walcz*, vel Procuratorem ipſius legitimum, in & ad poſſeſſionem dicte Eccleſie in *Walcz*, iuriumque & pertinenciarum ipſius inducatis, & inueſtiatis corporalem, quem & nos inducimus, & inueſtimus, facientes eidem a Parrochianis ipſius Eccleſie & plebeſanis debitam obedienciam exhiberi, pariter & honorem, ac de fructibus, redditibus, cenſibus, decimis, utilitatibus, emolumentis, & obuencionibus uniuerſis integraliter inducatis, contradictores quoslibet & rebelles auctoritate noſtra Eccleſiaſticam per cenſuram compeſcendo. Datum *Olomucz* anno Domini milleſimo quadringenteſimo triceſimo primo, die viceſima octaua menſis *Auguſti.*

Quarum quidem literarum Inſtitucionis, & Confirmacionis, ac Inueſtiture predictarum vigore, & virtute prefatus Honorabilis & Religioſus Vir Dominus *Nicolaus* Prior Monaſterii in *Wyllemow* Honorabilem Virum Dominum *Stephanum* Plebanum Eccleſie ſancti *Petri* in *Bruna* ibidem perſonaliter conſtitutum, tanquam executorem in generali conſilio deputatum monuit, & requiſiuit, quatenus ſub penis in dictis literis contentis, & expreſſis eundem Dominum *Nicolaum* Priorem in & ad Eccleſiam in *Walcz*, ac eius poſſeſſionem, iuriumque & pertinenciarum ipſius Eccleſie induceret, ac inueſtiret corporalem. Qui quidem Dominus *Stephanus* Plebanus, & executor prefatus, receptis literis de manibus dicti Domini *Nicolai* Prioris in & ad manus ſuas, ac eisdem diligenter viſis, & perlectis parendo mandatis

datis prefati Domini, & Magistri *Pauli* Vicarii, & Officialis predicti, tanquam filius obediens, recepto prius ab ipso Domino *Nicolao* Priore solito iuramento corporali ad sancta Dei Euangelia deponendo, mandatis Ecclesie ac statutis prouincialibus, & synodalibus, ac de exhibenda reuerencia & obediencia Reuerendissimo in Christo Patri & Domino Domino *Cunzoni* (a) Dei gracia Episcopo *Olomucensi*, & Administratori Ecclesie *Pragensis* suisque successoribus canonice & legittime ad dictam Ecclesiam *Olomucensem* intrantibus, ac Vicariis, & Officialibus eorundem ibidem coram eodem Altari sancti *Sigismundi* genua flectens per sui superpellicii imposicionem auctoritate ordinaria prefata, cum tunc ad dictam Ecclesiam in *Walcz* non patuit tutus accessus propter tyrannidem & persecucionem modernorum hereticorum ibidem inhabitancium, eundem Dominum *Nicolaum* ad eandem Ecclesiam in *Walcz* instituit, inuestiuit, & confirmauit, ac eidem in quantum in ipso erat, eiusdem Ecclesie possessionem assignauit, curam animarum, regimen, & administracionem in spiritualibus, & temporalibus eidem committendo. Et hoc in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Super quibus omnibus & singulis prefatus Dominus *Nicolaus* Prior, & Plebanus Ecclesie in *Walcz* peciit sibi per nos Notarios publicos infra scriptos unum vel plura, publicum, seu publica confici instrumenta. Acta sunt hec anno, Indiccione, die, mense, hora, loco, & Pontificatu quibus supra. Presentibus ibidem Venerabilibus ac Honorabilibus Viris Dominis *Wenceslao* Abbate monasterii *Willemoviensis*, *Stachone*, & *Georgio* Canonicis Ecclesie sancti *Petri Brunensis*, *Jacobo* Predicatore *Theutunicorum*, & *Thoma* Chorali dicte Ecclesie sancti *Petri* in *Bruna*, *Jacobo* in *Bystrzicz*, *Mathia* in *Dubrawnik*, *Johanne* in *Strucz*, *Laurencio* in *Policzka* Ecclesiarum Parrochialium Rectoribus, & Plebanis, *Johanne* de *Gregregnie*, *Nicolao* dicto *Loch*, *Kunsone* in *Zderaz*, & *Stephano* de *Trebicz* Presbiteris *Pragensis* & *Olomucensis* Diocesis, testibus circa premissa fide dignis.

Et ego *Georgius* dictus *Oczassek* natus quondam *Nicolai* de *Lompnicz* Clericus *Pragensis* Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius predictarum literarum Institucionis, Inuestiture, & confirmacionis, omnibusque aliis & singulis supra scriptis, dum sic, ut premittitur, fierent, & agerentur, una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, manu mea propria conscribendo hic me subscripsi, &

(a) Cunzonem hunc seu Conradum ex familia Procerum de Zwola Joanni de Praga *Ferreo* dicto, annoque 1430. demortuo successisse memorat Augustinus in Catalogo Episcoporum Olomuc. p. 285.

& in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis, una cum Collega meo infra scripto, ac appensione sigilli dicti Domini *Stephani* Plebani & executoris prefati consignaui rogatus & requisitus in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum.

Et ego *Johannes* quondam *Michaelis* de *Bruna* Clericus *Olomucensis* Diocesis publicus Imperiali auctoritate Notarius dictis requisicioni, peticioni, inuestiture, possessionis assignacioni, introduccioni, aliisque omnibus & singulis supra scriptis, dum sic, ut premittitur, fierent, & agerentur, una cum Collega meo & testibus supra scriptis presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, per Collegam meum antedictum scribi procuraui, hic me manu propria subscribens, in hanc publicam formam una cum appensione sigilli Domini *Stephani* executoris supradicti redegi, signo & nomine meis solitis, & consuetis consignaui, vocatus, rogatus, & requisitus in fidem testimonium omnium & singulorum premissorum.

CCCLXXXVII.

Institutio Rectoris & Plebani Ecclesiæ in Uberczicz Olomucensis Diœcesis F. Martini Religiosi monasterii in Wyllemow ad præsentationem D. Wenceslai Abbatis Willemoviensis. dd. Brunæ 22. Martii anno 1432. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Nos *Joannes* Rector Parrochialis Ecclesie sancti *Jacobi* in *Bruna* Commissarius ad infra scripta a Venerabili Domino Magistro *Paulo* de *Praga*, *Pragensis* & *Olomucensis* Ecclesiarum Canonico Vicario in spiritualibus Curie Episcopalis *Olomucensis* Officiali datus, & specialiter deputatus, prout in literis Commissionis huiusmodi in papyro scriptis, sigillo Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* oblongo de cera viridi a tergo impresso sigillatis & nobis transmissis plenius continetur, & est expressum; Quarum tenor sequitur per omnia, & est talis. *Paulus* de *Praga*, *Pragensis* & *Olomucensis* Ecclesiarum Canonicus, Vicarius in spiritualibus & Officialis Curie Episcopalis *Olomucensis*. Cum sit per Venerabilem Virum Dominum *Wenceslaum* miseracione Diuina Abbatem monasterii in *Wyllemow Pragensis* Diocesis per assecucionem alterius Ecclesie Religiosi fratris Domini *Nicolai* Professi dicti monasterii ultimi & immediati Rectoris eiusdem vacantem Religiosus Vir Frater *Martinus* Professus dicti monasterii in *Wyllemow* nobis presentatus; Vobis igitur Domino Plebano siue Rectori Ecclesie Parrochialis sancti *Jacobi* in *Bruna* committimus presentibus, & mandamus, quatenus uno die Dominico, aut alio festivo in Ecclesia vestra ambonem ascendendo, dum & quando maior aderit multitudo, alta, & intelligibili voce Cridam, seu proclamacionem faciatis, ut si quis alter Jus Patronatus, seu presen-

presentandi ad dictam Ecclesiam habuerit, vel se presentacioni huiusmodi opponere, seu persone prenominate quidquam obiicere voluerit, aut sua quomodolibet interesse crediderit; Is sexta die a die proclamacionis huiusmodi computando, si dies Juridica fuerit, alias prima die Juridica immediate sequenti coram vobis in domo vestra hora terciarum legitime compareat, de Jure suo docturus & Interesse. Quibus sic comparentibus certum terminum ad dandum de Jure ipsorum presignetis, & assignetis. Si vero nullus apparuerit contradictor, aliudque non obsistat Canonicum impedimentum, prenominatum Dominum *Martinum* Professum monasterii in *Wyllemow* nobis presentatum, recepto prius ab ipso solito Juramento, videlicet de exhibenda reuerencia, & obediencia Reuerendissimo Patri, & Domino Domino *Cunczoni* Dei gracia Episcopo *Olomucensis* & Administratori *Pragensis* Ecclesiarum, & suis successoribus Episcopis Ecclesie *Olomucensis* canonice intrantibus, Vicariisque in spiritualibus & officialibus eorundem, ac alias solito iuramento in Rectorem legittimum dicte Ecclesie instituatis & Plebanum, ipsumque ad eandem auctoritate ordinaria, quam vobis presentibus impertimur, in Dei nomine confirmetis, quem & nos presentibus instituimus, & confirmamus, sibi curam animarum, regimen & administracionem in spiritualibus, & temporalibus admittentes, & demum sic per vos institutum, & confirmatum in & ad possessionem eiusdem Ecclesie cum Juribus, & pertinenciis suis inuestiatis, & inducatis corporalem, Quem & nos inuestimus, & inducimus per presentes, facturus sibi a subditis, & plebisanis reuerenciam, & obedienciam debitas, prout decet, exhiberi, ac de fructibus, censibus, Juribus, & obseruacionibus integre responderi. Datum *Olomucii* anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, die quinta mensis *Martii* Vicariatus sub sigillo. Quarum quidem literarum vigore in negocio supradicto, nobis, ut premittitur commisso, seruatis seruandis, precedentem Cridam in Ecclesia nostra publicari, & proclamari mandauimus, & infra dies proclamacionis huiusmodi Cride, nec post aliquis comparuit contradictor, supra nominatum fratrem *Martinum* in predictis literis commissionis nominatum, in Rectorem legittimum ad dictam in *Ubercziez* Ecclesiam instituimus, & Plebanum, ipsumque ad eandem Ecclesiam, auctoritate, qua fungimur, in hac parte confirmauimus, & in Dei nomine confirmamus, in qua Venerabilis in Christo Pater Dominus *Wenceslaus* miseracione Diuina Abbas monasterii in *Wyllemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis Jus Patronatus, & presentandi noscitur obtinere, sibi curam animarum, regimen, & administracionem in spiritualibus & temporalibus in eadem committentes. Ceterum cum ad ulteriorem exe-

execucionem negocii predicti ulterius faciendam interesse personaliter non possimus, certis aliis prepediti negociis, vobis uniuersis & singulis Dominis Ecclesiarum Parrochialium Rectoribus per Diocesim *Olomucensem* constitutis presentibus requisitis sub excommunicacionis pena committimus mandantes, quatenus prefatum Dominum *Martinum* Plebanum Ecclesiæ Parrochialis in *Uberczicz*, vel procuratorem ipsius legittimum in, & ad possessionem eiusdem Ecclesie cum omnibus Juribus, & pertinenciis suis investiatis, & inducatis corporalem. Quem & nos inuestimus, & inducimus per presentes, facientes sibi a subditis, & plebisanis eiusdem Ecclesie debitam obedienciam, & reuerenciam prout decet, exhiberi, pariter & honorem, ac de fructibus, decimis, censibus, redditibus, & prouentibus, utilitatibus, & emolumentis uniuersis integraliter responderi. Datum *Brune* anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, die 22. mensis *Martii* nostro sub sigillo.

CCCLXXXVIII.

Compactata inter Legatos S. Concilii Basileensis & generalem Congregationem Baronum Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ. dd. Pragæ in Collegio Caroli Indict. XII. die ultima Novembris 1433. Goldastus in Appendice Docum. p. 125.

CCCLXXXIX.

Sigismundi Rom. & Boh. Regis literæ ad Bohemos & Moravos de usu calicis. dd. Iglaviæ die 3. Julii 1434. Goldastus ibidem p. 131.

CCCXC.

Responsa legatorum Concilii Basileensis ad dubia Bohemorum & Moravorum. dd. 1435. Goldastus ibidem p. 134.

CCCXCI.

Sigismundus Rom. & Boh. Rex puncta quædam observanda præscribit in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ de dubiis & controversiis inter Legatos Concilii Basileensis & Nuntios Regni Boh. enatis. dd. Brunæ 1435. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. 1. p. 84.

CCCXCII.

Barones Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ Pragæ congregati delegant nuncios & ambasiatores, ut se præsentent Philiberto Nuncio Apostolico, ceterisque Legatis Concilii Basileensis pro complemento & executione Compactatorum. dd. Pragæ in Collegio Caroli die Beati Matthæi Apostoli 1435. Goldastus in Append. Docum. p. 138.

CCCXCIII.

Sigismundus Rom. & Boh. Rex promittit sese Compactata Basileensia Re-

Regno Bohemiæ & Marchionatui Moraviæ data confirmaturum, invigilaturumque ne infringantur. dd. in alba Regali die 8. *Januarii* 1436. Goldastus ibidem p. 146.

CCCXCIV.

Literæ datæ Legatis a Concilio Basileensi ad Regnum Bohemiæ & Marchionatum Moraviæ cum plena auctoritate & potestate missis. dd. Basileæ II. Idus Martii 1436. Goldastus ibidem p. 150.

CCCXCV.

Sigismundi Rom. & Boh. Regis, necnon Alberti Marchionis Moraviæ literæ credentiales datæ legatis Concilii Basileensis ad Regnum Boh. & Marchionatum Moraviæ missis. dd. Iglaviæ 3. *die Julii* 1436. Goldastus ibidem p. 146.

CCCXCVI.

Executoria Legatorum Concilii Basileensis super Compactatis datis Regno Bohemiæ & Marchionatui Moraviæ. dd. Iglaviæ die 5. *Julii* 1435. Goldastus ibidem p. 142.

CCCXCVII.

Comitiorum Regni Bohemiæ & Marchionatus Moraviæ constitutio de pace servanda. dd. Iglaviæ 12. *Julii*, 1436. Balbinus Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 86.

CCCXCVIII.

Albertus Marchio Moraviæ concedit Carthusiæ Dolanensi facultatem quæcunque metalla in ditionibus suis inquirendi & eruendi. dd. Viennæ Sabbatho post S. Lucæ 1437. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 216.

CCCXCIX.

Civitas Olomucensis Carthusiensibus Dolanensibus facultatem dat intra mœnia ædificia necessaria construendi. dd. Olomucz die Lunæ ante S. Barbaræ 1437. Bernardus Pezius ibidem p. 217.

CCCC.

Instrumentum publicum super confirmatione electionis, & investitura F. Nicolai Abbatis Willemoviensis electi in Moravia in Parochiali ecclesia in Ubercz accedente quorundam Trebiczensium Ord. S. Benedicti religiosorum suffragio. dd. Pragæ die 17. *Maji anno* 1438. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Johannes de Duba Decanus, & *Symon de Nymburga* Decretorum Doctor, Archidiaconus *Boleslauiensis*, Canonici in Ecclesia Cathedrali *Pragensi*, Administratores in spiritualibus Archiepiscopatus *Pragensis* sede vacante,

cante, auctoritate Juris, & nomine Capituli deputati, uniuersis, & singulis, ad quos presentes peruenerint, aut peruenire contigerit, salutem in Domino, & presentibus fidem indubiam adhibere. Noueritis, quod vacante Abbacia monasterii sancti Petri in *Willemow* Ordinis sancti *Benedicti Pragensis* Diocesis Jure ordinario sedi Archiepiscopali *Pragensi* subiecto per mortem, seu occasione mortis Religiosi Viri fratris *Wenceslai* ultimi, & immediati Rectoris eiusdem, Religiosi Viri, & fratres *Nicolaus* & *Martinus* dicti monasterii in *Willemow* & Ordinis Professi in exilio habitantes, non valentes alios habere fratres propter disparsionem, & aliquorum mortes; attendentes, quod propter vacanciam diutinam Ecclesie Regulares pastorali officio destitute, grauia in spiritualibus & temporalibus paciuntur detrimenta, dispendia, & dampna, volentesque scandalis, & periculis, que ipsis a dicto ipsorum monasterio ex vacacione huiusmodi evenire possent, celeriter prouidere, & obuiare, de nonnullorum Jurisperitorum, & fautorum consilio, diem certam pro facienda eleccione futuri Abbatis in Ecclesia Parrochiali in *Ubercz Olomucensis* Diocesis pro termino peremptorio cum continuacione dierum sequencium duxerunt statuendam, ad quam eciam absentes, quos sciuerunt, & habere potuerunt, conuocare iuxta disposicionem Juris curauerunt; in quo termino & loco deputato prenominati fratres assumptis nonnullis fratribus de monasterio in *Trzebicz* sui Ordinis de *Olomucensi* Diocesi conuenientes tractatibusque diuersis super huiusmodi eleccione celebranda, ac deliberacione matura, & consilio nonnullorum fautorum prehabitis, seruatis seruandis, que circa elecciones sunt obseruari consueta, inuocato Christi nomine, & ut presumitur, Spiritu sancto inspirati unanimiter & uno ore in Religiosum Virum fratrem *Nicolaum* dicti monasterii Priorem, ipsorum, & dicti monasterii Conuentus nomine vota sua direxerunt, & ipsum in Abbatem eorum, & dicti monasterii in *Willemow* elegerunt, & eligere curarunt, nobisque cum Decreto eleccionis approbacione, & electi institucione, & confirmacione, ac nobis pro facienda approbacione eleccionis, ac institucione, & confirmacione humiliter supplicantes. Nos viso Decreto eleccionis huiusmodi & ipso fratre examinato cum diligencia ad petita Juris ordine obseruato procedere decreuimus, & cridam seu proclamacionem de dicta eleccione, & persona electa in Ecclesia *Pragensi*, cum prescriptum monasterium sit destructum, & ad ipsum tutus non pateat accessus, uno die infra missarum solempnia procurauimus diem certam omnibus, qui se huiusmodi eleccioni, aut persone electe vellent opponere, pro termino peremptorio statuentes, in quo termino prenominatus frater *Nicolaus* electus comparens literam cride cum debita execucione ex-

exhibita, accusata contumacia eius, & singulorum, quorum interest, aut interesse posset quomodolibet in futurum, non comparencium, nec quidquam contra premissa dicencium, petiuit eleccionem de ipso ad predictam Abbaciam factam approbari, & se ad eandem Abbaciam institui, & confirmari, ac ad alia circa hec necessaria procedi. Quo facto visa crida, & nullo contradictore apparente, nec aliquo impedimento Canonico obstante; reputatis omnibus & singulis, quorum interest, contumacibus, peticionibus quoque ipsius fratris *Nicolai* tanquam in se racionabilibus, & Juri consonis annuentes, ab ipso fratre *Nicolao* electo Juramentis debitis, & consuetis receptis, eleccionem de ipso modo premisso factam approbauimus, & confirmauimus, tenoreque presencium approbamus, & confirmamus, ipsumque ad eandem Abbaciam auctoritate Juris suffulti instituimus, ac presentibus inuestimus de eadem, curam animarum & regimen, ac administracionem spiritualium, & temporalium eiusdem Abbacie eidem committimus decernentes eidem ab uniuersis & singulis debitas obedienciam & reuerenciam exhiberi, & de eiusdem Abbacie fructibus, redditibus, prouentibus, Juribus, obuencionibus uniuersis sub pena excommunicacionis integraliter responderi, renitencia & contradiccione quibuslibet procul motis. Ceterum cum ad execucionem ulteriorem aliis negociis prepediti procedere personaliter non valeamus; idcirco uniuersis & singulis Dominis Decanis, Plebanis, Vice-Plebanis, ac Notariis publicis per Ciuitatem & Diocesim *Pragensem* constitutis, ad quos presentes peruenerint, aut contigerit peruenire committimus plenarie vices nostras, ipsisque in virtute sancte obediencie, & sub excommunicacionis pena, quam in ipsos, & eorum quemlibet trium dierum monicione Canonica premissa, nisi fecerint quod mandamus, ferimus in his scriptis, districte precipiendo mandantes, quatenus prenominatum fratrem *Nicolaum* Abbatem, aut ipsius procuratorem pro eo in corporalem, & realem possessionem dicte Abbacie, omniumque Jurium, & pertinenciarum ipsius, & dicti monasterii inducant, & auctoritate nostra, quam ipsis impertimur per censuram Ecclesiasticam defendant inductum, sibique ab uniuersis subditis tam spiritualibus quam temporalibus obedienciam, & reuerenciam exhibere, & de ipsius monasterii fructibus, redditibus, & obuencionibus uniuersis responderi faciant, contradictores quoslibet, & rebelles ecclesiasticam per censuram compescendo. In quorum omnium fidem & testimonium presentes literas per *Petrum* Notarium, scribamque nostrum subscriptum scribi mandauimus, sigillique Vicariatus Archiepiscopatus *Pragensis*, quo utimur, appensione iussimus communiri. Datum in Castro *Pragensi* anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo octauo,

Indiccione 15. die 17. mensis *Maji* hora quasi terciarum Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini *Eugenii* Diuina Prouidencia Pape Quarti anno septimo. Presentibus ibidem Venerabili ac Circumspecto Domino *Petro* Abbate monasterii *Opathovicensis* (*a*) Magistro *Johann: Zul* Altarista sancte Crucis in dicta Ecclesia *Pragensi*, *Johanne de Smrdow* Presbitero, *Andrea de Wodnano* dictorum Dominorum Administratorum seruitore, & aliis circa premissa.

Et ego *Petrus* natus quondam *Mathie de Mokrsko* Clericus *Crakoviensis* Diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, dictorumque Dominorum, ac Capituli Ecclesie *Pragensis*, & coram eis scriba, quia dictarum literarum exhibicioni, pecicioni, institucioni, & confirmacioni, omnibusque aliis, & singulis supra scriptis presens interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, manuque propria conscripsi, & in hanc publicam formam redegi, signoque, & nomine meis solitis & consuetis una cum appensione sigilli Vicariatus, de dictorum Dominorum mandato consignaui requisitus, in fidem, & testimonium omnium premissorum.

CCCCI.

Wenceslaus Dux Oppaviensis recognoscit, quod Casimiro electo Regi Bohemorum (*b*) *homagium præstare citius haud possit, quam sacro Regni ejusdem diademate fuerit coronatus. dd. Ratiboriæ Sabbatho S. Lucæ festo* 1438. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 1010.

CCCCII.

Wilhelmus, Wenceslaus & Ernestus Duces Oppavienses tuentur innocentiam cujusdam Catharinæ, quæ Viennæ cum matre in carceres conjecta, multisque ærumnis affecta fuerat. dd. Oppaviæ fer. II. post Epiphaniam Domini 1442. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Dipl. P. II. p. 291.

CCCCIII.

Pauli Olomucensis episcopi arbitramentum inter Canonicos ecclesiæ suæ & Carthusienses Dolanenses de finibus silvarum. dd. Olomucii II. Septembris 1442. (*c*) Bern. Pezius ibidem p. 220.

CCCCIV.

Canonici ecclesiæ Olomucensis cedunt domum suam Canonicalem in præurbio Olomucensi sitam Dolanensibus Religiosis pro constructione Carthusiæ. dd.

(*a*) Item *Petrum* Abbatem *Oppatovicensem* ante in serie Abbatum prætermissum, inserendumque inter *Joannem* & *Georgium* anno 1438. (*b*) Is nonnisi a quibusdam Proceribus electus fuit, aliis Albertum Bavariæ Ducem exposcentibus, uti supra ex postremo Pulkavæ Continuatore legere est. (*c*) Ejusdem etiam instrumenti apographum nobiscum communicavit Clar. Pelzelius sibi a Clar. Viro Josepho Wratislao Monse transmissum.

dd. in Olomucz Sabbatho in octava Nativitatis B. Mariæ Virg. 1442. Bern. Pezius ibidem p. 218.

CCCCV.

Recognitio Ordinum Ducatus Münsterbergensis, quod Wilbelmo Duci Oppaviæ etiam cum profusione sanguinis in prætensione Ducatus Münsterbergensis assistere velint. dd. Münsterberg die Jovis post Pascha 1443. Lunig C. G. D. T. II. p. 278.

CCCCVI.

Wilbelmi Ducis Oppaviæ literæ de vendita villa Adelmansdorff. dd. Monsterberg ante Laurentii 1443. Sommersberg Scr. rer. Silef. T. I. p. 1014.

CCCCVII.

Commutatio & resignatio bonorum in Luzetin, facta inter V. Bietkam de Cladna Abbatissam monasterii in Tynecz, & D. Jaroslaum Plichta de Zierotin. dd. Tynetz feria secunda ante festum B. Nicolai anno 1443. Ex Autographo Archivi Regii.

Nos *Bietka* de *Cladna* Diuina Miseracione Abbatissa, & *Dorothea* de *Kozoged* nostro, futurarumque nostrarum, ac tocius Conuentus Monialium Ordinis *S. Clare* monasterii in *Tynecz* (*a*) nominibus, tenore presencium recognoscimus uniuersis, publice protestantes, quod quemadmodum bona & hereditates in *Luzetin*, videlicet municio, curia, cum tribus araturis, villa integra cum censu, & omni libertate, ac pertinenciis ad eadem uniuersis, nobis Abbatisse, & nostro Conuentui predicto in terre Regni *Boemie* tabulis prescripta sunt, prout id eedem tabule terre lacius & plenius declarant, & ostendunt; nos in eisdem bonis ducentas sexagenas grossorum, duntaxat habuisse, eademque bona ad fideles manus nobis credita, & commissa fuisse fatemur, pro quibus quidem bonis, ac ducentis sexagenis grossorum pretactis Nobilis Dominus *Jaroslaus Plichta de Zierotin* nobis alia bona sua propria & hereditaria deputauit, donauit, & satisfecit, quod nos pro pleno, rato, & grato nostro, & succedencium nostrarum Virginum nominibus suscepimus, & suscipimus in effectu. Que siquidem bona nobis, ut prefertur, prescripta, cum omni libertate, ac singulis ad eadem pertinenciis nihil ibidem Juris, seu proprietatis nobis, & succedentibus nostris relinquentes, prefato Domino *Jaroslao*, & Domino *Johanni* filio ipsius, ipsorum-

(*a*) Monasterium hoc turbis Hussiticis eversum, ditio tamen ad ejusdem Ordinis Moniales, quarum Parthenon ad S. Agnetem hodie appellatur, spectat. Ex hoc documento vero eruitur Abbatissas, quæ Pragæ apud S. Agnetem degebant, titulum & prærogativam Abbatialem conservasse.

rumque heredibus ſponte & libere noſtro, ac ſuccedencium noſtrarum nominibus reſignauimus, & condeſcendimus pleuarie, & in toto ad habendum, tenendum, & hereditarie poſſidendum, utifruendum, vendendum, commutandum, obligandum, & cum eisdem, tanquam cum propriis, & hereditariis faciendum, quidquid ipſorum voluntati placuerit, impedimentis & renitenciis noſtris, ſuccedenciumque noſtrarum, & quorumlibet hominum tergo motis. Promittentes preſentibus bona fide ſine dolo pro nobis, & omnibus noſtris ſuccedentibus euiterne, Dominum *Jaroslaum*, & Dominum *Johannem* prefatos, ac ipſorum heredes in poſſeſſione huiusmodi bonorum modo quolibet per nos aut ſuccedentes noſtras nobis ad profectum, & Dominis predictis in dampnum excogitato non impedire, nec intra, aut extra ſpirituale, aut ſeculare Judicium qualitercunque impetere publice, vel occulte, ſed pocius dum prefati Dominus *Jaroslaus*, & Dominus *Johannes*, aut ipſorum heredes nos aut noſtras ſuccedentes monuerint, extunc ipſis bona predicta de tabulis libera dimittere, ſeu extabulare tenemur, & promittimus bona fide, ac iuxta ritum & conſuetudinem Regni *Boemie* certa reddere, & disbrigare, contradiccionibus omnibus, & renitenciis procul motis. Ad quam reſignacionem, & preſcripcionem per nos, ut premittitur, factis, Venerabilis ac Religioſus Vir frater *Nicolaus de Grecz* Cuſtos *Pragenſis*, ac Vicarius per Prouinciam *Boemie* & *Polonie* Ordinis fratrum *Minorum* plenum conſenſum & aſſenſum prebuit, huiusmodi preſcripcionis diſpoſicionem in omnibus & ſingulis punctis, clauſulis & articulis approbans. In quorum omnium euidenciam, roburque teſtimonii firmioris ſigilla, videlicet Conuentus noſtri, (*a*) ac fratris *Nicolai* pretacti de certa ſciencia, & bona voluntate noſtris, preſentibus ſunt appenſa. Datum anno Domini milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo tercio, feria ſecunda ante feſtum Beati *Nicolai* Confeſſoris.

CCCCVIII.

Civitas Olomucenſis Carthuſienſibus Dolanenſibus quasdam ſuburbiorum areas concedit in eorum uſum, ædificiaque convertendas. dd. Olomucii die Mercurii proximo S. Margarethæ 1445. Bern. Pezius T. VI. Cod. Dipl. P. II. p. 219.

CCCCIX.

Lucas Zalczer hæreditarius Judex & Auguſtinus Nidrle civis Olomucenſis cedunt annuum cenſum a civitate Olomucenſi pendi ſolitum ſacerdotibus fra-

(*a*) Gratulamur nobis hujus exſtincti Parthenonis ſigillum eodem Numero CCCCVIII. excuſum ad poſteritatem potuiſſe transmittere. Nicolai ſigillum ab hac membrana hodie avulſum eſt.

fratribus Breder, & Joanni Maczner Altariſtæ. dd. Olomúcii die Martii poſt S. Joannis Baptiſtæ 1447. Ex Autographo Archivi Regii. Ex bohemico in latinum verſum.

Lucas Zalczer Judex hæreditarius *Olomucii*, & *Auguſtinus Nidrle* civis *Olomucenſis* recognoſcimus his publicis literis coram univerſis, qui eas viſuri, aut legentes audituri ſunt: Quod in poteſtate noſtra habeamus Marchionales literas felicis memoriæ Marchionis *Jodoci*, item alteras Civium *Olomucenſium* ſuper viginti marcis annui cenſus a civitate *Olomucenſi* pendendis, quæ quidem literæ ſic defuncto *Henrico Marſſikow* filio *de Radowyeſicz* datæ, & cum certa ſcientia bonaque voluntate inſcriptæ fuerunt, uti & ſtrenuo Equiti Domino *Czenkoni de Moſſuow* dicto *de Hodonyna*, uti ambæ hæ literæ, quas in manibus tenemus, teſtantur. Item habemus alias literas a Conſultis Viris *Mandlikone de Griffenberg*, & Domino *Herolto de Herolticz*, quemadmodum illæ id plenius oſtendunt. Vi itaque literarum iſtarum prædictarum nos ſingulis annis ſine omni impedimento in hunc uſque diem levavimus & accepimus ſupraſcriptum cenſum a Civitate *Olomucenſi*. Quapropter nos ſupranominati *Lucas* & *Auguſtinus* Ceſſionarii omnium ſupra ſcriptorum & infra ſcribendorum teſtamur, quod in has viginti marcas annui cenſus ſuper civitate *Olomucenſi* omne noſtrum ius, quod in ſupra ſcriptum cenſum habuimus, vendiderimus, ſeu ceſſerimus, & vi literarum iſtarum cum præhabita deliberatione & certa ſcientia integre & plene noſtro & heredum noſtrorum nomine vendamus ſeu cedamus Honorabilibus ſacerdotibus: Et quidem ſacerdoti *Nicolao Breder* Archipresbytero *Przeroviensi*, & ſacerdoti *Joanni Breder* Plebano *Giczinenſi* germanis fratribus ambobus decem marcas annui cenſus, ſacerdoti autem *Joanni Maczner* dicto Altariſtæ altaris ſanctorum *Coſmæ & Damiani* in Eccleſia *Umczovienſi* etiam decem marcas annui cenſus, pro ducentis marcis groſſorum argenteorum *Pragenſium* numeri *Moravici*, ſexaginta quatuor groſſos in ſingulas marcas computando. Quæ quidem ſumma nobis ab emptoribus *(a)* ſupra ſcriptos præſente pecunia ſoluta eſt, quare nos etiam ab omni prætenſione illius coram ciuibus *Olomucenſibus* remiſimus, hisque literis cedimus emptoribus ſupradictis omne ius ad illam prout nos id in hunc diem habuimus & tenuimus, quemadmodum hæ literæ Marchionales, & Civitatis *Olomucenſis* plenius exprimunt. Damus inſuper ſupra nominatis emptoribus vi literarum iſtarum poteſtatem & jus his literis Marchionis *Jodoci*, & etiam literis Civitatis *Olomucenſis* ceterisque ceſſionum literis utifruendi, quemadmo-

(a) Vox vernacula iſthic eſt: od Kupţeſuw, quæ ſignificat reluitores, ſeu redemptores iſtiusmodi ceſſionum.

admodum nos iis usi, fruiti sumus. Denique ut supra nominati emptores vi literarum istarum plenam potestatem idemque jus habeant in has viginti marcas census annui, item in summam totalem, nec non in res omnes in iisdem literis expressas, quemadmodum nos illis in hunc diem gavisi fuimus. Quod si præterea supra scriptus census plene & integre secundum tenorem præscriptarum literarum non solveretur, hæque literæ ab emptoribus nostris bona illorum voluntate alteri cuicunque cessæ fuissent, is idem jus & potestatem habeat ad omnia supra scripta & in supra memoratis literis contenta, quod crebrius nominati emptores nostri habuere. In rerum harum majorem firmitatem nos supra scripti Cessionarii nostra sigilla cum certa nostra scientia & bona voluntate his literis appendimus, exoravimus etiam Nobilem Dominum *Joannem de Tworkow*, strenuum Equitem *Markwartum de Zwole*, & famosos Viros *Joannem Zubaz de Diedina* tum Burggravium *Olomucensem*, *Franciscum de Harmanow* & *Andream de Tissczicz*, ut sigilla sua in testimonium præmissorum juxta nostrum his literis apponerent. Quæ datæ sunt *Olomucii* die Martis post *S. Joannis Baptistæ* anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

CCCCX.

Nicolaus V. Joanni de Capistrano Ordinis Minorum in Regno Bohemiæ & Marchionatu Moraviæ verbum Dei prædicanti, hæreticorumque conversioni vacanti gratias quasque peculiares concedit. dd. Romæ V. Kalendas Novembris, Pontif. anno V. id est 1451. Goldastus in Appendice Docum. p. 159.

CCCCXI.

Martini Archidiaconi Olomucensis approbatio erectionis & dotationis altaris S. Dorotheæ in Ecclesia Parochiali S. Mauritii Olomucii per D. Joannem Maczner factæ. dd. Olomucii die 28. *Julii* 1452. Ex Autographo Archivi Regii.

In nomine Domini amen. Nos *Martinus de Dobrzana* Archidiaconus & Canonicus Ecclesie, Reuerendissimi in Cristo Patris & Domini Domini *Joannis* Episcopi *Olomucensis* Commissarius in spiritualibus Curie ipsius Episcopalis *Olomucensis*, Notum facimus tenore presencium uniuersis. Quod coram nobis personaliter constitutus Discretus Vir Dominus *Johannes Maczner* de Lupschitz Altarista altaris sanctorum *Cosmæ* & *Damiani* in Noua Ciuitate, alias in *Umczow*, suo & prouidi *Gregorii Moler* Ciuis *Olomucensis* nominibus quasdam literas in pergameno scriptas, sigillis impressulis pergameni appensis sigillatas, saluas, sanas, integras, non viciatas, non abrasas, seu cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus

ſus vicio & ſuſpicione carentes produxit, oſtendit, exhibuit, & preſentauit; primam duobus ſigillis ſigillatam, primo ſigillo rotundo de cera nigra albe cere impreſſo, in cuius medio forma, ſeu figura lilii erat ſculpta, & preſignata, litere autem in circumferencia eiusdem ſigilli textuales ſic legebantur: *S. Johannis Meczner.* Secundo ſigillo eiusdem litere ſimiliter rotundo de cera viridi, albe cere impreſſo, in quo ſigillo quidam caracter erat formatus tali diſpoſicione, absque literis in circumferencia. Tenor autem eiusdem litere per omnia de verbo ad verbum ſequitur, & eſt talis: Reuerendiſſimo in Criſto Patri & Domino Domino *Johanni* Diuina Prouidencia Epiſcopo *Olomucenſi*, Patri noſtro gracioſo, *Johannes de Lupſſicz* Altariſta altaris ſanctorum *Coſme* & *Damiani* in Eccleſia Parrochiali noue ciuitatis, alias Uniczow, & *Gregorius Moler* Ciuis *Olomucenſis* oraciones deuotas, & cum debita reuerencia paratam famulandi voluntatem. Quemadmodum in ſigurali obſeruancia veteris teſtamenti ſuſpenſio ſerpentis enei populum *Iſraeliticum* a morſu virolento beſtiarum ad ſanitatem priſtinam reſtaurabat, ſic in veritate ceſſante figura, in noua lege morte & paſſione ſacratiſſima Domini noſtri *Jeſu Chriſti*, quam in ligno Crucis moriens pertulit pro noſtra ſalute, delicta & offenſiones animarum ſaluti, ſanitati & ſaluacioni reſtituuntur. Eapropter frequens, & tanta paſſionis ipſius commemoracio pro criminum expiaculo eſt neceſſaria in Eccleſia ſancta Dei, ut repetatur, hec autem ipſa mortis & paſſionis memoria in miſſarum ſolemnia agitur, & celebratur; Huius ſiquidem memorie ſignum, & pro augmento ſalutis animarum, ac ad laudem Dei Omnipotentis, Ego *Johannes Meczner* volens fieri perpetuum memoriale in mee, parentum, & conſanguineorum ac propinquorum animarum remedium ſalutare, altare dudum conſtructum, edificatum, erectum, & pro uno miniſtro, in honore glorioſe & inclite Virginis *Dorothee* locatum in Eccleſia Parrochiali ſancti *Mauricii* ciuitatis *Olomucenſis*, cui quidem altario pro ſecundo miniſtro decreui, & per preſentes propriis ſumptibus a Deo mihi collatis, nec non meis laboribus inſudando acquiſitis dotandum, & pro ipſius ſuſtentacione ſeu dote decem marcas groſſorum *Pragenſium*, numeri, & pagamenti Morauici in & ſuper ciuitate omnibus & ſingulis redditibus, cenſibus, & emolumentis in *Olomucio*, nec non quinque marcas numeri & pagamenti prefacti ſimiliter in & ſuper omnibus redditibus, cenſibus & emolumentis in ciuitate *Hlupſſicz* per me iuſte, racionabiliter & legitime empcionis & vendicionis titulo emptas & comparatas dedi, & tradidi, & aſſignaui, do, trado, & aſſigno perpetue ſine omni impedimento miniſtro prefacti altaris ſancte *Dorothee* poſſidendum, uſufruendum, tenendum, percipiendum & ſubleuandum,

ita tamen, quod dicti altaris primus Rector & altarista ego fieri debeam, & esse debeo; ad id instituendum & confirmandum onera infra scripta tamen libere, & absque ulla coaccione expleturus, successoresque mei omnes & singuli eiusdem altaris Rectores & ministri ad infra scripta onera sunt, & erunt obligati, & astricti perpetue & in ewum. Videlicet quilibet eorum singulis septimanis duas missas, unam secundis feriis pro defunctis, & fundatorum animabus; alteram vero Sabbathis diebus de assumpcione Beate *Marie* Virginis, si vero deuocio aliam preconcepit legendam, extunc collectam ipsius festi cum secreto & complenda ipsius festi imponere non obmittat, quas per se vel alium presbiterum legere teneatur, & tenebitur, omni impedimento cessante. Idemque ministri, & eorum quilibet pro missa neglecta seu non lecta unum grossum dare & soluere tenebuntur, quorum duo nummi debentur campanatori, qui huiusmodi negligencias tenebitur consignare, quinque vero nummi pauperibus *Cristi* distribui debebuntur. Item omnes & singuli successores mei altariste dicti altaris in summis festiuitatibus, videlicet *Jesu Cristi*, Beate *Marie* Virginis, dedicacionis & Patroni eiusdem Ecclesie, in primis & secundis vesperis, ac missis usque ad finem, diebus vero aliis festiuis, & Rogacionum processionibus usque ad sanctus inclusiue in summis missis in habitu, seu superpellicio interesse tenebuntur. Idemque ministri & Rectores, & eorum quilibet tenebitur, & tenetur semel in anno exequias pro fundatoribus peragere proxima octaua post festum sancti *Georgii*, pro quibus unam marcam dispensabit in hunc modum; primo quinque grossos pro pulsu, pro vigiliis IX. grossos, quatuor grossos pro conductu, triginta grossos pro missis & luminibus ad easdem, quatuor grossos vitrico Ecclesie, qui dabit lumina ad feretrum, tam circa vigilias, quam missam defunctorum, quatuor grossos pro vino pro offertorio, predicatori unum grossum pro exhortacione, ad hospitale duos grossos, pro domibus leprosorum quatuor grossos, & unum grosſ. pro pauperibus. Jus vero patronatus, aut presentandi semel, & una vice mihi reseruo in vita & mortis articulo, me vero ab hac vita decedente, Jus Patronatus & collacionem eiusdem altaris ad Magistrum Ciuium ibidem in *Olomucz*, qui pro tempore vacacionis fuerit, volo pertinere, in quem totaliter, & plenirer transfundo, & resigno, qui dum quando & quocienscunque dictum altare quouis modo vacare contigerit, ab omnibus & singulis Juratis & scabinis irrequisitis unam personam ydoneam actu presbiterum, qui residenciam habere debet, & facere corporalem: ad id altare loci ordinario omni impedimento cessante poterit, debet, & debebit confirmandum presentare. Et ego pretactus *Gregorius Moler* testamentarius & exe-

executor ultime voluntatis quondam Discreti Viri *Georgii* dicti *Zebrech* Ciuis *Olomucensis* sororii mei dilecti, ex suo legali testamento & disposicione sue ultime voluntatis de bonis per eundem acquisitis, duas marcas annui census iusto empcionis & vendicionis titulo comparaui & emi in certis agris & bonis ville *Senicz*, prout litere desuper confecte plenius in se continent, quas quidem duas marcas census annui annecto, do, trado, & assigno, ita tamen, quod una marca exponatur pro exequiis & anniuersario predicti *Georgii Zebrecht*, post octauas sancti *Michaelis* in omnem disposicionem superius pro anniuersario fundatorum expressatis. Secundam vero marcam trado, & assigno possidendam, utifruendam, & recipiendam Rectori sepe dicti altaris perpetuis temporibus & in ewum. Supplicamus igitur omni cum reuerencia in sincera humilitate Pater Reuerendissime Domine mi Graciosissime, hanc nostram nudam, simplicem tamen & deuotam altaris dotacionem acceptare, confirmare, auctorisare, ratificare, & approbare, & census supradictos eidem altario annectere, inuiscerare, approbare & incorporare dignemini graciose ad laudem, & gloriam Dei Patris Omnipotentis, & augmentum cultus Diuini, ac in salutem animarum, & si ex nostra simplicitate aliqui forent defectus, paterne supplere. Harum, quibus sigilla nostra sunt appensa, testimonio literarum. Datum *Olomucii* anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo, die mensis *Julii* decima octaua. Secundam literam in ydiomate thevtonicali quinque sigillis sigillatam, primo videlicet rotundo de cera rubea albe cere impressa, in cuius sigilli medio quidam clipeus in cera suppressus, ita, quod describi singillatim non poterat, & supra clipeum galea, & desuper galeam veluti duo cornua protensa sculpta videbantur, litere autem in circumferencia eiusdem sigilli propter cere nimiam depressionem totaliter non poterat legi; secundo sigillo similiter rotundo de cera, clipeo, galea, superiori sigillo precise similibus, litere tamen in circumferencia ipsius textuales sic legi poterant: *S. Wenceslai Ducis Oppauie.* Tercio sigillo prioribus duobus sigillis, quantum ad ceram, formam, arma, clipeum & arma, totaliter equalibus, litere tamen in circumferencia eiusdem sigilli tales apparebant: *S. Nicolai Ducis Oppauie.* Quarto sigillo rotundo de cera simili, in cuius medio quidam clipeus sculptus videbatur, & in medio eiusdem clipei quedam eleuatura, habens & continens tres figuras in summitate coniunctas, sursum acutas, litere autem circumferenciales tales legebantur: *Secretum Ciuitatis Oppaviensis.* Quinto sigillo in modum clipei figurato de cera viridi, albe cere communi impresso, in quo quidem sigillo quidam clipeus, & in clipeo leo sursum erectus, cauda post tergum bifurcata effigiaba-

giabatur, litere autem in circumferencia eiusdem sigilli tales videbantur: *Sigillum Ciuitatis Lupschitz.* Tenor vero eiusdem litere talis erat. Wir Przemko von Gottes Gnaden ɩc. (*a*) Terciam literam in vulgari *Morauico* ydiomate conscriptam septem sigillis sigillatam, primo quidem sigillo de cera nigra albe cere communi impressa, in cuius sigilli medio clypeus & in clypeo ymago animalis figuram medii cerui cum cornibus, quasi de rupe prosilientis sculpta apparebat, litere autem in circumferencia eiusdem sigilli talis legi poterat: *Sigillum Lucas Zalczer.* Secundo sigillo similis cere, in quo clypeus, & in clypeo quidam caracteres, tali dispocicione effigiati apparebant ♉ litere autem in circumferencia eiusdem sigilli taliter legebantur: ✠ S. ✠ *Augustini Nidrle.* Alia vero quinque sigilla eiusdem litere, in testimonium premissorum fuerunt, & sunt appensa, quorum descriptum propter nimiam prolixitatem non multum necesse estimandum obmisimus. Tenor vero eiusdem litere de verbo ad verbum sequitur, & est talis. *Lucas Zalczer Judex &c.* (*b*) Quartam literam uno tantum sigillo consignatam de cera communi alba per totum, in quo quidem sigillo aquila alis extensis quasi ad volandum apta, statuta per totum, coronam habens in capite sculpta apparebat, litere autem in circumferencia eiusdem sigilli capitales, sic legebantur: ✠ *Sigillum Ciuium de Olomucz*, tenor vero litere eiusdem de verbo ad verbum sic legebatur. Nos Consules & Jurati presentes & futuri &c. (*c*) Quintam literam similiter uno tantum sigillo designatam de cera nigra albe cere impressa, in quo sigillo quidam clipeus, & in clipeo tres pecies (*d*) quasi supereminentes, inferiori tamen multo maiori, & tres depresse equales, & super clipeum galea, & super galeam alie similes pecies, ut in clipeo vise fuerant, sculpte apparebant, litere autem in circumferencia eiusdem sigilli textuales sic legebantur: *S. Proczek z Kunstata.* Tenor vero ipsius sic habebatur: (*e*) *Proczek de Cunstat* recognosco his literis coram omnibus & singulis, qui eas visuri, aut legentes audituri sunt: Quod *Joannes* dictus *Sowka* agricola de *Seniez* homo & censualis meus pro sua necessitate & maxime ut sese ære alieno eliberaret, meo consensu vendiderit, & vi literarum istarum vendat mediam marcam grossorum annui census in & super integro laneo proprietatis suæ (quem laneum vicini ex una parte *Joannes Surowecz*, ex altera parte *Erasmus* suis agris attingunt) Honorabili sacerdoti *Joanni* dicto *Meczner* ejusque successoribus Altaristis altaris sanctæ Dorotheæ constituto in ecclesia sancti *Mau-*

(*a*) Jam habetur excusum supra Num. CCCLXXXV. (*b*) Instrumentum excusum jam habetur Num. CCCCX. (*c*) Instrumentum hoc jam excusum est Num. CCCLII. (*d*) Varie medii ævi Glossatores vocem *pecies* accipiunt pro collis seu rupis extremitate, pro vase, calice, cyatho, item pro nummo. (*e*) E Moravico in latinum translatum.

Mauritii in Civitate *Olomucensi* pro quinque marcis grossorum denariorum *Viennensium*, numeri & pagamenti hujusce, quod in terra *Moraviæ* inductum est. Hanc pecuniæ paratæ summam plene, integre, re ipsa numeratam accepit, censumque ex ea his terminis tenebitur pendere: sedecim quidem grossos in die Nativitatis Domini propiori illi diei, quo datæ sunt hæ literæ, & sedecim grossos reliquos in die *S. Joannis Baptistæ* eodem anno proxime venturi suprascripto sacerdoti *Joanni*, & dein ejus successoribus Capellanis prænominati altaris, & sic deinde omni anno supra scriptus *Joannes Sowka*, hæredes & successores illius hunc censum illis deferent *Olomucium* in eorum habitationem suo labore, impensis & periculo damni; sine mora, excusatione re ipsa dabunt, solvent, & præsente pecunia numerabunt. Quod si autem aliquando sæpe nominatus *Joannes*, hæredes, seu successores illius fierent morosi, vel voluntarie supra scriptum censum retinerent, negligerentve eum pendere, extunc supra scriptus sacerdos *Joannes* seu ejus successores poterunt, & debent vi literarum istarum retentum censum exequi, omne juris politici & ecclesiastici etiam per obstagia & censuras præsidium implorare, neque ab hoc obstagio aut censura prius remittere, donec census retentus, & omnia damna illata, seu impensæ in vindicationem census factæ plene & integre fuerit solutus. Istud vero exceptum est: si Deus benediceret sæpe memorato *Joanni*, hæredibus & successoribus illius, ut possent, quemadmodum etiam tenentur, hanc mediam marcam census annui reluere quinque marcis pecuniæ ejusdem numeri & pagamenti, uti acceperunt a sæpe dicto sacerdote *Joanne*, & restituerent illi seu ejus successoribus has quinque marcas grossorum eo modo, uti hic scribitur, tunc eliberabuntur ab hoc annuo censu, & præsentes literæ illis debebunt restitui. In horum cognitionem & firmitatem ad preces sæpe scripti *Joannis Sowka* meum sigillum cum certa mea scientia his literis appendi; quæ datæ sunt in *Buzow* die *S. Procopii*, Anno a Nativitate Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Sextam literam eodem modo tantum uno sigillo consignatam rotundo de cera nigra albe cere impressa, in quo quidem sigillo quidam clipeus, & in clipeo duo cornua, & super clipeum galea similia duo cornua gestans sculpta apparebant, litere in circumferencia eiusdem sigilli sic legebantur: *S. Jancze z Seni.* Tenor vero sequitur, & est talis: Ego *Johannes* dictus *Babka* de *Senicz* recognosco tenore presencium, *Erasmum* laycum de ibidem hominem & censitum meum ad hoc, ut a debitis, & suorum onere, necessitate ipsum premente, relauare possit, pariter & usurarum damna euitare unam marcam grossorum certi & veri annui census *Morauici* numeri in & super uno laneo agro-

rum

rum suorum inter *Jan Sowkam* ex una, & *Benefs* dicto *Kozel* parte ex altera laycorum similiter in *Senicz* sito Honorabili Viro Domino *Johanni* dicto *Meczner*, & suis successoribus Altaristis, altaris *S. Dorothee* in Ecclesia Parochiali sancti *Mauritii* locati in *Olomucz* pro decem marcis grossorum monete currentis numeri & pagamenti *Morauici* parata & numerata pecunia effectualiter persolutis, meo de consensu rite & iuste vendicionis & empcionis tytulo vendidisse, quem quidem censum annuum prefatus *Erasmus*, nec non & heredes ac successores sui legitimi de dicto laneo agrorum tenebuntur per medium in die *Natiuitatis Cristi* ex nunc proxime instantis, videlicet unam mediam marcam grossorum, & in festiuitate sancti *Johannis Baptiste* extunc immediate secuturi mediam marcam grossorum prefato Domino *Johanni Meczner*, ac suis successoribus Altaristis, altaris sancte *Dorothee* soluere, dare effectiue, ad cuius solucionem, in casum, quo venditores predicti forte negligentes forent, per impignoracionis penam, que pro censibus fieri solet, ac Jure spirituali & seculari, aliisque modis ad instar censitorum compelli possunt opportunis, saluo tamen eo, quod prefatus *Erasmus*, heredes, vel successores ipsius dictum censum marce unius, in quacunque parte anni cum equiualentibus decem marcis grossorum numeri & pagamenti predictorum reemere poterint, solutis tamen censibus pro rata temporis, dictas quoque decem marcas aput collatores prefacti altaris sancte *Dorothee* cum scitu Capellani & Altariste, & non alibi reponendi. Harum, quibus sigillum meum proprium ex mea certa sciencia est appensum testimonio literarum. Datum *Wischaw* Sabbatho post festum sanctorum Apostolorum *Petri* & *Pauli*, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo. Septimam literam precise eiusdem sigilli immediate descripti sub huiusmodi tenore: Ego *Johannes* dictus *Babka de Seniz* recognosco tenore presencium *Laurencium*, alias *Wawram* dictum *Spurny* laicum de ibidem, hominem & censitum meum ad hoc, ut a debitis, & suorum onere, necessitate ipsum premente releuari possit, pariter & usurarum dampna euitare unam mediam marcam grossorum certi & veri annui census *Morauici* numeri in & super uno quartali agrorum suorum inter *Benefs Kozel* ex una, & *Mathie Lauff* parte ex altera laycorum similiter in *Senicz* sito, Honorabili Viro Domino *Johanni Meczner* & suis successoribus Altaristis altaris sancte *Dorothee* in Ecclesia Parrochiali sancti *Mauricii* in *Olomucz* pro quinque marcis grossorum monete currentis, numeri & pagamenti *Morauici* parata & numerata pecunia effectualiter persolutis, meo de consensu, rite & iusto vendicionis & empcionis titulo vendidisse. Quem quidem censum annuum prefatus *Wawra*, heredes, & successores sui legitimi de dicto quartali agrorum tenebuntur per medium in die & festo *Natiuita-*

tiuitatis Cristi ex nunc proxime instantis, videlicet unum fertonem grossorum, & in festo natiuitatis sancti *Johannis Baptiste* extunc immediate secuturi unum fertonem grossorum prefato Domino *Johanni Meczner*, ac suis successoribus Altaristis altaris sancte *Dorothee* pretacti soluere, dare, & importare singulis annis effectiue ad cuius solucionem, in casu, quo forte venditores predicti negligentes forent per impignoracionis penam, que pro censibus fieri solet, ac Jure spirituali, ac seculari, aliisque modis ad instar censitorum compelli possunt oportunis, saluo tamen eo, quod prefatus *Wawra*, heredes, vel successores sui legitimi dictum censum medię marce in quacunque parte anni cum equiualentibus quinque marcis grossorum numeri & pagamenti predictorum, reemere poterunt, solutis tamen censibus, dictas vero quinque marcas apud collatores sepe dicti altaris sancte *Dorothee* cum scitu Capellani & Altariste, & non alibi reponendas. Harum, quibus sigillum meum proprium ex mea certa sciencia est appensum, testimonio literarum. Datum *Olomucii* in die sancti *Procopii*, anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo. Post quarum quidem literarum ostensionem, exhibicionem, produccionem & presentacionem per prefatum Dominum *Johannem Meczner* nobis fuit omni cum reuerencia humiliter supplicatum & attente, quatenus ad processum huiusmodi literarum & peticionem ipsius auctoritatem nostram extendentes dictum altare sancte *Dorothee* Virginis in Ecclesia Parrochiali sancti *Mauricii Olomucensi* dudum in Ecclesiasticum beneficium erectum, & uni ministro seu altariste in officium explendum locatum, pro secundo ministro seu altarista ipsius distinctim & separatim in beneficium Ecclesiasticum similiter erigere, censumque decem & septem marcarum grossorum census annui in prefatis literis designatum predicto altari pro ministro secundo pro dote approbare, incorporare, annectere, inuiscerare, & applicare, omniaque & singula in predicta dotacione expressa & nominata in omnibus punctis, clausulis, incidenciis, & connexis auctorisare, approbare, ratificare, & confirmare, defectum eciam, si quis in premissis fortassis inuentus fuerit, eadem auctoritate supplere debeamus. Nos igitur *Martinus* Archidiaconus & Commissarius supradictus, visis, auditis, & diligenter pensatis omnibus supra dictis, tanquam iustis & racionabilibus aurem benignam pro Diuini cultus augmento & salute animarum annuimus, volentes tamen prius, eciam si quod foret impedimentum, amouere, cridam seu proclamacionem fieri decreuimus super premissis, ut si quis prefatis peticionibus, seu futuris processibus, cur fieri non debeant, quicquam obiicere voluerit, in certo termino prefixo debeat comparerę, nullo vero contradictore in huiusmodi termi-

termino comparente, nos ulterius in negocio presenti decreuimus procedendum. Ob quod prefati Domini *Johannis* peticionibus exaudicione dignis, & pie exauditis, sepe dictum altare sancte *Dorothee* in Ecclesia sancti *Mauricii* pretacta, quantum ad secundum ministrum seu altaristam pro beneficio Ecclesiastico nominauimus, & nominamus, supra scriptamque dotacionem in omnibus & singulis punctis & clausulis, incidenciis, condependenciis ac annexis ratificauimus, auctorisauimus approbauimus, & confirmauimus, tenoreque presencium ratificamus, auctorisamus, approbamus, & confirmamus, dictumque altare sancte *Dorothee* in beneficium Ecclesiasticum ereximus, & erigimus, nec non censum annuum decem & septem marcarum eidem altario, seu ministro secundo ipsis modis & condicionibus supra dictis pro dote, & ministri sustentacione, ac pro aliis, prout superius in dotacionis litera exprimitur, annexuimus, annotauimus, inuisceranimus, approbauimus, & assignauimus, & presentibus annectimus, annotamus, inuisceramus, approbamus, & assignamus, decernentes ex nunc, & in antea dictum beneficium altaris sancte *Dorothee* & census eidem altario appropriatos & annexos, quemadmodum & alia beneficia Ecclesiastice debere subiacere libertati, quodque dum, quando, & quociens opus fuerit ministri dicti altaris dictum censum repetere, & exigere possint & valeant Ecclesiasticam per censuram. Verum quia supra nominati census capiunt prescripcionem sub titulo reempcionis, volumus, & decernendo mandamus, ut dum & quando dicti census deberent reemi, seu abscuti, (a) & pecunie capitales reponerentur, ut huiusmodi pecunie de scitu ministri eiusdem altaris circa Patronos & collatores ipsius deponerentur, & quam cito fore poterit, alios census pro eisdem pecuniis, in & super bonis certis, & liberis comparentur. In quorum fidem omnium premissorum sigillum Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* presentibus duximus appendendum. Datum & actum *Olomucz* anno Incarnacionis Dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo secundo die vigesima octaua mensis *Julii*.

CCCCXII.

Epistola Nicolai de Cusa Cardinalis & Legati ad regnum Bohemiæ & Marchionatûm Moraviæ in causa legationis ab iisdem petitæ. *dd.* 1452. Goldastus in Append. Docum. p. 152.

CCCCXIII.

Administratores Archiepiscopatus Pragensis indicunt novæ Plsnæ cridam seu proclamationem super electione Nicolai Abbatis per compromissum in D. Wilhelmum episcopum Nicopolensem Archidiaconum Brunensem & Præpositos Ord. S. Be-

(a) Ita in MS., quæ nisi vitio scribæ corrupta est, quid velit, nullus scio.

S. Benedicti Trebecensem & Raygradensem facta. dd. novæ Plsnæ die 10. *Junii* 1453. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Wenceslaus de Crumlow Decretorum Doctor Decanus Ecclesie *Pragensis* & *Nicolaus de Crumlow* similiter Decretorum Doctor Archidiaconus *Bechinensis* & Canonicus prebendatus in dicta *Pragensi* Ecclesia, Administratores in spiritualibus Archiepiscopatus *Pragensis* sede vacante auctoritate Juris per Venerabile *Pragense* Capitulum constituti, Honorabili Viro Domino Plebano Ecclesie Parrochialis in *Noua Plzna* salutem in Domino & diligenciam debitam in commissis. Quia Abbacia monasterii sanctorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum in *Willemow Pragensis* Diocesis Ordinis sancti *Benedicti* per mortem, seu occasione mortis quondam Venerabilis Patris *Martini* ultimi, & immediati Abbatis, seu Pastoris dicti monasterii vacante Religiosi Fratres *Ulricus* Prior, *Nicolaus* & *Simon* Professi eorundem monasterii, & Ordinis ne bona ipsius monasterii, que multipliciter sunt distracta, & indebite occupantur, totaliter annihilentur, prouidere volentes, corpore prefati Domini *Martini* olim Abbatis Ecclesiastice sepulture prius tradito, adiunctis sibi certis Confratribus dicti Ordinis Professis, procedentes ad eleccionem futuri Abbatis predicti monasterii in *Willemow* formam compromissi eligentes in Reuerendum in Christo Patrem & Dominum Dominum *Wilhelmum* Dei gracia Episcopum *Nicopolensem* Archidiaconum *Brunensem* in Ecclesia *Olomucensi* dicte Diocesis *Olomucensis*, & in Venerabiles Patres & Dominos *Johannem* Prepositum sancti *Benedicti* monasterii *Trebecensis*, & *Henricum* Prepositum *Reigradensem* monasterii *Brewnouiensis Pragensis* Diocesis Ordinis supra dicti sponte, & libere compromiserunt, dantes, & concedentes ipsi fratres *Ulricus* Prior, *Nicolaus*, & *Simon* plenam, liberam, & omnimodam potestatem, seu facultatem ex ipsis fratribus tribus unum ex eis in Abbatem prenominati monasterii in *Willemow* eligendi. Qui Domini *Wilhelmus* Episcopus, *Johannes*, & *Henricus* Prepositi supra dicti, huiusmodi compromissi onus in se assumentes, tractatibus nonnullis cum Viris sapientibus, premissis, inuocata Spiritus Sancti gracia memoratum fratrem *Nicolaum* in Abbatem memorati monasterii in *Willemow* duxerunt eligendum, & elegerunt. Quam eleccionem iidem fratres *Ulricus*, *Nicolaus*, & *Simon* gratam susceperunt, ac in ipsam eleccionem dictus *Nicolaus* ipsam suscipiens iugo eius, est eadem voluntarie subnixus, prout hec & alia Instrumento Decreti eleccionis manu *Wenceslai* nati *Nicolai* de *Iglauia* Clerici supradicte *Olomucensis* Diocesis Imperiali auctoritate Notarii conscripto, signo, & nomine ipsius solidis, & consuetis consignato, duobus sigillis, uno magno rotundo, de cera viridi glauce cere

 impres-

impreſſo impreſſulis pergamenis pendentibus ſigillato coram nobis per diſcretum Virum Dominum *Henricum* de *Broda Theutunicali Pragenſis* Diocefis Presbiterum Procuratorem legittimum prefati fratris *Nicolai* Abbatis electi, de cuius procuracionis mandato per Inſtrumentum publicum manu dicti *Wenceslai* Notarii conſcriptum, ſigno, & nomine ipſius conſignatum nobis exhibitum luculenter conſtabat, ſimiliter coram nobis exhibito & oſtenſo, clarius continetur, fuitque nobis per eundem Dominum *Henricum* Procuratorem, nomine Procuratorio, quo ſupra, humiliter ſupplicatum, quatenus predictam eleccionem de fratre *Nicolao*, forma, ut premittitur, factam approbare & confirmare, ſibique munus benediccionis impendere, & ſi ipſa eleccio haberet aliquos defectus, eosdem ſupplere. Quodque ſi ipſa eleccio ex perſonis eligencium, aut forma, aut quoquo modo ſit nulla, dictam Abbaciam memorato fratri *Nicolao*, cum ad nos deuoluta ipſius Abbacie diſpoſicio fuerit, conferre, de eademque ſibi prouidere, ac ad eandem inſtituere, & confirmare auctoritate noſtra ordinaria graciosius dignaremur, & quia iuſta petentibus aſſenſus eſt nullatenus denegandus, volentes autem ſequi preceptum Apoſtoli, qui precipit, nulli cito manum imponendam, ac Juris ordinem obſeruare volentes, cridam ſiue proclamacionem, cum non pateat tutus acceſſus ad prefatum monaſterium in *Willemow* in antedicta Eccleſia Parrochiali in *Noua Plzna* fieri iuſſimus, volentes, & decernentes, ut huiusmodi proclamacio in eadem eccleſia ſic facta omnes & ſingulos, quorum intereſt, ſic aſtringat, & afficiat, tanquam fuerit facta in monaſterio *Willemow* ſupra dicto. Quare vobis Domino Plebano ſupradicto aut veſtras vices gerenti preſentibus committimus, & ſub pena excommunicacionis mandamus, quatenus uno die Dominico, aut alio feſtiuo, ſiue feriato, infra miſſarum ſollempnia predictam veſtram Eccleſiam in preſencia multitudinis populi perſonaliter accedentes de premiſſis cridam, ſiue proclamacionem faciatis in eadem, ut ſi qui (*a*) . . . .

. . . .

omnibus & ſingulis ſupradictis, coram nobis in domo habitacionis noſtre die quinta a die proclamacionis huiusmodi continue computando, ſi Juridica fuerit, alias immediate ſequenti hora terciarum legittime compareant, dicturi, & allegaturi contra premiſſa, ſi quid dicere vel opponere velint verbo, vel in ſcriptis, intimantes eisdem, quodſi nullus contradictor apparuerit, nos ad petita premiſſa procedemus, & procedere curabimus, Deo, & iuſticia mediante, fidem nobis veſtre execucionis facite, nos de die proclamacionis veſtre per ſcripturam debitam informantes. Datum *Noue Plzne* anno

(*a*) Membrana iſthic laniata ſeu perforata eſt, ut integra linea legi haud poſſit.

anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo tercio, die decima mensis *Junii.*

Reuerendi Domini Doctores mandati vestri execucio facta est feria 2. in die sancti Barnabe & nullus apparuit contradictor. Signo meo presentibus hic appresso.

CCCCXIV.

Joannes episcopus & Capitulum Olomucense transcribit castrum Drzewczicze in Bohemia cum omnibus appertinentiis pignore nongentarum triginta sexagenarum grossorum Pragensium Dionisio, Joanni seniori, & Joanni juniori fratribus Tluxa de Wrabie ad tempus vitæ eorum. dd. die Sabbathi post festum S. Thomæ Apostoli 1453. Ex Autographo Archivi Regii. Ex vernaculo in latinum translatum.

Dionysius Tluxa, Joannes senior *Tluxa*, & *Joannes* junior *Tluxa de Wrabie* recognoscimus præsentibus literis coram omnibus, qui eas visuri, aut legentes audituri sunt. Quod Venerabilis in Christo Pater & Sacerdos *Joannes* episcopus *Olomucensis* castrum & villam *Drzewczicze* cum omnibus bonis, quæ ad hoc castrum pertinent, in nos transcripserit & oppignoraverit precio nongentarum triginta sexagenarum grossorum Pragensium secundum exsolutionem & quasdam exceptiones, quæ latius in literis & cessione ab eodem factis scriptæ exprimuntur. Quarum quidem literarum & cessionis de verbo ad verbum talis est tenor: Nos *Joannes* Dei gratia episcopus *Olomucensis* notum facimus his literis universis, qui eas visuri aut legentes audituri sunt: Quod felicis recordationis *Paulus* episcopus *Olomucensis* & ejus Prædecessores episcopi *Olomucenses* Castrum *Drzewczicze* in *Bohemia* cum omnibus bonis & appertinentiis ad ecclesiam nostram Olomucensem spectans oppignoraverimus & transcripserimus in strenuum Equitem Dominum *Dietricum Tluxa de Wrabie* & quidem ad duorum vitæ tempus, nempe illius & filii sui *Joannis*, pretio octingentarum & quinquaginta sexagenarum grossorum *Pragensium* bonæ argenteæ monetæ ea præcipue conditione adjecta, ut, quoniam hujus castri murus una parte corruit, & multis locis rimas agit, meritoque metuendum sit, nisi reparetur, ut penitus corruat, quapropter supra memoratus Dominus *Dietricus* hunc murum labefactatum restituere debuit, ille autem cum filio suo *Joanne* ante omnem reparationem factam præmortuus est. Item cum consensu supra scripti *Pauli* episcopi Predecessoris nostri suis sumptibus idem *Dietricus* instruxit piscinam novam, agrosque ex aliena ditione emit, ut piscinam hanc ampliaret, quod in perpetuam utilitatem castri hujus *Drzewczicze* conversum est, & cessit. Item aliqua ædificia in eodem castro & villa exstruxit,

 quem-

quemadmodum hæc omnia rite & plene facta atque erecta nostri fideles, quos ad explorandam rem eo misimus, recognoverant. Nos itaque agnoscentes has expensas, quas in reparationem castri & villæ defunctus Dominus *Dietricus* fecit, favorem nostrum eisdem vice versa impendimus: Quare nos supra scriptus *Joannes* episcopus *Olomucensis* insistentes præcipue in illud, ut murus ille dirutus & labefactatus in castro *Drzewczicze* reparetur, quemadmodum reparari pridem debuit castrum istud cum omnibus bonis ad id spectantibus de consilio & consensu Reverendorum Sacerdotum Fratrum nostrorum Decani & Capituli ecclesiæ nostræ *Olomucensis* oppignoravimus, & transcripsimus, atque vigore istarum literarum transcribimus & oppignoramus *Dionysio* filio Domini *Dietrici*, & *Joanni* dicto *Wrabsky* seniori, nec non *Joanni Tluxa* juniori fratruelibus germanis *de Wrabie*, & eorum hæredibus pretio octingentarum quinquaginta sexagenarum, addendo pro impensis piscinæ octoginta sexagenas grossorum; Ita ut summa universim efferat nongentas triginta sexagenas grossorum argenteorum monetæ *Pragensis* & *Bohemicæ*, in quamvis sexagenam sexaginta grossos computando, ut illi crebrius nominati castrum dictum *Drzewczicze* cum villa, cum omnibus bonis, cum piscinis, cum pertinentiis, quæ ad idem castrum eademque bona ab antiquo spectabant, eorumque hæredes teneant, eodem utantur, cumque eodem pleno jure disponant sub his conditionibus, quod neque nos *Joannes* episcopus supra scriptus, neque nostri successores episcopi *Olomucenses* illud poterunt reluere, neque consentire ut crebrius nominatum castrum *Drzewczicze* cum appertinentiis reluatur, quoad illi tres supra nominati *Dionysius*, *Joannes*, & *Joannes* vixerint. Quodsi autem Dei voluntate hi tres mortui fuerint, tunc nos *Joannes* episcopus memoratus, vel nostri successores episcopi *Olomucenses* post eorum mortem sæpe nominatum castrum & bona reluere volentes debemus, & nostri successores episcopi *Olomucenses* tenebuntur supra scriptorum *Dionysii*, *Joannis*, & *Joannis* hæredibus aut illi, qui hoc castrum legitime & cum bona voluntate supra scriptorum *Dionysii*, *Joannis*, & *Joannis* vel hæredum suorum possidebit, integro anno prius id intimare. Quare si nos *Joannes* episcopus supra scriptus aut nostri successores episcopi *Olomucenses* prius memoratas nongentas triginta sexagenas grossorum numeri & pagamenti supra scripti hæredibus *Dionysii*, *Joannis*, & *Joannis*, aut illi, qui castrum *Drzewczicze* cum appertinentiis possideret, integraliter solveremus, tenebuntur nobis, aut nostris successoribus episcopis *Olomucensibus* sæpius memoratum castrum *Drzewczicze* cum omnibus bonis & appertinentiis, cum agris semine hyemali rite obsitis præter alia quæcunque & cujuscunque nominis sint, plene & inte-

gre

gre citra omne impedimentum, renitentiam & moram restituere, simulque se obligare, quod nullum damnum, nullas expensas seu in ædificia, seu in reparationes, seu in quodcunque aliud prætendere velint. Item hoc nominatim exceptum est, si Berna communis terrestris imponeretur, hanc Bernam secundum normam Marchionatus Moraviæ in nos, successoresque nostros episcopos *Olomucenses* recipimus. Et quicunque has literas nostras & cessionem supra scriptam cum bona voluntate *Dionysii*, *Joannis*, & *Joannis* seu hæredum suorum habuerit, iste habeat, & habebit plenum jus ad omnia supra scripta, quemadmodum illud *Dionysius*, *Joannes*, & *Joannes* supra memorati habuere. In majorem rei certitudinem & firmitatem his literis sigillum nostrum appendimus. Quæ datæ sunt anno a Nativitate Filii Dei millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, die Lunæ ante *S. Barbaræ*. Et nos Sacerdotes: Sacerdos *Bohuss de Zwole* Decretorum Doctor Decanus. *Joannes de Lompnicz* Præpositus. Martinus *de Dobrzan* Archidiaconus. *Dominicus de Olomucz, Nicolaus de Odra, Petrus de Stiepanow, Martinus de Moraviczan, Nicolaus de Brzest, Petrus de Sternn, Joannes Sews, Joannes de Bludow, Joannes Pawswengel, Nicolaus Kakuss, Joannes de Sternberg*, & *Joannes de Freyberg* Canonici & Capitulum ecclesiæ *Olomucensis* nominatæ suprascriptæ cessioni castri & bonorum supra scriptorum pro meliori bono ecclesiæ nostræ prævia, libera & bona deliberatione, nec non unanimi voluntate consensimus, & assensum præbuimus, & vigore subscriptionis nostræ consensimus, & assensum præbemus quoad omnes articulos supra scriptos. In rei testimonium sigillum Capituli nostri penes sigillum suprascripti Venerabilis Domini in Christo Patris *Joannis* episcopi *Olomucensis* his literis jussimus appendi. Quæ datæ & scriptæ sunt anno & die supra scripto.

Quare nos supradicti *Dionysius Tluxa, Joannes* senior *Tluxa*, & *Joannes* junior *Tluxa de Wrabie* nomine nostro, hæredum nostrorum, & illorum omnium, qui supra scriptorum bonorum cessionem seu a nobis, seu ab hæredibus nostris, seu ab aliis obtinebunt, aut justo juris titulo cumque bona voluntate obtenturi essent, promittimus bona fide, quod omnia, quæ in suprascriptis literis exprimuntur, & statuuntur, rite, plene sine omni fraude & dolo implebuntur, & sine omni mutatione atque contradictione impleri debeant. In rei certitudinem & testimonium his literis nostrum sigillum cum certa scientia appendimus, & in majorem rerum suprascriptarum firmitatem exoravimus Nobiles Dominos: Dominum *Heinricum de Michalowicz*, & Dominum *Alssonem de Ziebergk*, famosos Dominos *Joannem Lapacky* juniorem *de Sukorad*, & *Borziwogium de Hradek*, ut cum sua certa

ta ſcientia etiam juſſerint ſua ſigilla penes noſtra appendi. Quæ datæ ſunt anno a Nativitate Filii Dei milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio die Sabbathi poſt *S. Thomæ* Apoſtoli.

CCCCXV.

Georgius Bohemiæ Rex recognoſcit avitam Nobilitatem Tetaurorum, ſeu Kinskiorum, Prædeceſſorumque ſuorum ſuper ea re data diplomata confirmat. dd. Pragæ 3. *Januarii* 1459. Paprocius in Ordine Dominorum. p. 381.

CCCCXVI.

Fridericus Rom. Imp. Nicolaum de Lobkowitz & Zophiam de Zierotin in confraternitatem ſeu ordinem ſtolæ ampriſiæ albæ cum tribus liliis adoptat. dd. Brunæ 4. *Auguſti* 1459. Sommersberg Scr. rer. Sileſ. T. I. p. 1013.

CCCCXVII.

Georgii Regis Bohemiæ privilegium urbi Oppavienſi datum. dd. Glatz 10. *Februarii* 1464. Sommersberg ibidem p. 1075.

CCCCXVIII.

Georgius Rex Boh. Oppaviam poſt exuſtionem urbis peculiaribus gratiis impertit. dd. 10. *Februarii* 1464. Sommersberg ibidem.

CCCCXIX.

Paulus II. Abbati Scotorum Viennæ committit controverſiam inter cives Brunenſes & epiſcopum Olomucenſem de ſcholis S. Jacobi inquirendi ac definiendi. dd. Romæ pridie Kal. Pontif. anno III. id eſt 1466. Bernardus Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. II. p. 396.

CCCCXX.

Pauli II. Bulla ad Protaſium epiſcopum Olomucenſem data, qua ei præcipit, ut Georgium Bohemiæ Regem fulmine eccleſiaſtico feriat. dd. Romæ X. Kal. Januarii 1466. Lunig. C. G. D. T. I. p. 1514.

CCCCXXI.

Paulus II. committit epiſcopo Olomucenſi & Decano ejusdem eccleſiæ cauſam injuriarum contra quosdam Rectores eccleſiarum decidendam. dd. Romæ XIV. Kal. Maji Pontif. anno III. id eſt 1466. In Archivo eccleſiæ Metropolitanæ Pragenſis.

CCCCXXII.

Prothaſius epiſcopus Olomucenſis cum conſenſu Capituli ſui vendit Dolanenſibus Carthuſiæ villam Slavonin. dd. Olomucz 21. *Junii* 1467. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. III. p. 221.

CCCCXXIII.

Mathias Rex Boh. & Hungariæ Dolanensis Carthusiæ bona in suam protectionem suscipit. dd. Olomucz ante festum S. Margarethæ 1468. Bern. Pezius ibidem p. 222.

CCCCXXIV.

Mathias Rex Boh. & Hung. Carthusiam Dolanensem præsidio & defensioni Capitanei Olomucensis commendat. dd. Olomucz in festo B. Ægidii 1468. Bern. Pezius ibidem p. 223.

CCCCXXV.

Wladislaus Rex Bohemiæ concedit Joanni de Sswamberg ordinis Hierosolymitani per Bohemiam & Moraviam Priori Generali, ne bona ejusdem ordinis oppignorentur, aut alienentur, item ut oppignorata relui possint. dd. Pragæ 11. *Februarii* 1472. Ex Archivo Pragensi Melitensium.

Wladislaus Dei gracia *Bohemie* Rex, *Morauie* Marchio, *Lucemburgensis* & *Silesie* Dux, ac *Lusacie* Marchio &c. Notum facimus tenore presencium uniuersis, quod animaduertentes fidelia obsequia nobis exhibita, & animi integritatem erga Maiestatem Nostram Venerabilis *Joannis de Sswamberg*, & in *Strakonitz* Ordinis Militie *S. Joannis Jerosolimitani* Prioris Generalis per *Boemiam*, *Morauiam*, *Silesiam*, *Austriam* &c. deuoti nostri dilecti, non per errorem aut improuide, sed animo deliberato, cum sano consilio Principum, Procerum, & aliorum nostrorum fidelium de certa nostra sciencia authoritate Regia conseruacioni Bonorum Ecclesiasticorum intendere, & malignitati petencium obuiare, volentes sibi *Joanni* & suo Ordini de benignitate Regia has gracias facimus speciales, videlicet: ut deinceps bona omnia & singula, ac possessiones eiusdem Ordinis *Jerosolimitani* ubicunque in regno, & Dominiis nostris situantur, in quibuscunque Castris, Castellis, municionibus, Ciuitatibus, oppidis, villis, & generaliter in quibuscunque locis, & rebus consistant per Nos, aut successores nostros *Bohemie* Reges non debeant unquam cuipiam inscribi, pignorari, seu quomodolibet ad longum, seu breue cuique locari, aut quouis modo a dicto Ordine alienari. Si quid vero in contrarium per inaduertenciam, obliuionem, importunitatem petencium, aut quouis alio modo contingeret, ut si aliqua Bona predicti Ordinis inscriberentur, illud totum ex nunc, prout ex tunc annullamus, irritamus, cassamus, destruimus, & omnino nullius validitatis aut roboris esse decernimus. Preterea eadem authoritate Regia eidem *Johanni*, & suo Ordini indulgemus, ut omnia & singula Bona & Possessiones Ordinis eiusdem cuicunque, vel quibuscunque personis pignorata sunt, & inscripta ab eisdem personis per dictum *Johannem* & Ordinem relui,

lui, & redimi libere possint in eadem pecunie quantitate, in qua eadem bona obligata sunt, aut pignorata, per quamcunque concordiam, & hoc omnium, quibus ipsa bona inscripta sunt, contradiccione procul mota. Concedimus eciam presato *Joanni*, & suo Ordini facultatem, ad hocque nostrum Regium censensum damus, ut ipse bona sui Ordinis *Jerosolimitani*, que in Regno & Dominiis nostris situantur, que in presenciarum tenet, aut Domino Auctore acquiret, in futurum inscribere, seu pignorare cuicunque, vel quibuscunque Personis libere possit ad quantitatem duntaxat sexcentarum sexagenarum grossorum *Pragensium*, & hoc postulante bono eiusdem Ordinis, commodo pariter & utilitate, presencium sub appensione Nostri Regalis sigilli testimonio literarum. Datum *Prage* die undecima mensis *Februarii* anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, Regni Nostri anno primo.

Ad Relacionem Samuelis de Hradek supremi Camerarii Regni Boemie.

CCCCXXVI.

Wladislaus Rex Boh. civitati Hradisst in Moravia confirmat omnia jura & privilegia a suis Prædecessoribus concessa. dd. Pragæ 20. *Aprilis* 1472. Paprocius in Speculo Morav. fol. 389.

CCCCXXVII.

Mathias Rex Boh. & Hung. Carthusiæ Olomucensi omnia jura, donationes, & privilegia confirmat. dd. Brunæ XIV. Aprilis 1475. Bern. Pezius T. VI. Cod. Diplom. P. III. p. 223.

CCCCXXVIII.

Mathias Rex Boh. & Hung. Carthusiæ Olomucensi 30. *marcas annui census in oppido Eywanitz donat. dd. Brunæ feria VI. in die SS. Tiburtii & Valentini MM.* 1475. Bern. Pezius ibidem p. 224.

CCCCXXIX.

Actio forensis Joannis Zagicz de Hazmburg adversus Joannem Bielik de Kornicz usurpatorem civitatis Hlubczicz post obitum Joannis Ducis Oppaviensis sine liberis demortui. dd. 1478. Ludevigius Reliquiarum T. VI. p. 75.

CCCCXXX.

Concordia inter Mathiam & Wladislaum Reges Bohemiæ, vi cujus utrique integer titulus Regis Bohemiæ, Mathiæque civitates, terræ & provinciæ, quas in Moravia tenet, conceduntur. dd. Olomucii die Lunæ in Octava S. Andreæ Apostoli 1478. Goldastus in Supplem. Actor. publ. p. 331.

CCCCXXXI.

Compactata, unio & concordia integralis inter Reges Bohemiæ Wladislaum & Mathiam, de titulo Regis utrique competente, de cessione Moraviæ, Lusatiæ, Silesiæque Mathiæ facta, de pendendis quadraginta aureorum millibus Mathiæ hæredibus regnove Hungariæ post ejus mortem &c. dd. Olomucii 21. *Julii* 1479. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

In nomine sancte & indiuidue Trinitatis, amen. Nos *Wladislaus* Dei gracia *Bohemie* Rex, *Morauie* Marchio, *Lucemburgensis* & *Silesie* Dux, ac *Lusacie* Marchio &c. Notificamus tenore presencium uniuersis, quod quemadmodum superioribus temporibus regnante Serenissimo Rege *Georgio* recolende memorie Predecessore nostro grandes controuersie, bella & dissensiones in regno *Bohemie*, terrisque sibi attinentibus exorte fuere, quo videlicet Regno, terrisque ita discordantibus quam maxima secuta sunt damna, depopulationesque, successu autem temporis Serenissimus Princeps Dominus *Mathias Ungarie, Bohemie* Rex &c. frater, & amicus noster Charissimus aduersus eundem predecessorem nostrum arma, bellumque recepit, in quo quidem ad dies vite dicti Predecessoris nostri continuo perdurauit, post cuius obitum nos electi, recepti, coronatique in Regem *Bohemie* cum prefato Domino *Mathia* Rege *Hungarie* & *Bohemie* in magnis differenciis & bellis perstitimus, interea magne impense, laboresque in tractando per diuersos oratores, & consiliarios utrumque racione Regni *Bohemie* habiti fuere, tandem longo defluxu temporis Diuina fauente bonitate cum prefato Domino *Mathia* Rege &c. fratre & amico nostro Charissimo concordauimus, finalemque determinacionem, & fraternam fecimus concordiam, cuius tenor sequitur in hec verba: Imprimis conclusum est, quod uterque nostrum, hoc est tam *Wladislaus* Rex *Bohemie*, quam ipse *Mathias* Rex *Hungarie* & *Bohemie* (*a*) in suo Jure acquisito permaneat, tanquam Dominus hereditarius, & quilibet nostrum titulo Regis integro, prout alii Reges *Bohemie* consueuerunt, utantur, ita ut nos ipsum Dominum *Mathiam* Regem *Bohemie* nominemus, & scribamus, & is similiter nos *Bohemie* Regem nominet, & scribat, subditi vero utriusque nostrum nominare & scribere teneantur. Item conclusum est, quod prefatus Rex *Mathias* condescendat nobis Regi *Wladislao* Barones, militares, terras, ciuitates & prouincias, quascunque tenet in corpore Regni *Bohemie*; similiter nos Rex *Wladislaus* omnes

(*a*) Præliminaria quædam conclusorum istorum jam præcessere anno superiore mense Decembri, uti ea apud Goldastum in Supplem. Actor. Publ. p. 331. & Balbinum Dec. I. L. 8. Volum. I. p. 96. legere est, eorum ibidem compendia referuntur, quæ per Comitia Regni stabilita isthic fusius pluribusque adjectis enarrantur.

nes ciuitates, terras, Prouincias, Duces, Barones, & militares quoscunque & quascunque tenemus in *Morauia*, & utraque *Silesia* & *Lusacia*, & sex Ciuitatibus eidem *Mathie* Regi condescendere debemus. Item conclusum est, quod postquam nos *Wladislaus* terras, Ciuitates, Castra, oppida, & prouincias, Duces, Barones, Militares in prefatis *Morauia* utraque *Slesia*, *Lusacia* & sex Ciuitatibus sub dicione nostra existentibus prefato *Mathie* Regi condescenderimus, statim, & in continenti omnes de *Morauia* & utraque *Slesia*, *Lusacia*, & sex Ciuitatibus teneantur communiter prestare homagium prefato *Mathie* Regi tanquam vero Domino & hereditario *Bohemie* Regi & Barones ac Nobiles secundum consuetudinem erga Dominos suos Reges *Bohemie* ab antiquo obseruatam, eundem pro tali Rege suscipiant, & teneant, eique, & nulli alteri tanquam eorum vero & hereditario Regi obediant, & postquam prefatus *Mathias* Rex Barones, militares, Ciuitates, terras, & Prouincias, quas in *Bohemia* tenet, nobis *Wladislao* Regi condescenderit, illi in terra & corpore Regni Bohemie nos *Wladislaum* Regem similiter suscipiant, nobisque promittant, & secundum consuetudinem Regni ab antiquo obseruatam facere teneantur, nobisque & nulli alteri tanquam eorum vero & hereditario Regi obediant. E conuerso nos utrique Reges subditos nostros in Juribus Regni, & illarum terrarum, & priuilegiis ab antiquo consuetis conseruare tenebimur, in quantum dispoficioni non obsistant. Item conclusum est, quod prefatus Dominus *Mathias* Rex durante vita sua, prouincias, & patrias *Morauie*, utriusque *Slesie*, *Lusacie*, & sex Ciuitatum cum omnibus pertinenciis libere, pacifice, & quiete, absque omni impedimento, & contradiccione nostra Regis *Wladislai* & Regni *Bohemie*, ac subditorum Corone nostre teneat, possideat, & utatur, tanquam eorum verus Rex & Dominus hereditarius. Similiter nos Rex *Wladislaus* Prouincias, Barones, Militares, Ciuitates & loca in corpore Regni Bohemie libere, quiete & pacifice, & absque omni impedimento prefati *Mathie* Regis, tanquam eorum verus Rex & Dominus hereditarius teneamus, possideamus, & utamur. Item pro maiori pacis & concordie securitate, inter hec duo Regna conseruande, & ne propter diuersitatem successorum noue lites & differencie ampliores oriantur, conclusum est, ut quandocunque post obitum Regis *Mathie* nos *Wladislaus* Rex, aut nostri successores, seu Reges *Bohemie* prefatas terras & prouincias *Morauie*, utriusque *Slesie*, *Lusacie*, & sex Ciuitatum recuperare, & readiungere corpori *Bohemie* voluerimus, illud facere possimus libere, & sine omni impedimento Regis *Ungarie* pro tempore existentis, vel Regni *Ungarie*, modis tamen & condicionibus infra scriptis. Prima condicio, quod quandocunque post obitum prefati Regis nos, vel nostri

nostri successores, seu Regnum *Bohemie* volumus dictas patrias & Prouincias ad *Bohemiam* reunire, retribuere ante omnia Regi *Ungarie* pro tempore existenti, vel ipsi regno *Ungarie* pro huiusmodi Juris cessione quadraginta millia ducatorum seu florenorum *Ungaricalium* bonorum dare, & soluere debebimus, & tenebimur. Secunda condicio, quod in illis terris *Morauie* utriusque *Slesie*, *Lusacie*, & sex Ciuitatum multa bona ad Coronam *Bohemie* pertinencia sunt impignorata, inscripta, & variis modis alienata, & distracta, si contingat prefatum *Mathiam* Regem, aut heredes vel successores suos ante solucionem predictorum quadringentorum millium florenorum in dictis prouinciis *Morauie*, utriusque *Slesie*, *Lusacie* & sex Ciuitatum, vel aliqua eorum, aliquas terras, ciuitates, & castra, oppida, vel prouincias, aut officia, theolonea, census, aut quoscunque reditus ad prefata Dominia & terras ab antiquo de Jure spectancia, & pertinencia, quibuscunque obligata, inscripta, vel impignorata, aut alias qualitercunque alienata, & distracta redimere, recuperare, & ad prefata Dominia reducere, & incorporare, extunc omnis summa illarum pecuniarum, que in huiusmodi redempcione, liberacione, & acquisicione per eundem *Mathiam* Regem, vel heredes, & successores suos exponeretur, ultra illam summam quadringentorum millium florenorum computetur, & in tempore solucionis ipsorum quadringentorum millium florenorum heredibus vel successoribus eisdem vel Regno *Ungarie* integraliter, & finaliter persoluatur. Si vero contingeret, quod aliqui remittere nollent, & satisfaccionem iuxta inscripciones ipsorum accipere recusantes, iure belli prefatum *Mathiam* Regem, heredes, aut successores suos Reges *Ungarie* cogent, aut cogerent ad remittendum, aut alias qualitercunque terras, & bona talia recuperarent; Extunc conclusum est, quod si huiusmodi renitentes tenebunt bona impignorata ad Cameram Regiam pertinencia qualitercunque, & prefatus Rex *Mathias*, aut aliquis heredum & successorum eius illa bona redimet, aut ad manus reducet sine bello, siue alio quocunque modo, nihilominus tempore solucionis summe capitalis non debebit maior summa pro illis bonis dari, quam prius fuerant impignorata, & obligata, eciamsi major summa fuisset acquisita, de his autem bonis, si que reperirentur, que eciam ad Cameram Regiam pertinerent, & impignorata non essent, sed aliis nominibus occupata qualitercunque, prefatus *Mathias* Rex vel heredes, & successores eius illa ad manus suas reducent, si tempore solucionis summe capitalis, illa voluerimus ad manus nostras Regias, vel nostri successores aut Regnum *Bohemie* habere, tunc debebimus in illis acquirendis expensas factas, aut valore ipsorum bonorum, vel si neutrum facere voluerimus, tunc huiusmodi bona manebunt

bunt aut heredibus, vel fuccefforibus eiusdem Regis *Mathie*, aut illis, quibus ipfe dederit, aut heredes vel fucceffores eius dederint, commiferint, vel donauerint, & illi bona huiusmodi libere & quiete bona poffidere debebunt pleno iure fecundum ius & confuetudinem Patrie vel Prouincie, in quo ab antiquo fita funt fub Corona *Bohemie*, de bonis vero ad Cameram Regiam non pertinentibus, que prefatus *Mathias*, vel heredes aut fucceffores eius quomodolibet acquiret, feu acquirent, conclufum eft, quod absque ullo impedimento noftro, aut fuccefforum, aut Regni *Bohemie*, & prefato *Mathie* Regi, vel quibus ipfe daret, vel heredes, aut fucceffores eius darent, committerent, vel donarent, libere maneant in illo iure ac libertate, in quo ab antiquo fub Corona *Bohemie* perftiterint. Tercia condicio, quod dicte Patrie, & Prouincie *Morauie*, utriusque *Silefie*, *Lufacie*, & fex Ciuitatum integre & cum omnibus pertinenciis poft mortem prefati Regis *Mathie* remanebunt fubiecte heredibus, & fuccefforibus eius Regibus, vel regno *Hungarie*, & fub eius, & illorum obediencia, tanquam fub veris Dominis fuis, ipfique heredes vel fucceffores fui Reges, vel regnum *Hungarie* plenum in eis utile & directum Dominium habere debebit, & debebunt, tamdiu, donec dicte fumme tam capitales, videlicet quadringentorum millium florenorum, quam redemptorum, & prout dictum eft, acquifitorum bonorum integre perfoluentur, & fupra dictis articulis & condicionibus fatisfactum fuerit cum effectu, quibus adimpletis illico prefate prouincie reincorporate, & reunite erunt Regno, & Corone *Bohemie* prout ab antiquo extiterunt, prefati tamen heredes, vel fucceffores predicti Regis *Mathie* Regis *Hungarie* propter Dominium predictum fe Reges *Bohemie* fcribere non debebunt, fed illarum terrarum Domini erunt, quamdiu non erit de huiusmodi folucione iuxta premiffos articulos fatisfactum, cum autem dicte Patrie homagium prefato Regi *Mathie*, uti vero & hereditario Regi *Bohemie* preftabunt, tunc & dictis heredibus & fuccefforibus eius *Hungarie* Regibus, & Regno *Hungarie* eciam homagium preftabunt, non tanquam Regibus hereditariis, fed tanquam veris, & directis eorum Dominis usque ad integram folucionem prefate fumme capitalis redemptorum, feu redimendorum. Item conclufum eft, quod quandocunque poft obitum prefati Regis *Mathie* nos Rex *Wladislaus* vel noftri fucceffores & Regnum *Bohemie* prefate pecuniarum fummas reponere vellemus, tunc fignificare huiusmodi noftras voluntates debemus uno anno integro, antequam reponantur, & hoc per quatuor perfonas notabiles, & literas patentes ad Caftrum *Budenfe*, vel ad *Albam Regalem*, ubi moris eft Reges *Hungarie* coronari, & tales perfone cum faluo conductu fufficienti prouife effe debebunt, ut eo fecurius

poffint

possint suam legacionem peragere. Item conclusum est, quod per medium annum, antequam dicta pecuniarum reposicio fiat, sex Prelati & Barones ex Principibus Regni a Rege & regno, vel solo regno sede vacante electi ex utraque parte, scilicet ex Regnis *Hungarie* & *Bohemie* conueniant in oppidum *Brunense*, si aliqua difficultas vel differencia in solucione prefatarum summarum continget, concordent, ne postea aliquis error circa reposicionem dictarum pecuniarum contingere possit. Item conclusum est, quod locus deposicionis dictarum summarum pecunie sit campus apertus in *Skalitz*, aut *Strasnitz* in metis regni *Hungarie* & *Morauie* ad quem locum & Barones electi ex utraque parte cum pari numero, & cum saluis conductibus conueniant, qui Prelati & Barones ante omnia mutuo sibi inuicem sub fide, & fauore promittant, quod illa negocia sine dolo & fraude sincere perficientur, prout presentes inscripciones continent, ibique se honorifice habentes Prelati & Barones *Hungarie* pecunias, Prelati vero & Barones *Bohemie* literas suas recipiant; ubi vero alter precium propter maiorem securitatem conduci optaret ab altera, pars partem conducet, & se inuicem cum omni humanitate pure & fideliter, ut probos & fideles homines decet, tractare debebunt. Item conclusum est, quodsi continget nos *Wladislaum* Regem, vel aliquem ex nostris successoribus, aut Regnum *Bohemie* facere monicionem de reponenda pecunia solemniter, ut premissum est, & postmodum in termino prefixo, unius scilicet anni spacio, non reposuerimus, tociens, quociens illud fecerimus, in eo facto incurremus penam centum millium florenorum *Ungaricorum*, similiter cum Capitali, & alia summa soluendorum. Similiter, si heredes prefati Regis *Mathie*, vel aliquis eius successor, vel Regnum *Hungarie* post factam solemnem auisionem, si in termino unius anni pecunias non leuauit, & literas non restituit, tociens, quociens id fecit, ipso facto incurret penam centum millium florenorum de predicta summa Capitali defalcandorum. Item conclusum est, quod si prefatus Rex *Mathias*, heredes aut successores eius deinceps aliquas impignoraciones fecerint de bonis Regalibus in prefatis prouinciis, illa summa defalcari debebit de summa Capitali, hoc tamen saluo; si alique possessiones, Castra vel oppida prius impignorata, vel donata ad eundem *Mathiam* Regem, heredes, & successores suos per mortem, vel alium quemcunque modum deuoluentur, illa liceat rursum impignorari in eandem summam, sicut prius fuerant donata, donare, cui voluerit, vel heredes sui, ac successores sui voluerint. Et propter hoc de summa Capitali nihil detrahatur, que autem ad Cameram Regiam non pertinent, & ad eundem Regem *Mathiam*, vel heredes aut successores eius qualitercunque deuenirent, deuol-

uoluentur, vel acquirentur, de illis poterit tam ipſe, quam heredes, aut eius ſucceſſores facere diſponere, & donare prout voluerit, ut ſupra poſitum eſt, ea tamen bona teneri debebunt in illo iure, prout ab antiquo fuerunt, ſub Corona Regni *Bohemie*. Item concluſum eſt, ſi viuente prefato *Mathia* Rege, nos Regem *Wladislaum* ſine heredibus legitimis decedere contingat, & Barones & Comites regni *Bohemie* ex libera eorum voluntate ipſum *Mathiam* Regem ad corpus regni *Bohemie* in Regem acceptarent, ſeu eligerent, vel aliquem ex heredibus eius, aut ſucceſſoribus Regibus *Hungarie*, in Regem ſibi eligerent, & ipſe, aut aliquis heredum, aut ſucceſſorum ſuorum ſimiliter ex libera voluntate eleccionem ipſam ſuſciperet, extunc coronacione facta ſtatim omnes ille Prouincie *Morauie*, *Slesie*, *Luſacie*, & ſex Ciuitatum ad Coronam Regni *Bohemie* redigi, & ſine aliqua pecuniarum ſolucione cum literarum reſtitucione readiungi debent eo facto. Item concluſum eſt, quod Epiſcopus *Olomucenſis*, & Marſcallus Regni *Bohemie* faciant ad *Bohemiam* nobis Regi *Wladislao* & quibus teneantur, id quod ex officio ab antiquo facere de iure conſueuerunt, abſque tamen preiudiciis ſubieccionis, & obediencie, quam eidem *Mathie* Regi, vel heredibus, vel ſucceſſoribus eius exhibere obligantur. Item concluſum eſt, quodſi qui auſu temerario Domino Regi, ſiue in cuius ſortem venirent, ſe opponere, nec, prout debent, obedire vellent, illos Rex ipſe, cui obedire tenentur, caſtigare poterit ſine impedimento alterius noſtrum, & eos cogere ad obedienciam ſibi faciendam. Signanter vero illos, in cuius ſortem venerint, ſi ſubieccionem facere nollent iuxta diſpoſicionem prenotatam. Ad ipſam autem ſubieccionem faciendam, ſi qui renitentes fuerint, alter alterum, & ſe inuicem Nos duo Reges amice & fraternaliter adiuuare debemus, & omni opere poſſibili aſſiſtere, ut tales ad ſubieccionem, & obedienciam illius, qui receſſerunt, reducantur. Item concluſum eſt, quod quia ſunt aliqui inhabitatores Regni *Bohemie*, qui ſub utroque noſtrum poſſeſſiones habent, ut faciant utrique noſtrum, quod de bonis ſuis facere debent ſecundum conſuetudinem patrie, in qua talia bona ſita ſunt; ſimiliter eciam quoad ſubieccionem proprie perſone. Item concluſum eſt, quod malefactores nullibi foueri debent, ſed uterque noſtrum ſuis Capitaneis & Officialibus committat, quod ſe contra tales gerant ſecundum conſuetudinem Patrie, que conſuetudines in una quaque patria bene cognoſcuntur. Iſtud adiicio: quod ſi quis malefactor de regno unius Regis in regnum alterius & de ſubieccione unius ad ſubieccionem alterius confugeret, extunc talis malefactor ad requiſicionem Capitanei illius Prouincie, unde aufugit, teneatur per Regem illum vel regnum, ad quem, vel ad quod confugiſſet, extradi, ut fiat

fiat de eo iuſticia, ſecundum conſuetudinem illius Patrie, ubi maleficium perpetrauit. Item concluſum eſt, quod ſi in prefatis prouinciis ex una in alteram, ut ex *Bohemia* in *Morauiam*, vel e conuerſo, aut in *Sileſiam* ex altera prediĉtarum, vel e conuerſo diſcordiam moueri, vel aliquid hoſtilitatis oriri contingeret, extunc Capitanei, vel alii Officiales utriusque partis in locis competentibus, aut in metis conueniant, ne quid talium pullulare permittant, ſed unicuique ſine dilacione iuſticiam miniſtrare debebunt, ex parte *Bohemorum* in *Bohemia*, *Morauorum* in *Morauia*, & ſic de aliis, ita quod una queque prouincia ſuis conſuetudinibus, & iure uti poſſit, ſicut ab antiquo conſueuit. Nos itaque *Wladislaus* Rex prefatus viſis, & mature examinatis preſcriptis articulis, capitulis, & concluſionibus, inter nos, & prefatum Dominum *Mathiam* Regem conceptis, & confeĉtis, pro bona pace, & mutua fraternitate, tranquillitate, & felici regni noſtri ſtatu & profeĉtu *Chriſtianitatis*, cuius reſpeĉtus & utilitas nobis precipue cordi eſt, ut ſcilicet eo liberius nos & ipſe *Mathias* mutuis diſſenſionibus, & hoſtilitatibus liberati rebus *Chriſtianis* intendere valeamus, prefatam pacem, unionem & concordiam iuxta formam inſcripcionis premiſſe, omnesque articulos & capitula ſuperius annotata cum noſtra deliberacione prehabita, & certa noſtra ſciencia, ac de conſilio Prelatorum, & Baronum regni noſtri *Bohemie* nobiscum in hac dieta exiſtencium, & de conſenſu tocius regni *Bohemie* laudauimus, acceptauimus, & ratificauimus, laudamusque, acceptamus, & ratificamus omnia & ſingula premiſſa, in verbo noſtro Regio, & bona fide noſtra mediante inconcuſſe & inuiolabiliter absque omni dolo & fraude ſemota eciam qualibet adinuencione, in noſtra, heredumque noſtrorum, & ſucceſſorum, ac Regni *Bohemie* perſona obſeruare, & manutenere promittimus, Nos heredes & ſucceſſores noſtros, ac regnum ad ea obſeruanda obligamus. In quorum omnium robur, & euidens teſtimonium prefato *Mathie* Regi has literas noſtras ſub appenſione ſigilli noſtri dedimus, & ab eo conſimilis tenoris literas ſuas ſub appen. ipſius ſigilli accepimus. Datum in ciuitate *Olomucenſi* vigeſima prima die menſis *Julii*, anno Domini MCCCCLXXIX. Regni noſtri anno oĉtauo. Forma autem inſcripcionis & obligacionis diĉtorum Henrici Ducis & aliorum Baronum talis eſt; Et nos Henricus Dux *Munſterbergenſis*, Comes *Glacenſis &c. Leo de Roſmithal* ſupremus Magiſter Curie Regni *Bohemie*, & Capit. Diſtriĉtus *Prachenſ. Joan. de Cimburg & in Boleslaw* ſupremus Camerarius Regni *Bohemie*, & Capitaneus Diſtriĉtus *Boleslaw. Roſnata de Roſenberg, & in Swerchau* ſupremus Judex Regni *Bohemie*, *Burianus de Guttſtein & in Neczſy* Magiſter Camere Domini Regis & Capitaneus Diſtriĉtuum *Zacenſ. & Rakow-*

kownicensis, *Albertus de Colowrat*, & *Nouo Castrò*, *Alsso Berka de Duba*, *Benessius de Weitmile* Burggrauius in *Carlstein*, & Magister Monete Moncium *Cutben*. *Joannes de Rupau* Magister Curie Domini Regis, Nicolaus *Junior de Horzitz* Capitaneus Districtus *Hradec*. *Czenko de Barchow* & *in Dassitz*, *Wenceslaus* dictus *Hertwik de Mestizgow*, considerantes unionem, & confederacionem prescriptam inter Serenissimos Principes, & Dominos Dominum *Wladislaum* Regem *Bohemie*, & Dominum nostrum Generosissimum, & Dominum *Mathiam Ungarie* & *Bohemie* Regem, Dominum nobis Graciosum non solum pro conseruanda pace, amicicia, & fraternitate eorundem Regum perutilem & necessariam, verum eciam ad bonam vicinitatem, tranquillum statum, & commune bonum, omniumque nostrum pertin. profitemur bona nostra fide, quod prefatus Serenissimus Princeps, & Dominus Dominus *Wladislaus* Rex *Bohemie &c.* omnia & singula supra scripta, annotata, & conclusa, fecit, ordinauit, & conclusit, habito nostro pleno consilio, voluntate, & sciencia. Ad cuius mandatum & euidens testimonium sigilla nostra penes signum prefati Serenissimi Domini Regis *Wladislai* Domini nostri Graciosissimi appendi iussimus ad presentes. Datum ut supra &c.

CCCCXXXII.

Wladislaus Rex Boh. inter se & Mathiam Regem Boh. & Hung. præteritorum perpetuam legem oblivionis inducit, Regnumque Hungariæ pristinæ amicitiæ & fœderis vinculis cum Regno Boh. Marchionatu Moraviæ, Silesiæ & Lusaciæ devincit. dd. Olomucii 21. *Julii* 1479. Ex Cod. Diplom. Bibliothecæ Nostizianæ.

Nos *Wladislaus* Dei gracia *Bohemie* Rex, *Morauie* Marchio, *Lucemburgensis* & *Slesie* Dux, ac *Lusacie* Marchio &c. Notum facimus tenore presencium & significamus, quibus expedit, uniuersis, quod nos debita consideracione recolentes veterem illam beneuolenciam, & amiciciam, bonamque vicinitatem, que olim inter *Bohemie* & *Ungarie* Reges, ac inter hec duo regna, *Bohemiam* videlicet, & *Ungariam* summo Regum & Prouincialium studio fuit inuicem, & mutuo in alterutrum, volentesque pacatis iam rebus nostris cum Serenissimo Principe Domino *Mathia* Rege *Ungarie* & *Bohemie* fratre nostro Charissimo, & firmata pace & amicicia perpetuo veterem & initam beneuolenciam, conuencionem non solum inter nos, sed inter utriusque nostrum Regna, & inter subditos nostros renouare, ademptisque iam pridem diuersis guerrarum occasionibus regnis his pacem & quietem in pristinum statum reuocare, ut subditi utriusque nostrum in bona pace, tranquillitate, & amicicia perfruerentur, & regna nostra auctis ex concordia incolarum opibus eo maius suscipiant incrementum, matura delibera-

racione prehabita, de consilio & voluntate Prelatorum & Baronum Regni nostri *Bohemie*, cum prefato Serenissimo Domino *Mathia* Rege *Ungarie* & *Bohemie*, & eius consiliariis, Baronibus, Proceribus, & Prouincialibus personam & communitatem tocius Regni *Ungarie* representantibus, certam ligam, unionem, confederacionem, & intelligenciam ad concordiam & bonam unitatem, ac mutuam subditorum nostrorum quietem, & utriusque Regni profectum perpetuamque pacem pertinentem iniuimus, ad hec duo Regna concordauimus modis & condicionibus infra scriptis. Inprimis, quod omnis odii & maleuolencie materia & fomes de medio penitus extirpetur, & omnis dissensio, differencia, hostilitas, & discrepancia, que inter hec duo inclyta Regna, & eorum incolas, quomodocunque hactenus exorta fuissent, & agitata, omni modo sopita sit, prorsus & extincta censeatur; utque de cetero una pars aliam omni humanitate, beneuolencia, fraternitate, & amicicia prosequatur, firmaque & stabilis concordia, & bona vicinitas inter utriusque Regni incolas, perserueret. Item quod incole unius Regni metas & terminos siue territoria, & Jura incolarum alterius Regni non occupent, nec inuadant, sed unusquisque suis finibus & terris contentus remaneat, nec ulla racione alter alterius terras & Jura, quouis quesito colore sibi usurpare, vel vindicare debeat. Item ut durabilior amicicia, & quies, ac bona vicinitas inter utriusque Regni incolas permaneat, pro securiori statu utriusque Regni decretum est, ut nullus omnino hominum cuiusuis status, & condicionis existat, ex uno Regno in aliud quibuscunque causis, viis, modis, & racionibus, siue cum obligacione, & inscripcione, siue alio quouis quesito colore, & adinuencione quomodolibet excogitata hostilitates & inimicicias, aut quelibet damna, & iniurias directe & indirecte inferre, aut irrogare debeat, aut incolas alterius Regni ex alio Regno molestare, quod si quis talis inueniretur, qui contra formam presentis intelligencie & unionis de uno Regno in aliud arma sumere, vel incolas, alterius Regni ex altero Regno turbare, molestare, aut quomodolibet impedire, vel aliquod in offensam vel iniuriam partis alterius attemptare presumet, statim & in continenti uniuerse incole, & terrigene illius patrie, in qua talis offensio pacis apparet, contra illum tanquam hostem patrie, & publice pacis violatorem communiter insurgere tenebuntur, & eum tamdiu prosequi, donec ille penitus de illo Regno, ubi talia attentaret, exstirpetur, & uniuersa talis turbatoris bona, & omnes hereditates tanquam hostis publici confiscentur, ille vero de tali Regno expellatur, & tanquam infidelis Patrie perpetuo de tali patria exul habeatur. Item si continget aliquem incolam alicuius regni quippiam accionis vel questionis habere cum incolis alterius

Regni, propterea talis actor vel quesitor non debet arma sumere, vel aliquid via facti attentare contra incolas alterius Regni, sed accionem suam, ubi, quis aliquid contra aliquem se habere pretendit, iure Regni illius cuius incolam requirit, per se, vel Procuratorem suum legitimum, prosequatur, postuletque iusticiam a Judicibus talis incole ordinariis, vel a Principe regni, cuius iudicio si contentus non fuerit, poterit causam suam prouocare ad congregacionem Prelatorum, & Baronum eius regni, tunc primo futuram, ubi talis questio absque ulteriori dilacione per eosdem Dominos Prelatos & Barones iuxta consuetudinem eius Patrie, in qua talis utitur, iuridice finaliter decidetur. Item ut mercatores utriusque regni ex uno in aliud simul cum rebus & mercibus liberum, tutum, & securum habeant deinceps progressum, fiant prorsus ab omni periculo rerum, & personarum securi & immunes, similiter quiuis alterius condicionis homo libere de uno regno ad aliud, cum opus fiet, accedere, & recedere possit. Mercatores autem ultra antiqua & consueta vectigalia ad aliquam nouam & inconsuetam solucionem non cogantur, teneanturque unus alterum in patria sua fouere, & omni cum humanitate & beneuolencia pertractare, & damnum alterius toto posse precauere. Cum vero aliquid accionis, vel questionis inter mercatores oriri continget, in ea patria, ubi mercator alteri obnoxius residebit sine dilacione, ex parte talis ad requisicionem actoris iusticia ministretur, ut eo commodo suis merces hinc inde deferantur, & rerum copia ex uno regno in aliud transportetur. Nos itaque *Wladislaus* Rex prefatus cupientes sub amicicia & fraternitate mutua veterem illam beneuolenciam, & bonam vicinitatem, ac concordiam mutuam inter hec duo regna & subditos nostros diurna guerrarum occasione intermissam & neglectam reformare, primo tum Dei adiutorio ad profectum utriusque regni & tocius *Christianitatis* utilitatem ampliare, ad obseruacionem omnium & singulorum in prefatis articulis contentorum Nos cum prefato Serenissimo *Mathia Hungarie* & *Bohemie* Rege & hec duo regna *Bohemiam* videlicet & *Ungariam* mutuo obligauimus, Prelatique & Barones regni nostri, simul cum Baronibus, Prouincialibus, & Proceribus regni *Hungarie* patriam & communitatem tocius regni *Hungarie*, & presentantibus inuicem oblig. promitten. in verbo nostro regio, & bona fide nostra *Christiana* pro nobis & successoribus nostris Regibus, ac regno nostro *Bohemie*, quemadmodum ipsi Prelati & Barones pleno mandato tocius regni *Bohemie* suffulti promiserunt. Item hec omnia & singula capitula premissa, ad concordiam, quietem, & bonam vicinitatem utriusque regni tam *Bohemie &c.* quam *Hungarie* pertinent sinceriter, & fraterne, quoad omnes eorum continencias, & clausulas, sine omni

omni dolo, & fraude obseruabimus, successoresque nostri Reges, ac Regum *Bohemie* obseruabunt. In quorum omnium robur, & euidens testimonium prefato *Mathie* Regi has literas nostras sub appendenti sigillo nostro dedimus, & ab eo consimilis tenoris literas suas, quas sub appendente ipsius sigillo accepimus. Datum in Ciuitate *Olomucensi* vigesima prima die mensis *Julii* anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo nono regni nostri anno octauo.

Forma autem inscripcionis & obligacionis dictorum *Henrici Ducis* & aliorum Baronum talis est: Et nos *Henricus* Dux *Munsterbergensis* Comes *Glacensis &c. Leo de Rosmithal* supremus Magister Curie regni *Bohemie*, & Capitaneus Districtus *Prachinensis*, *Johannes de Zimburg* & in *Boleslau* supremus Camerarius regni Bohemie & Capitaneus dictus *Boleslauien. Puotha de Risemberg*, & in *Swihau*, supremus Judex regni Bohemie, *Burianus de Guttstein* & in *Neitzhaim* Magister Curie Domini Regis, & Capitaneus Districtus *Zazen.* & *Rakownicensis*, *Albertus de Kolowrath*, & in *Nouo Castro*, *Alsso Berka de Duba*, *Benessius de Weitmille* Burggrauius in *Carlstein* & Magister monete moncium *Cuthnorum*, *Johannes de Rupow* Magister Curie Domini Regis, *Nicolaus* iunior *de Hortzitz* Capitaneus dictus *Hradecensis*, *Czenko de Barchow* & in *Dassitz*, *Wenceslaus Hertwik de Mestagiow*; In omnium premissorum fidem & testimonium penes prefatum Serenissimum Dominum Regem *Wladislaum* sigilla nostra presentibus literis appendi fecimus, proque prefato Serenissimo Domino nostro Rege, & pro nobis ipsis, ac ceteris fratribus nostris, ipsiusque Serenissimi Domini nostri Regis, & ceterorum fratrum nostrorum heredibus, & successoribus, nec non pro toto regno *Bohemie* bona fide promittimus, quod hec omnia & singula superius annotata ipse Serenissimus Dominus noster Rex, suique heredes & successores, Nos quoque cum ceteris fratribus nostris, heredesque & successores, & posteri nostri, ac totum regnum *Bohemie* inuiolabiliter & inconcusse sine omni dolo & fraude obseruabimus, & obseruabunt, faciemus & facient per omnes, quorum interest, obseruari. Datum ut supra.

CCCCXXXIII.

Victorinus Dux Oppaviensis & Monsterbergensis suos ex montibus Chutnensibus reditus in fratrem Henricum seniorem transfert. dd. Glatz die Jovis post S. Andreæ Apostoli 1479. Lunig Spic. Eccl. I. Theil p. 354.

CCCCXXXIV.

Mathias Rex Boh. & Hung. declarat sese veniam dare omnibus & singulis, quicunque seu in regno Bohemiæ, seu in Marchionatu Moraviæ sibi adversati, hostesque fuerunt. dd. 1479. Privilegia regni in Carlstein T. XII. N. 35. p. m. 265.

CCCCXXXV.

Instrumentum Notarii publici super confirmatione & investitura F. Simonis Præpositi Raygradensis in Abbatem Willemoviensem electi per Joannem de Colowrat Administratorem Archiepiscopatus Pragensis. dd. in Castro Pragensi die 9. *Decembris* 1481. Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Joannes de Colowrat & *Krassow* Prepositus ecclesie *Pragensis* & Administrator Archiepiscopatus eiusdem &c. Ad uniuersorum tenore presencium deducimus noticiam: Quod vacante Abbacia in monasterio *Willemow Pragensis* Diocesis Ordinis *S. Benedicti*, cuius eleccio & ius presentandi ad fratres eiusdem Ordinis & regule, confirmacio vero ad nos & officium nostrum de veteri consuetudine pertinere dinoscitur, & de iure. Et quia is locus *Willemouiensis* per multos occupatur annos, neque ob potenciam secularium ipsum locum, & bona eius occupancium, fratrum patitur residenciam. Ne tamen diuturnitate temporis aboleri possit talis locus, & loci memoria, & ut saltem in personis viuat: Venerabiles & Religiosi Patres Frater *Gregorius* Abbas monasterii *Brewnouiensis*, Frater *Mathias* quondam Abbas *Trebicensis*, Frater *Leonardus* Abbas *Zarensis*, Frater *Jacobus* Prepositus *S. Benedicti* extra *Brunam*, ceterique Fratres predicte regule & Ordinis, velut quorum intererat, vel interesse potuit, in predicti monasterii Abbatem concorditer & unanimiter elegerunt iuxta regule sue instituta Religiosum Fratrem *Simonem* Prepositum *Reygradensem* prout hoc ex literis desuper confectis, & predictorum Patrum sigillis pendentibus munitis, nobisque exhibitis clare conspeximus, eundemque nobis & officio nostro duxerunt presentandum & presentauerunt confirmandum pro, & cum eo supplicantes, quatenus eidem munus confirmacionis & institucionis impartiremur, prout hoc ad nostrum spectat officium. Nos iuxta doctrinam Apostoli nemini manum cito imponere volentes, premissa crida, termino ad comparendum statuto, nemineque apparente seu contradicente, declarata contumacia omnium se opponere non curancium, eleccionem ipsam sic de eo factam, atque in scriptis redactam Canonicam & legitimam arbitrantes, votaque aliorum Dominorum Patrum pro eodem electo racionabilia putantes, eisdem fauorabiliter annuimus. Et primo receptis ab eodem Electo ad sancta Dei Euangelia solitis, & circa talia consuetis promissionibus & iuramentis, aliisque, que de iure, consuetudine premittenda erant, premissis, auctoritate Domini nostri *Jesu Christi*, & auctoritate nostra ordinaria siue administratoria, qua fungimur, prefatum fratrem *Simonem* sic canonice electum, in Abbatem dicti monasterii *Willemouiensis* per biretti super caput eius supra posicionem, & annuli in manus eius imposicionem, inuestiuimus, institiuimus, & con-

confirmauimus, & presentibus inuestimus, instituimus, & confirmamus, dantes eidem plenam & liberam auctoritatem, atque administracionem eiusdem monasterii regendi ac administrandi in spiritualibus & temporalibus, prout ad Abbatem de iure, siue iuxta regularia Ordinis instituta spectat & pertinet; Precipientes omnibus fratribus eiusdem monasterii & regule, atque Prelatis Diocesis nostre, ut illum pro Abbate recipiant, & teneant. Mandamus insuper omnibus censitis, colonis, reddituariis, & pensionariis, ac omnibus eiusdem monasterii hominibus in virtute sancte obediencie, & sub excommunicacionis pena, quatenus de omnibus censibus, redditibus, iuribus, usibus, obuencionibus, & emolumentis integre & realiter respondeant sibi, omni contradiccione semota. In cuius rei testimonium presentes literas nostras confirmacionem, institucionem, & inuestituram in se continentes per nostrum Notarium publicum fieri, suique subscripcione, atque nostri sigilli, quo pro administracionis officio utimur, iussimus appensione communiri. Datum & actum in Castro *Pragensi* anno Domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, die vero nono mensis *Decembris*, Indiccione quarta decima, Pontificatus sanctissimi in *Christo* Patris & Domini nostri, Domini *Sixti* Diuina Prouidencia Pape quarti anno decimo, hora meridiei, vel quasi, in domo, siue Capella domus prefati Venerabilis & Magnifici Patris, ac Domini Domini Prepositi *Pragensis* ecclesie in *Hradczano*, presentibus ibidem Venerabili & Religioso Patre *Gregorio* Abbate monasterii *Brewnouiensis*, Fratre *Paulo* Preposito eiusdem monasterii, Venerabili Viro Magistro *Stanislao* de *Welwar* Archidyacono *Litomericensi*, Domino *Martino* de *Crumlow* Canonico ecclesie *Pragensis*, *Wenceslao Brussenii* de *Plzna* Clerico *Pragensis* Diocesis, & ceteris quam pluribus testibus ad premissa vocatis & requisitis.

Et ego *Blasius* natus quondam *Nicolai Kremer* de *Plzna* Clericus *Pragensis* publicus sacra Imperiali auctoritate, ac Venerabilium Dominorum Administratorum & Capituli *Pragensis* iuratus Notarius quia predicte presentacioni, inuestiture, & confirmacioni, & ceteris premissis cum prenominatis testibus presens interfui, & ea omnia & singula sic fieri vidi, & audiui, manu propria conscripsi, publicaui, atque in hanc formam publicam redegi, signo quoque, & nomine, & cognomine meis solitis & consuetis una cum appensione sigilli officii Administracionis Archiepiscopatus *Pragensis* consignaui in fidem & testimonium omnium & singulorum premissorum rogatus & requisitus.

CCCCXXXVI.

Testimonium Abbatis & Conventus Henrichoviensis in Silesia de avita Nobi-

Nobilitate Kaunitziorum. dd. Henrichovii festo Annunciationis B. Mariæ Virg. 1482. Paprocius in Spec. Morav. p. 417.

CCCCXXXVII.

Domina Anna de Biethow transcribit & cedit quatuor marcas annui census hospitali S. Spiritus ante muros Olomucenses ex duodecim marcis annui census sibi a Magistratu & civitate Olomucensi debiti. dd. Olomucii die Mercurii post S. Francisci 1482. Ex Autographo Archivi Regii. Ex vernaculo in latinum translatum.

Anna de Bietbow quondam uxor bonæ memoriæ *Nicolai Gerssnar* Civis *Olomucensis* recognosco his literis coram universis, qui eas visuri aut legentes audituri sunt: Quod in potestate mea habeam cum *Dorothea* sorore defuncti mariti mei supra scripti literas authenticas in pergamena scriptas & sigillis munitas super ducentis quadraginta marcis grossorum bonorum argenteorum latorum Capitalis, & super viginti quatuor marcis grossorum annui census emptas in & super villa *Nemilanech Marsskonis de Radowiessicz* a Marchione felicis recordationis *Jodoco*, quemadmodum ejusdem Marchionis literæ id clarius exprimunt. Qui quidem census supra scriptus semper usque in hodiernum diem sine omni contradictione nobis ex Curia a Dominis Civibus *Olomucensibus* porrectus fuit, quemadmodum & idem census literis supra scriptorum Dominorum Civium *Olomucensium* confirmatus est. Super his omnibus itaque literis, quæ ad sæpe dictum censum pertinent, ego supra scripta *Anna de Bietow* a defuncto *Nicolao* marito meo cessionem habeo super medietate census literarum harum, id est super duodecim marcis, quemadmodum in his omnibus literis ad hunc censum spectantibus omnia melius, clarius, & plenius describuntur. Quare ego supra scripta *Anna* omnes has authenthicas literas, & cessionem illam mihi a dilecto marito meo datam custodiendas tradidi in fideles manus prudencium & circumspectorum Virorum *Christini Miksmelczar*, *Nicolai Forlauff*, & *Bernardi Molar* Civium *Olomucensium* tanquam dilectorum Mandatariorum meorum, super his autem literis & super cessione mihi a dilecto meo marito facta dedi ex parte mea cessionem, & vigore præsentium do in perpetuum pauperibus hospitalis *S. Spiritus* ante muros *Olomucenses*, adeo ut hodiernus hospes, futurique præfecti hujus hospitalis plenam potestatem & jus habeant ex summa harum duodecim marcarum levandi in Curia posthâc singulis annis quatuor marcas a Prudentibus & Discretis Dominis Consule & Senatu Civitatis *Olomucensis*, secundum illam quidem consuetudinem, eosque terminos, quibus alias solutæ fuerunt. Hospitale autem hoc pro animæ meæ & dilecti mariti mei salute Deum deprecabitur. Item præcipue oro mandatarios meos supra scriptos, quodsi fortassis aliquando Domini Cives *Olomu-*

mucenses in Curia tergiversarentur has quatuor marcas huic hospitali secundum priorem consuetudinem extradere, ut omnibus viribus pauperibus istis assistant, & quoties opus fuerit illis authenticas literas extradant, quas tamen rursum in potestatem suam recipiant. Item si quispiam ex mandatariis meis supra scriptis, quod Deus avertat, moreretur, tum duo reliqui mandatarii potestatem habeant alium deligendi, qui sibi & Præfecto hospitalis placiturus esset. In horum omnium fidem ego *Anna* sigillum meum his literis appendi, & pro majore firmitate exoravi Nobilem Dominum Dominum *Carolum* juniorem *de Wlassym* & in *Usow*, & famosos Dominos *Georgium de Hertmanow, Wenceslaum de Dubrawicz* Capitaneum in *Litowl*, Joannem *Olbeczk de Cbylecz, Nicolaum de Otbmutb, Joannem Krupa de Bludow*, ut præter ullum suum & hæredum suorum præjudicium sigilla sua secundum meum appendi jusserint his literis. (*a*) Quæ datæ sunt *Olomuczii* anno a Nativitate Filii Dei millesimo quadringentesimo octogesimo secundo die Martii post *S. Francisci.*

CCCCXXXVIII.

Casimirus Dux Tessinensis familiæ nobili Moravicæ Besowsstiorum testimonium dat se recognovisse privilegium Wladislai Regis Opoliensis huic familiæ datum. dd. Teschinii feria III. SS. Innocentium 1484. Paprocius in Spec. Morav. fol. 227.

CCCCXXXIX.

Ambrosius Abbas Zdiarensis Ordinis Cisterciensis recognoscit se vidisse literas Wladislai Regis Boh. anno 1490. *datas, quibus omnia privilegia, donationes, & jura tam per Bohemiam, quam Moraviam monasterio Willemoviensi confirmantur. dd. Zaberzs die S. Georgii.* Ex Autographo Archivi Brzewnoviensis.

Nos *Ambrosius* Diuina miseracione Ordinis *Cisterciensis Zaberensis* monasterii Abbas, totusque Conuentus eiusdem monasterii. Notificamus tenore presencium uniuersis, & testamur; quod coram nobis Reuerendus in Christo Pater, & Dominus Dominus *Petrus* Diuina miseracione Ordinis Diui *Benedicti Willemoviensis* monasterii Abbas venit, & comparuit, quoddam priuilegium, seu confirmacionem omnium eiusdem Cenobii priuilegiorum, & donacionum, & immunitatum in se continens, a Serenissimo quondam *Wladislao Ungarie* & *Bohemie* Rege, & Marchione *Morauie* laudabilis memorie concessum, & cum Maiestate obsignatum exhibuit, supplicans, idem priuilegium, seu supplicacionem reuidere, auscultare, & in vidimum redigere. Nos ad preces prefati Domini & Patris iam memorati Abbatis equitate

(*a*) Septem sigilla his literis subjecta damus excusa eodem Num. CCCCXXXVIII.

tate ſuadente, que nemini denegari debet, nec non auſcultacione omnium habita diligenti, ipſum priuilegium, ſeu confirmacionem in omnibus articulis, condicionibus, literis, ſillabis, quas omnino illeſas, inuiolatas, nec aliquid aliud quod ſenſum viciare, & intellectum variare poſſet, recollegimus, & perſpeximus, atque parte omni rectum reperimus, cuius ſenſus & tenor de verbo ad verbum, nil addendo, vel minuendo, ut infra patet, ſonat: Nos *Wladislaus* Dei gracia *Böemie* Rex, Marchio *Morauie, Lucemburgenſis* & *Sleſie* Dux, & *Luſacie* Marchio &c.; Notum facimus tenore preſencium uniuerſis pro parte Religioſi *Nicolai* Abbatis *Willemouienſis* Ordinis ſancti *Benedicti*, & ſui Conuentus nomine Maieſtati noſtre fuiſſe humiliter ſupplicatum, quatenus omnes literas, gracias, libertates, priuilegia, & iura uniuerſa datas data & conceſſa eidem monaſterio, & incorporate ſibi Prepoſiture *Uberczicze* in Marchionatu noſtro *Morauie* ſituate, a diuis Predeceſſoribus noſtris Regibus *Bohemie*, & Marchionibus *Morauie* ex ſolita benignitate Regia innouare, approbare, ratificare, & confirmare dignaremur. Nos, qui pie ſupplicancium vota benigna ſemper aure admittimus, iuſtis huiusmodi peticionibus fauorabiliter, duximus annuendum. Igitur non per errorem, aut improuide, ſed animo deliberato ex certa noſtra ſciencia, auctoritate regia, & marchionali *Morauie*, omnes & ſingulas literas, gracias, libertates, priuilegia & Jura uniuerſa prefato monaſterio & Prepoſiture a diuis Predeceſſoribus noſtris *Boemie* Regibus, & *Morauie* Marchionibus datas, & conceſſa, in omnibus ſuis punctis, articulis, & clauſulis & ſentenciis, acſi eorum tenores de verbo ad verbum noſtris literis eſſent inſerta, innouamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, decernentes, & expreſſe volentes omnia & ſingula in iam dictis literis & priuilegiis contenta, plenum, firmum, & inuiolabile robur perpetuis temporibus obtinere. Supplemus inſuper de plenitudine Regie poteſtatis omnem defectum, qui premiſſis de Jure, facto, vel conſuetudine quomodolibet obuiare poſſit. Cupientes preterea ſepe dictos Abbatem, & fratres uberiori noſtra gracia conſolari, volumus bona, & res monaſterii eiusdem & Prepoſiture, que a quocunque ſine iuſto titulo, aut ſine noſtrorum Anteceſſorum inſcripcione, vel absque noſtra obligacione quomodolibet detinentur, ipſi Abbati, vel ſucceſſoribus ſuis, vel alteri, cui ab eo, vel ipſis mandatum fuerit, ſine mora, & contradiccione reſtitui, nolentes deinceps bona, aut res eiusdem monaſterii, & Prepoſiture, ad aliquod longum, vel breue tempus, ſeu eciam in perpetuum per nos, aut ſucceſſores noſtros alienari, impignorari, locari, abſtrahi, & inſcribi, ſeu quomodolibet alio titulo dimoueri. Si quid autem in contrarium, vel per inaduertenciam, occupacionem, aut petencium importunitatem

tatem a nobis vel successoribus nostris impetratum fuerit quandocunque, id ex nunc, prout ex tunc annullamus, cassamus, irritamus, & nullius penitus roboris, firmitatis, momenti esse decernimus, non obstantibus regni nostri *Boemie*, & Marchionatus *Morauie* consuetudinibus hys graciis quibuscunque. Mandamus igitur uniuersis & singulis Officialibus, & subditis nostris fidelibus dilectis, ut predictum Abbatem, ac ipsius successores circa omnia predicta conseruent, protegant, manuteneant, atque defendant, nec eos super his, & in eorum bonis inquietari, turbari, vexari, molestarique per quempiam paciantur, seu permittant, prout indignacionem nostram grauissimam cupiunt sollicite euitare, presencium sub nostri regalis sigilli appensione testimonium literarum. Datum in Arce nostra *Prage* die vigesima prima mensis *Junii* anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, regni nostri anno decimo nono. In cuius testimonium & robur nos supra dicti Abbas & Conuentus sigilla cum nostra certa sciencia his literis appendi fecimus. Datum *Zaberzs* anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octauo, feria quinta, ipso die sancti *Georgii* Martyris.

CCCCXL.

Ordines Moraviæ & Silesiæ Schoenbergæ post mortem Mathiæ Regis Bohemie & Hungariæ congregati convenerunt, quod unanimes esse velint in acceptando Rege, qui tamen utrisque omnia jura & privilegia confirmet. dd. Schoenbergæ die Veneris ante Trinitatis 1490. Ex Codice Diplomatico Bibliothecæ Nostizianæ.

Anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo, am Freytag Vor Trinitatis zwischen dem Marggrafſthumb zu **Mähreren**, und Fürstenthümern in Schlesien, das ist dem Hochwürdigen in Gott Vatter und Herren Herren Johansen Bischoffen zu **Breslau** rc. und dem Hochgebohrnen Fürsten Hertzog **Conrad den Weisen**, Herren zu **Olsen**, Hertzog **Heintichen** den Eltern Fürsten zu **Münsterberg**, und Hertzogin **Ludmilla**, und den Fürstenthumb zu **Lignitz**, und Hertzog **Johannes** Fürsten zu **Ratibor**, und Hertzogen Johansen Fürsten zu **Hainst**, und Herren **Stibor von Zimburg**, Haubtmann des Marggrafſthum zu **Mähren**, Herren **Heralten von Cunstatt**, Herren **Wratislawen von Bernstein**, Kammerer des Olmützischen und . . . Rechten in Marggrafſthumb **Mähren**, und anderen Herren, Ritterschafft, Städten desselben Marggrafſthumbs zu **Mährern**, jetzunder zum **Schönberg** gewest, und den Ersamen und Weysen Städten **Breslau Schweidnitz**, und **Jauer**, und Ritterschafften derselben Fürstenthümer samt Polen mit Machtbriefen, auch jetzt zum **Schönberg** gewest, beschlossen, und beredt ist, daß alle Innwohner jetzt des benanten Marggrafſthums zu **Mährern**, und dergenan-

nanten Fürstenthümer in der Schlesien eintrechtiglich stehen sollen beym uffnehmen eines Herren Küniges der Lande. Item der da jetzund nach Tode König Mathie enporen, und herschen solde, es sey der Künig zu Böhem, als Erbherr dieser Lande, es sey der Khünig von Ungern, ob ein andern gewelt würde, und Ir kheines Pfandes an .... bequeme mit Rechte, daß derselbe Khünig Ihre Gnaden den Bischoff, die Fürsten, Herren Prälaten Ritterschafften, und Städte, jetzlichen im seinen Stande in Marggraffthum zu **Mährern**, und der genanten Fürstenthümer bey ihren Gerechtigkeiten, Freyheiten, Priwilegien, Statuten, und löblichen Altherkommen, Begnadungen khaiserlicher Majestät, der Künige zu **Böhemen**, und der Marggrafen zu **Mährern**, Fürsten in der **Schlesien**, Erbherren dieser Lande, die sie haben, und erweisen mögen, sie darbey zulassen, und zubehalten geruhe, mit Ihrer Majestät befestigung, Verneüerungen, und Bestettigungen, und darbey ihren jetzlichen neben seinen Stande, und gerechtigkeit zu behalten, als seiner Khüniglichen Gnaden vorfahren Khünige eines zukünfft gen unseren Vorfahren ohne Hindernus behalten haben. Auch were es Sache, das etzliche weren, die da ungefehrlich Khünigliche begnadungen verliehen, und Freyheiten durch findt inn Kriegsleufften, oder in Feuersnoth, oder in was Weise die sonst verlohren hetten, umb dieselbigen sollen wihr vor unsern Herren Khünige Vleiß haben, und vollkhommene Vorbete thuen, daß seine Khüniglichen Gnade Ihre Freyheit, und verlohrne Begnadung gnädiglich verneuern, und bestettigen geruhe, jedoch also, der das nach Nottürfft beweisen, und den die solche Begnadungen, und Briefe verlohren hetten, daß sie dieselbigen also gehabt haben. Item wann die Bothschafft von Khünig zu **Böhem**, seiner Gnaden wiederkombt, soll ein Tag, und ein zusammenkommen seyn in Kegenwärtigkeit etzlicher Persohnen und Fürsten der Fürstenthümer, Ritterschafft und Stetten derselbigen Fürstenthümer in der **Schlesien**, und Herren Prälaten, Ritterschafft, und Stetten des Marggraffthumbs zu **Mährern** in der Stadt **Olmütz** auf Sanct Johannes Tag nechstkünfftig, oder ungefehrlich vierzehen Tag darnach um genötige Sachen desselbigen Marggraffthums zu **Mährern**, und Fürstenthümer in der **Schlesien**. Was sie dann daselbst eintrechtiglich bereden, und untereinander beschließen, und worauff sie sich vereinen, das weitere mit Briefen und Siegeln mit den obgenanten Persohnen bestettiget, und versiegelt soll werden. Und dieser unser Beredung haben Wihr hernach geschriebene **Stibor von Zimberg**, Haubtmann des Marggraffthumbs zu **Mährern**, **Herolt von Cunstat**, und von **Plumblau** Obrister Kammerer, der zehende zu **Olmütz**, **Wratislaus von Perestein**, Obrister Kammerer der zehende zu **Brünn**, **Jhann Birckhe von der Duba**, und vor der **Leippau**, **Buczshke Khün** von der **Kunstat** und auf

Büc-

Búczem, Ladislaw von Bußkowetz, Carl von Wlaschin, Sigmund von der Dobrewitz, Znate von der Lunitz, Hinkho von Ludenitz, Girzikh Tunkel von Ausprunn, und von der Hohenstadt, und Balzer Motschelniz Marschalkh des Bistumbs zu Preßlau, Jacob von Scharoff Hofrichter des Marggraffthumbs zu Mährern, Bohuslaus von Kober, Apicius Kolo licentiat, Caspar Hoffmann, Hanns Zirne von Ronnspergk, Jhan Hole von Pometicz, Mathias Lebe, Blasius licentiat - Schreiber der Stadt Preslau, Hannß Nimpsch, Christoph Bockh, Absolon Schwabsdorff, Georg Stam, haben wir besiegelt mit unseren Siegeln, und der Fürsten Siegel unsern Herren, unns jetz in Macht gegeben.

CCCCXLI.

Victorinus Dux Oppaviensis & Monsterbergensis cum consensu Wladislai Regis Boh. fratrem suum Henricum tutorem filiis suis Ducibus Oppaviensibus constituit. dd. Budæ Sabbatho post S. Francisci 1490. Sommersberg Scr. rer. Siles. T. I. p. 1038.

CCCCXLII.

Wladislaus Hungariæ & Bohemiæ Rex fratribus Prueschenkys de Glettenberg facultatem impertit castrum Pracbaticz in Moravia pretio undecim millium aureorum vendendi. dd. 1491. Collectanea Archivi Statuum Inf. Austriæ p. 248.

CCCCXLIII.

Erectio altaris SS. Sebastiani, Hieronymi &c. in ecclesia Divi Mauritii Olomucensi, per Dominam Barbaram Skoch Civem Olomucensem facta. dd. Olomucii 21. *Septembris anno* 1491. Ex Autographo Archivi Regii.

In nomine sancte Trinitatis amen. Nos *Conradus Althaymer* Decanus, & *Joannes de Jempnicz* Archi-Diaconus, Canonici Administratores Episcopatus *Olomucensis* sede vacante Notum facimus tenore presencium presentibus & futuris uniuersis, Prouidum & Circumspectum Virum Joannem *Grosmann* Ciuem *Olomucensem*, quasdam dotacionis & fundacionis nouas literas altaris, sub titulo sanctorum *Hieronymi*, *Sebastiani*, & sancte *Elene* in Ecclesia Parrochiali sancti *Mauricii* in Ciuitate *Olomucensi* extructi, & fundati, necdum in beneficium Ecclesiasticum cum dote sufficienti erecti in pergameno scriptas, sigilloque Ciuitatis *Olomucensis* prefate rotundo de cera rubea albe genuine cere impressa impendenti munitas, sanas siquidem integras, & illesas, non cancellatas, neque in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vicio & suspicione carentes Nobis presentasse, tenoris subsequentis:

In nomine Domini nostri Jesu *Christi*, Eiusque intemerate Genitricis

Marie presidio implorato. Quia benignitate Altissimi ad ymaginem eius creari, preciosissimo sanguine *Jesu Christi* redempti, ac celestis regni coheredes effecti sumus, non ab re tanto amplius ad eterna unicuique aspirare conuenit, quanto eorum hereditas res transitorias antecellit, sed quia peccatorum sarcinis prepediti, & terrene conuersacionis labe infecti ad supernam illam *Iherusalem*, que est mater nostra, peruenire nequimus, totis viribus innitendum est, ut piis adiuti Sanctorum suffragiis Saluatoris nostri misericordiam iugiter imploremus, quatenus exuberanti sua pietate nos ab alto miseratus respiciat, atque delictorum nostrorum veniam sua ineffabili pietate propinet. Proinde ego *Barbara* relicta olim *Stanislai* dicti *Skocb* Ciuis Ciuitatis *Olomucensis* saniori ducta & stabilita consilio, condicioneque mortalitatis mature pensata, cupiens denique districti Judicis ineuitabilem seueritatem piorum operum exercicio vita mihi comite preuenire, predecessorum quoque, ac consanguineorum meorum consulere saluti, Altare quoddam in Ecclesia sancti *Mauricii* in *Olomucz* ad columpnam altaris Beate *Marie* Virginis de proxime oppositam in honore sanctorum *Iheronimi* & *Sebastiani*, ac sancte *Helene* de nouo construendum, erigendum, fundandum, & de temporalibus mihi a Deo collatis dotandum statui modo infra scripto. In primis, & ante omnia volo, statuo, & in presenciarum decerno, ut prefati altaris Rector seu Capellanus quilibet perpetuis temporibus singulis septimanis ad tres missas per se, vel alium sacerdotem in predicto altari legendas sit omnino astrictus, quarum primam cum passione Domini sub titulo *Euangeliste*, quantum maior deuocio suggesserit, secundam vero de Beata Virgine de tempore occurrenti, & terciam pro defunctis, quibuscunque diebus, quando scilicet melius fuerit dispositus, legere poterit. Pro dotacione vero ipsius altaris quingentos florenos auri *Hungaricales* deputo, & assigno, pro quibus triginta marce monete communis a Domino *Karolo de Wlassym* in pretorio *Olomucensi* de redditibus Regiis eidem impignoratis, iuxta literarum, & inscripcionis ipsius continenciam, iam actu sub titulo reempcionis sunt comparate; Quorum viginti Capellanus, & Rector altaris pro salario suo perpetuis habeat temporibus, reliquas vero decem in opera pietatis distribuat modo infra scripto. Imprimis unam marcam pro anniuersario in Ecclesia sancti *Mauricii* super altari predicto peragendo, pro officiis circa anniuersarium huiusmodi faciendis hoc modo dispenset, videlicet pro vigiliis nouem leccionum & laudibus, duodecim grossos, pro conductu & Salue sex grossos, pro pulsu omnium campanarum, maiori tamen excepta, viginti octo grossos, pro decem missis legendis, decem grossos, vitrico Ecclesie prefate pro quatuor luminibus circa id

id administrandis quatuor grossos, tandem Plebano eiusdem Ecclesie pro offertorio quatuor grossos. Insuper & Predicatori eiusdem Ecclesie pro exhortacione fidelium ad orandum pro mea & cognatorum meorum animabus mediam marcam, monete communis, singulis annis dare tenebitur, quem quidem anniuersarium diem quolibet anno in die obitus mei, hoc est in vigilia *Mathie* Apostoli vel circa, prout conueniencius videbitur, peragi volo. Item alteram marcam pro mulieribus leprosis ad Beatam Virginem extra suburbia *Olomucensia* idem Altarista annuatim porrigere debeat, & teneatur. Item pro mulieribus pauperibus, tres domos, elemosinales prope Ecclesiam sancti *Michaelis* incolentibus similiter annuatim, circa scilicet censuum percepcionem tres marcas ad quamlibet domum unam marcam pro victu pauperum; Et iterum *Katherine* sanctimoniali ad sanctam *Claram*, quoniam apud me educata est, vita ipsius durante, post vero decessum eius Conuentui dicti monasterii duas marcas singulis annis memoratus Altarista dare teneatur, pro quibus idem Conuentus, postquam ad ipsum modo supra dicto fuerint deuolute, anniuersarium omni anno cum vigiliis nouem Leccionum, Laudibus & Salue, nec non quinque missis defunctorum pro me, & cognacione mea peragere erit obligatus. Item ad fraternitatem *Corporis Cristi* ad sanctum *Mauricium* duas marcas cum dimidia pro cera, vel aliis rebus cultui Diuino necessariis, ipse Altarista quolibet anno dare sit obligatus. Et ut hec omnia validiorem, & indubitatum sorciantur effectum, volo, & expresse per presentes decerno, quod Altarista quilibet ad ipsum altare residenciam modis omnibus faciat personalem. Neque illud cambiendi, aut commutandi sine manifesto & euidenti Patronorum seu Collatorum consensu aliquam habeat facultatem, quodque se ceteris ipsius Ecclesie Altaristis omnino conformet, ac in festis *Jesu Christi*, Eiusque Genitricis *Marie* solempnioribus primis & secundis vesperis superpelliceo decenter indutus interesse, atque in altari sepe dicto duos cereos honeste magnitudinis infra utrasque vesperas accendere debeat. Volo preterea & decerno, ut Jus Patronatus, siue Collacio eiusdem altaris, vita mihi comite, apud me & arbitrium meum dependeat, post obitum autem meum ad *Joannem Grosmann* fratris mei filium, eoque defuncto ad ipsius *Joannis Grosmann* heredes, nec non eorundem heredum sobolem ex eis, aut eorum altero recta linea descendentem ad seniorem deuoluatur. Qui quidem *Joannes Grosmann* heredesque ipsius & soboles prelibata, dum & postquam antedictum altare modo quocunque vacare contingat, non solum alienum, verum eciam unum ex iisdem prefatis heredibus Ecclesiastici beneficii capacem, & si heres iste acceptare voluerit, ipsum extunc heredem, & nullum alienum ad id

id loci ordinario presentare confirmandum poterunt, & debebunt. Quibus tandem heredibus memorati *Joannis Grosmann* ac sobole prenominata ab hac luce sublatis, & decedentibus, nec ullo penitus superstite remanente, extunc apud circumspectos Viros Dominos Magistrum Ciuium, & consulatum Ciuitatis *Olomucensis* predicte eiusmodi altaris Jus Patronatus debet perpetuis manere temporibus, quos omnes ad hoc principaliter volo esse obligatos, ne ipsum altare cuiquam, nisi sub condicionibus superius clarius expressatis conferant, ne eciam pecunias, eidem altari in dotem assignatas, cuiquam heretico seu infideli quouis modo credant, sed diligenter inuigilent, ut census huiusmodi a fidelibus semper reneatur *Christianis* intra gremium sancte matris Ecclesie existentibus. Casu autem, quo successu temporis valore monete in melius commutato triginta marce census pro quingentis florenis emi non possent, extunc Domini Patroni cum scitu & consensu Altariste pro tempore existentis operam dare debebunt, quod emantur triginta marce, aut de moneta communi tantum quantum triginta marcis in valore correspondeat, extunc altarista duabus terciis pro salario suo reseruatis, terciam ad onera, seu opera pietatis impendat supra scripta. Quocienscunque vero illi huiusmodi censum reemerint, summa Capitalis semper in Pretorio *Olomucensi* ad manus duorum Ciuium reponatur, & tamdiu maneat, quousque similis census commode poterit comparari, obseruatis omnibus condicionibus & clausulis, ac disposicionibus supra tactis; Ad prefatum igitur altare, ut premittitur, per me fundatum & dotatum Honerabilem Virum Dominum *Georgium Angel* de *Moglicz* Presbiterum *Olomucensis* Diocesis, tanquam ydoneum, & bene meritum, & illius primum altaris ministrum, hys, quorum interest, duxi presentandum. Quapropter vobis Reuerendissimo in *Christo* Patri & Domino Domino nostro Episcopo *Olomucensi*, aut ipsius Ecclesie *Olomucensis* in spiritualibus & temporalibus Officialibus & Administratoribus humiliter ac debita cum reuerencia in Domino supplico, quatenus Diuine retribucionis ob respectum, prefatum altare, nouam fundacionem, ereccionem, dotacionemque ipsius, literasque presentes in omnibus suis clausulis, sentenciis, & articulis ratam habentes & gratam approbantes, in beneficium Ecclesiasticum erigere, dotemque eidem altari per me assignatam, & censum, sicut premittitur emptum, & in futurum emendum ei incorporare, unire, & inuiscerare, predictum quoque Dominum *Georgium* per me, ut prefertur, ad id presentatum, cum omnibus iuribus & pertinenciis suis in primum illius altaris Rectorem, & ministrum inuestire, & auctoritate vestra ordinaria confirmare dignemini graciose, adhibitis solemnitatibus & ceremoniis, circa talia fieri soli-

solitis, & opportunis, supplentes eciam eadem auctoritate vestra omnem defectum, si quis forte ex verborum aut sentenciarum obscuritate, aut quacunque negligencia vel errore in presenciarum foret commissus. In quorum omnium testimonium, ac perpetue firmitatis robur sigillum Dominorum Ciuium supra dictorum ad peticionis mee instanciam presentibus est appensum. Datum & actum *Olomucz* anno Natiuitatis Dominice millesimo quadringentesimo nonagesimo primo decima nona die mensis *Septembris*.

Post quarum quidem literarum fundacionis huiusmodi & dotacionis presentacionem & recepcionem fuimus per ante dictum *Joannem Grosman* Ciuem *Olomucensem* tanquam prelibate *Barbare*, olim relicte *Stanislai Skoch* &c. Ciuis *Olomucensis* religiose fidei commissarium debita cum instancia supplicati, quatenus prefatum altare sanctorum *Hieronymi* & *Sebastiani*, ac sancte *Helene*, ut premittitur, in prefata Ecclesia sancti *Mauricii* fundatum & dotatum, in beneficium Ecclesiasticum erigere, censum predictarum triginta marcarum eidem altario & ipsius ministro applicare, annectere, & inuiscerare, unireque & incorporare, fundacionemque ipsam & dotacionem approbare & ratificare, ac ipsum Dominum *Georgium*, ut prefertur, ad id presentatum, tanquam illius altaris ministrum confirmare dignaremur. Nos itaque *Conradus Altbaymer* Decanus, & *Joannes de Jempnicz* Archidiaconus Administratores prefati recensentes supplicacionem huiusmodi fore iustam & racioni consonam, volentesque, ut de hys, que Diuini cultus augmentum & Ecclesiasticum profectum respiciunt, debitum Altissimo famulatum adaugeri valeamus, prenominatum altare, ut expressum est, fundatum & dotatum, in beneficium Ecclesiasticum auctoritate nostra administratoria ereximus, & creauimus, prout vigore presencium erigimus, & creamus, censumque triginta marcarum numeri & pagamenti predictorum eidem altario pro sustentacione eius ministri deputatum & dotatum unimus, approbamus, inuisceramus, & in Dei nomine incorporamus, ereccionem ipsam, fundacionem, dotacionem, cum omnibus inde secutis, omnibusque clausulis, punctis, condicionibus, limitatibus & qualitatibus suis, ac uniuersis continenciis omni suo tenore approbamus, & ratificamus, ipsumque Dominum *Georgium Angel de Moglicz* predictum, ipsius altaris ministrum predicta nostra auctoritate confirmamus, insuper fundacionem & antedictam dotacionem, ac bona donata, empta, aut in posterum donanda, emenda, eidemque beneficio deputata seu deputanda in presenti Ecclesiastice libertati subicimus, ac de cetero sub Ecclesiastica immunitate consistere volumus. Nec non ut census huiusmodi per ministrum seu ipsius altaris Rectorem dum & quando quociensque opportunitas id exegerit, per Censuram Ecclesiasticam, & alia

alia iuris remedia valeat exigi, & requiri, defectus forsan & solempnitates obmissas simili auctoritate supplemus. In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium premissorum, ac maioris roboris stabilitatem, presentes nostras literas Vicariatus Ecclesie *Olomucensis* sigilli appensione dedimus communitas. Datum & actum *Olomucii* anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, die vero Martis vigesima prima Septembris.

CCCCXLIV.

Fridericus Rom. Imperator creat Christophorum de Lichtenstein & Nicolsburg supremum Austriæ Marescallum. dd. Linzii ante Dominicam Lætare 1493. Collectanea Archivi Statuum Infer. Austr. p. 207.

CCCCXLV.

Victorinus & Henricus Duces Münsterbergenses reliquique gente Kunstadæi intimant Senatui civitatis Wizoviensis monasterium Wizoviense (*a*) *cum suis*

(*a*) Monasterium idem est, quod ad annum 1264. nomine *Smilheimensis* fundatum diximus. Nomen autem novum ab oppido *Wisowitz*, hodie in Circulo Hradisstiensi persistente, traxit, quo loco scilicet conditum erat. Libet jam ex supra nominato Anonymo vicissitudines hujus monasterii post ejus primam sub Ziska eversionem compendio referre. Boczko de Kunstat, in diplomate supra relato memoratus, Smilheimium, seu Wissowitzium reduxit monachos Ordinis Cisterciensis, non modo monasterium, sed & templa ad Parochialem S. Laurentii ædem spectantia restauravit, plurimisque gratiis & privilegiis per Cardinalem Ostrohomiensem Patriarcham Constantinopolitanum ob conservatos ecclesiæ Olomucensis thesauros auxit. Mortuus is est anno 1497. die S. Severini, *Novus*, ut lapis sepulchralis refert, *fundator, seu restaurator monasterii Smilheimensis & Zdiarensis*, sepultus prope aram principem templi ad monasterium pertinentis. Lapis sepulchralis *Boczkonem* exhibet lorica indutum, leoni insistentem, item scuta, nomina, ac stirpem uxorum, quibus matrimonio junctus fuerat. Hujus itaque Boczkonis liberalitate & munificentia reflorescere cœpit Smilheimium, ut sese Kunstadæi postea honoris causa monasterii Smilheimensis Dominos appellarent, certatimque isthic sepulturas deligerent. Hic enim vel teste ipso Paprocio Wilhelmus, hic Joachimus Kuna, hic Ludmilla Dubensis & Lipensis uxor, prius Lukovii anno 1520. terræ mandata, hic filius Domini de Pernek & Neydy, hic Dominus de Pernstein supremus Marchionatus Moraviæ Capitaneus conditus. Sed paulo postea loco ad alios possessores translato, & hæresi Lutheri magnam partem Moraviæ absorbente ædes princeps S. Laurentii quoque in partes Lutheranæ sectæ tracta est, & vastitas denuo in monasterium inducta Demum *Emericus Dory Nazlucensis* Catholicis sacris addictus Wisowitzium emit, perque viginti & amplius annos, quo eo potiebatur, eo contulit omnem operam ut suus Wisowitzii rursum rediret splendor. Postquam Helenam de Keray nobili Hungarica stirpe prognatam ad sacra Catholica traduxisset, idem in subditis suis effectum volens sacerdotes illis Catholicos dedit, quorum doctrina & laboribus & hi ad saniora pertraherentur. Cumque ædes S. Laurentii adhuc a Lutheranis teneretur, ut suus etiam Catholicis publicus

suis pertinentiis relutum fuisse a Domino Boczek de Kunstat, eique homagium clientelæ præstandum esse. dd. Zdiaræ Dominica prima Quadragesimæ 1494. Ex Collectaneis Thomæ Pessinæ Bibliothecæ Duxoviensis. Ex vernaculo in latinum translatum.

Nos *Victorinus* & *Henricus* Dei gratia Duces *Monsterbergenses* & Comites *Glacenses*, & ego *Joannes Kuna, Joannes Boczek*, & *Procopius* de Zagimucz fratrueles & fratres Domini *de Kunstat* Prudentibus ac Providis Judici, Consuli, Senatoribus, & universæ Communitati civitatis *Wizow* fidelibus nostris dilectis gratiam nostram, & omne bonum: Notum vobis facimus, quod admiserimus, & faverimus Nobili Domino *Boczkoni Kuna de Kunstat* & in *Bucblow* fratrueli nostro dilecto, ut Vos & omnes alios homines ad monasterium *Wizoviense* pertinentes relueret a Nobili Domino *Artlebo de Wiczkow*. Quare vobis omnibus ad hoc monasterium spectantibus præcipimus, ut Dominum *Kuna* fratruelem nostrum in Dominum recipiatis, eidem fidelitatem & clientelam spondeatis, nunquamque aliud quid in adversum admittatis sub amissione gratiæ nostræ. In rei hujus testimonium sigilla nostra minora & secreta his literis apponi jussimus. Quæ da-

blicus cultus denuo induceretur, templum monasterii anno 1594. instauravit, jus vero, quod præsentandi dicimus, majoris securitatis ergo episcopo Olomucensi cessit, qui gratiam pro beneficio & habuit, & reddidit: Nam anno 1597. fundamenta jecit turri bene altæ ad Parochialem ecclesiam, eamque anno 1600. perfecit. Anno 1601. ipsam ædem sacram jam potiori parte ad Catholicos pertinentem ampliorem reddidit, atque ab illa fabrica, quam Lutherani sibi vendicabant, sejunxit. His ita constitutis ecclesiam ad monasterium spectantem solis Monachis & familiæ suæ propriam esse voluit, in qua illi sacris operarentur, ille interesset. Hic quoque loci Franciscum Docy fratrem suum ex captivitate Turcarum reducem ad majorem aram juxta Boczkonem Kunstadiensem sepeliendum curavit. *Helena de Revay* (cujus vita MSS. superest) mortuo conjuge suo annis tribus, mensibus & diebus totidem Wisovizie præfuit, sub hac, cum podagræ doloribus vexata domo prodire non valeret, rursum res Monachorum illhic in pejus abire ceperunt. Helenæ matri successit filius *Melchior Docy*, quo ipso tempore turbæ Bohemiæ Moravicæque rursum enatæ, ob quas primum quidem Olomucii tum in Hungaria perfugium quærere debuit, & quanquam absenti illi Smilheimium curæ fuerit, crebrioribus ad Præfectum Wisovitzensem datis literis haud quidquam profecit. Anno 1630. Melchior diem supremum obiit. Ejus fratris N. loco demum curabat omnia, quæ ad hunc jure pertinebant, *Susanna, Majetina, Rosa, Docy*, ultimus stirpis Docianæ surculus, quod ille rebus gerendis minus idoneus esset. Hæc primæ suæ ætatis inter Lutheranos exactæ memoriam reperens, ut Deo gratias redderet, quod artibus eorum nunquam in transversum acta fuerit, majorum suorum vestigia sequi statuit, atque templum monasterii temporum injuria tertium labefactatum impetrata a Consistorio Olomucensi facultate instauravit. Hic votis factis Anonymus historiam vicissitudinum Smilheimensis monasterii ritu cujusdam orationis sacræ absolvit.

tæ ſunt *Zdiaræ* Dominica prima *Quadrageſimæ* anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo quarto. (*a*)

CCCCXLVI.

Wladislai Reg. Boh. & Marchionis Moraviæ induciæ inter ſubditos Bohemiæ & Moraviæ, & Joannem Puchaimium trimeſtres definitæ cum ortu & occaſu Solis. dd. Pragæ die Lunæ ante Aſcenſionem Domini 1497. Ludevig. Reliquiar. T. IV. p. 316.

CCCCXLVII.

Literæ Wladislai Regis Bohemiæ, quibus profitetur, cavetque, ut ne caſtra, terræque Cameræ Regiæ tam in Bohemia, quam in Moravia ullo modo oppignorentur, minus vendantur. dd. 1499. In Privileg. Reg. Carlſtein. T. XII. N. 35. p. 107.

CCCCXLVIII.

Vidimus Magiſtratus Brunenſis ſuper ceſſione caſtri Drzewczicz facta a Joanne epiſcopo Olomucenſi fratribus Tluxa de Wrabie. dd. Brunæ die Jovis poſt Lamberti 1499. Ex Autographo Archivi Regii. Ex vernaculo in latinum translatum.

Nos Conſul & Senatores civitatis *Brunæ* recognoſcimus his literis coram univerſis: quod Reverendiſſimus in *Chriſto* Pater *Stanislaus* epiſcopus *Olomucenſis* coram nobis exhibuerit literas in pergamena ſcriptas, ſigillis Dominorum & honeſtorum Virorum munitas, reſpicientes bona caſtri *Drzewczicz* in *Bohemia*, integras non vitiatas. Petiitque nos ſua nominata Epiſcopalis Gratia, ut harum literarum ita dictum *Vidimus* conciperemus, ſibique traderemus. Nos itaque cupientes ſuæ Epiſcopalis Gratiæ deſiderium implere has literas ſuper dictis bonis de verbo ad verbum, uti tenor earum eſt, exſcribi, & in has literas noſtras inſeri juſſimus: Quarum quidem initium hoc eſt:

Dionyſius Tluxa, Joannes ſenior Tluxa &c. (*b*)

In horum teſtimonium ſigillum noſtrum civitatenſe citra noſtrum ſucceſſorumque noſtrorum præjudicium aut damnum his literis appendi juſſimus.

(*a*) Huic inſtrumento ſubtus eodem vernaculo ſermone ſubſcripta ſunt ſequentia: *Idem Dominus Boczek Kuna anno* 1497. *die S. Severini mortuus, & hic in monaſterio Smilheimenſi ante altare majus ſepultus. Circa annum* 1616. *comparuit bonæ memoriæ Nobili Dominæ Helenæ Docy natæ de Reway viduæ, & loci Dominæ, eam exhortatus, ne ſe loco moveret.* Locupletius hanc viſionem deſcribit Balbinus Dec. I. L. 3. p. 231. qui vitam MS. ſupra memoratam habuit in manibus, e qua narrat eam ipſam Helenam Docyanam anno 1616. inſtaurare cœpiſſe eccleſiam jacentem & opis egentem. (*b*) Habetur jam excuſum inſtrumentum Num. CCCCXV.

mus. (a) Quæ datæ & ſcriptæ ſunt *Brunæ* die Jovis poſt *S. Lamberti*. Annum a Nativitate Filii Dei milleſimum quadringenteſimum nonageſimum nonum computando.

CCCCXLIX.

Sententia Ladislai de Bozkovicz Camerarii ſupremi Marchionatus Moraviæ tanquam arbitri delecti ſuper Jure Patronatus eccleſiæ in Walcz Diœceſis Olomucenſis. dd. Brunæ die Veneris ante Dominicam Oculi 1499 Ex Autographo Archivi Brzevnovienſis. Ex vernaculo in latinum translatum.

Ladislaus de Bozkowicz & in *Trzebow* ſupremus Camerarius Marchionatus *Moraviæ* notum facio his literis, qui eas viſurus aut legens auditurus eſt: Quod in me plene & integre compromiſerint Reverendus Pater *Nicolaus* Abbas *Willemovienſis*, & Nobilis Dominus Dominus *Joannes Boczek de Cunſtat* & in *Polna*, ob litem ab eodem Patre *Nicolao* motam Domino *Boczkoni* ſupra ſcripto de præſentatione Parochiæ in *Walcz*. Quare ego vi compromiſſi hujus in me ab utroque facti inter utrumque ita pronuncio, ut præſens Parochus, quem Dominus *Boczek* in hanc Parochiam induxit, penes Parochiam iſtam porro perſtet, hac tamen conditione, ut a Patre Abbate ſupra ſcripto præſentationem accipiat, & ſe ſuper ea confirmari procuret. Futuris autem temporibus quandocunque contigerit, ut hæc Parochia vacet ſive per mortem, ſeu voluntariam ceſſionem, nemo poteſtatem amplius habeat ad hanc Parochiam quemquam præſentandi niſi Pater Abbas, vel ejus ſucceſſores Abbates *Willemovienſes*, tanquam ſupremi Domini & veri Patroni. In horum teſtimonium, & majorem firmitatem ego *Ladislaus* ſupra ſcriptus juſſi meum ſigillum his literis appendi, & parti utrique literas ejusdem tenoris ſejunctas dedi. Imo in firmiorem rerum certitudinem exoravi Nobiles Dominos: Dominum *Joannem* de *Lomnicz* & in *Mezerzicz*, Capitaneum Marchionatus *Moraviæ*, Dominum *Albertum de Bozkowicz* & in *Letbowicz*, Dominum *Beneſſium de Bozkowicz & de Czerne Hory*, Dominum *Jacobum de Sſarowa*, & in *Crumſyn* Judicem aulicum Marchionatus *Moraviæ*, ut etiam ſua ſigilla huic edicto adjecerint. Quod datum eſt *Brunæ* die Veneris ante Dominicam *Oculi* in Quadrageſima. Anno Domini milleſimo quadringenteſimo nonageſimo nono.

CCCCL. (b)

Bulla Joannis XXII. data ad epiſcopum Olomucenſem, qua eidem mandat, ut Ordini Fratrum Minorum in oppido Bradlicz monaſterium ædificari ad-

(a) Sigillum hoc alterum urbis Brunenſis eodem Num. CCCCXLIIX. excuſum damus. (b) Diploma hoc omiſſum pertinet ad pag. 295. ante Num. CXXXIII.

admittat. dd. Avinione Kalen. Maji. Annò Pontif. XVIII. id est 1334. Balbin. Misc. Dec. I. L. VI. P. II. p. 94.

CCCCLI.

Bonifacius IX. Papa constituit Archiepiscopum Pragensem, Cracoviensem & Olomucensem Episcopos, Protectores Ordinis Minorum in regno Bohemiæ &c. dd. Romæ apud S. Petrum IX. Calend. Martii Pontif. an. XII. id est 1401. Balbinus cit. l. p. 98.

A. M. P. I.

(*a*) Istud itidem omissum pertinet ad pag. 396. ante Num. CCCXLI.

INDEX

INDEX
RERUM MEMORABILIUM.

A.

Arnul

Swid.

C.

Ca-

Do-

 Dux

G.

H.

Han-

Mar-

capti-

Kralikow

L.

Mic-

N.

Norim-

Pod-

Prze-

Tyss.

U. V. W.

Z.

ERRORES QUOSDAM OBITER NOTATOS EMENDA.

Pag.	lin.		lege
22	14	variandas	variantes.
63	*linea penult.*	postquam	post quem.
123	13	erant	erunt.
192	21	expeditum	expetitum.
201	28	concinnendos	concinnandos.
205	21	donamus	donavimus.
406	6	trahit	tangit.
437	*penult.*	relavare	relevare.
438	25	ad *quadringentesimo* adde	quinquagesimo.





Tab. I.

39
+ FRIDERICVS DEI GRACIA·DVX BOEMORVM

39
+ PAX DVCIS FRIDERICI·IN MANV SCI WENCEZLAI

55
+ SIGILL


116

Tab. II.


43.
OTTO D. I. GRA DUX BOEM
120.
120.
PAX OTTONIS. IN MANUS VENCESLAI
43

Digitized by Google

Tab. IV.



Tab. V.

306
+ S. Sigismundi Dei gratia Marchionis Brandenburgici.
319
Sigillum Bolkonis Dei Gratia Ducis Opoliensis
319
319
330
298
335
Anne de Sternbergh
335
S. Procopii D. G. Marchionis Moravie
324
331
Sigillum Johannis Dei gr:

Tab. VI.



Digitized by Google



Digitized by Google